**Epicrisis systematis mycologici, seu synopsis hymenomycetum / [Elias Magnus Fries].**

**Contributors**

Fries, Elias, 1794-1878

**Publication/Creation**

Upsala : Typ. Acad, 1836-1838.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/xfmuaqup

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

23,605/B

m/t

9/-




Bookplate of T.J. Hussey?

1) FRIES, E.M.
2) BERKELEY, M.J
3) BERKELEY, M.J.

Hodgson 10/11/10.

14 C. 19. 24677.

# EPICRISIS
# SYSTEMATIS MYCOLOGICI,

SEU

# SYNOPSIS HYMENOMYCETUM.

---

SCRIPSIT

**ELIAS FRIES,**
*Professor Upsal.,*
*Reg. Ac. Sc. Holm., Sc. Upsal.,*
*Natur. Curios., Societ. Linnaean.*
*Lond. etc. Membrum.*

UPSALIAE,
e Typographia Academica,
1836—1838.
Redemtor Gleerup Lundae, qui solus divendit.

24677

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SERENISSIMO PRINCIPI

JOSEPHO FRANCISCO OSCARI,

PRINCIPI SUCCESSORI

REGNORUM SUECIAE NORVEGIAEQUE,

CANCELLARIO

ACADEMIARUM SCANDINAVIAE,

D. D. D.

## Serenissime Princeps!

*Celsissimo Nomine ornare vilis argumenti opusculum pertimescerem, nisi antiquae fidei pietas juberet Illi, qui Auctori sua otia fecit, consecrari primaria integrae vitae studia.*

*Vastissimam illam, quae his exponitur, regni Vegetabilis provinciam, olim maxime rudem et, quod doluit Linnaeus, "in opprobrium Botanicorum chaoticam", per triginta annos excolere et sub scientiae imperium subigere conatus sum. Jam pridem, Systemate Mycologico ante quattuor lustra scribendo, rei periculum feci, quae si nunc continuis curis politiori facie apparet et magis stabilito regimine conformata, Tibi hoc unice debetur, qui parando et tradendo mihi munus, quod ut vitae meae metam semper prospectaverim, jacentem me erexisti atque de rebus meis desperantem ad novam spem diligentiamque revocasti. Hujus gratiae semper memor vellem perennans gratissimi et devotissimi mei animi monumentum ponere.*

*Serenissimae Tuae Celsitudini*

*humillima devotione addictissimus*

Elias Fries.

## RATIO OPERIS.

Vicesimus iterum brevi labitur annus a redactione Voluminis primi Systematis Mycologici, 1819 conscripti, unici adhuc hujus disciplinae operis universalis. Ab eo tempore quotannis jove favente fungos perfectiores, quos continet, diligentissime observavi, novas et dissitas regiones lustravi (quarum Upsaliensis largam messem specierum antea haud repertarum subministravit), undique terrarum liberaliter missas collectiones sedulo examinavi. Accessere porro plurima gravissima opera v. c. *Florae Danicae* continuatio novaque a Cl. Viris *Berkeley*, *Desmazieres*, *Greville*, *Klotzsch*, *Krombholtz*, *Lasch*, *Lenz*, *Letellier*, *Montagne*, *Persoon*, *Rostkowio*, *Secretan*, *Schweiniz*, *Vittadini*, *Weinmann* aliisque, mihi haud satis cognitis, edita. Hoc modo rerum copia triplo l. quadruplo auctior evasit; ut taceam innumeras s. d. novitates, quae antiquitus cognitis subscribendae mihi visae sunt, sed, quamdiu in opere uni-

versali haud expositae, molem indigestam scientiae augent. Hoc modo volumen primum Systematis Mycologici, pro tempore licet completi, copia et vi rerum ita incompletum vel ut ita dicam antiquatum factum est, ut vix uti liceat sine Supplemento ipso triplo ampliori. Crescente indies hac disciplina novam editionem, ut opus posthumum, tantum relinquere vellem; ut vero prima editio in usu revivisceret et sic tam Mycologorum primariorum votis quam redemtoris Systematis Mycologici commodo consulerem, hanc conscripsi Epicrisin, in qua ratio redditur omnium recentiorum studiorum, quatenus mihi innotuerint, citatis ceterum tantum specierum fonte primario, novis synonymis et Systemate Mycologico, in quo reliqua synonyma, descriptiones et observationes circa species ibidem receptas videre licet. Brevitatis studio omisi non modo ea, quae tam in Systemate Mycol. aliisque meis scriptis quam apud Auctores citatos plene exposita (synonyma antiquiora modo repetita, quando apud Recentiores vexata), sed etiam novarum specierum descriptiones, alio loco divulgandas; ob novarum tamen specierum copiam, exceptis Tremellinis, necesse erat omnium novas dare diagnoses. Nil ceterum ob Auctore ipso haud exploratum vel ex comprobatis Auctoribus ipsi clarum visum hoc loco exponitur. Longe maximam specierum partem *quotannis* vivam observavi; specimina authentica omnium (exceptis Secretani)

fere recentiorum Auctorum vidi. Quatenus saltim in mea potestate fuit nullum neglexi medium et studium (et quanti fuit per triginta annos continui laboris pauci fingere vel credere possunt), ut opus fidum et pro tempore absolutum praestarem. At non fingat Tiro singulum qualecumque *specimen* a se mox tute determinari posse (quis primas sibi obvias plantas e Sprengeli Systemate l. Decandollei Prodromo tantum determinaret?); si vero *speciem* iteratis observationibus in genuino et typico ambitu noverit et plures affines comparaverit, collatis fontibus citatis, determinationem facilem et ratam fore speret. Primo discet genera, tribus et sectiones tute discernere, dein in natura ipsa species — *tandemque* quaeret nomina. Ii solum, qui Mycologiam non aut obiter coluerunt, ex subjectiva sua ignorantia fingunt omnia in singularibus esse vaga et incerta. Universalia potius de *industria* in futurum dilata.

Species affines in Systemate Mycologico nimis contrahi l., ut alii ajunt, confundi, a rei vere peritis saepe enunciatum vidimus. Haec vero res tantam auctoritatem nacta est; tam certa et facillima videtur via ad coaetaneorum applausum, licet fugacem, ut nemini vitio, sed laudi potius, verti solet. Quod ad Syst. Myc. attinet, hoc eo facilius excusatum credam, quum species sibi rite cognitas et saepius obvias in re

ambigua recipere tantum debuit Auctor [sat est, vix ullam Voluminis I speciem dein jure reduci potuisse], reliquas in futurum examen in synonymis et varietatibus proximis subjunxit. Varias species in his nunc lubens agnoscit, postquam nempe veros limites et differentias, olim haud indicatas, explorare licuit; si vero in semel enunciatum ut stabilitum perseverare maluisset, vituperandus fuisset. Vidimus omnes integros Botanicos cogi agnoscere species olim a se junctas; quum alterutram haud rite cognoverunt. Post editionem Systematis Mycologici, ex excessu in aliis rei herbariae partibus, magis magisque perspexi, theoreticam aut potius hypotheticam, tirones vulgo sublimiori sua specie arridentem, specierum constructionem esse vanam et practico studio multis modis noxiam; acutioris ingenii Botanicis, hunc typicum nexum *numquam* ideo negligentibus, jam clarum est, hanc rem, exponente Linkio, ad hoc caput s. Botanicen descriptivam non pertinere, ne empirica haec disciplinae pars fiat speculativa et arbitaria. Hinc etiam v. c. *Agarici* l. *Cortinarii gentilis* S. M. varietates (licet typica cognatio omnium manifesta sit) omnes nunc seorsum proposui, cum tirones numquam rite capere possint species tam liberaliter coacervatas. Sic aliquando in praesente opere species strictius limitantur, quam mallem, quando nempe ad graviorem heterogeneorum

confusionem evitandam necessarium fuit. Sed etiam in distinguendo esse modum, quem Secretan multique recentiorum excedisse, in *praesenti saltim* mihi videntur, vix est quod moneam; potius, illorum sedula et accurata studia longe magis esse aestumanda, quam eorum, qui cum nil novi *ad ipsam rem* conferre valent, in fictitiis *proponendi modum* tantum spectantibus innovationibus (cfr. Fungos in Sprengelii S. Veg.) judiciosae autonomiae speciem sectantur.

Maxima fungorum in vita communi et praecipue in cibariis utilitas numquam praeceptis et libris divulgatur; optandum igitur esset ad omnes Academias, sub auspiciis rei peritorum, institui *Societates mycophagas*, quae non tantum communem suam experientiam (individualis in his rebus minoris est vis et fidei) publico traderent; sed etiam, membris suis olim in diversas provincias dissipatis, per traditionem certam et exempla veram cognitionem et tutum usum inter vulgum introducerent.

E reliquis Fungorum familiis Pyrenomycetes maximum tulerunt augmentum et in schedulis meis plene reformati exstant; si vero eorum Epicrisis devulgetur, in praesenti haud dixerim. Cum nemo apud nos, sine salario Auctori, suo sumto praesens opus edere ausus est, cogebar ad nimium sane brevitatis studium (ex-

cludendo gravissimas observationes, descriptiones novarum et indicem omnium specierum nec non millenorum post editionem S. M. determinatorum synonymorum, quorum numeros modo in Persoonii Mycologia Europaea, apud Secretan etc. ut locus parceretur, tantum citavi), cum omnes editionis sumtus ut paene dispensatos censeam. Mycologia enim referatur ad vilia illa et a plerisque neglecta studia, quae nec pecuniam nec honores suis parant cultoribus; sed eo ipso fidos tantum semper habebit, licet paucos, quibus satis erit in naturae gremio acquiescendo infinitam rerum creatarum varietatem et artificium admirari.

Ob lentum morbum, quo pluries sub hujus operis redactione succubui, editio ejus retardata fuit per duo annos, per quos etiam cum amicis carissimis omne literatum commercium abrumpere valde invitus fui coactus. Si Deus t. O. M. valetudinem labefactam restitutam benigne concesserit, ad hos mox laetus et gratus revertar. Amicos vero singulos et Te, optime *Fr. Hildenbrand!* interea enixe rogo, velitis numquam de gratissimo meo animo dubitare.

# FUNGI.

Plantae cellulares, cellulis irregularibus fibrosisque, epidermide perfecta stomatibusque destitutae, agamae. Systema vegetativum, *mycelium* dictum, floccosum, in matrice ut plurimum latens, similare, thalliformi, sed radiculis plantarum perfectiorum tantum respondens absque omni cum caule et foliis analogo, absque gemmulis (gonidiis) et omni indole coloribusque herbaceis. Simplici metamorphosi mycelium enitur systema fructificationis praecellens, primitus velatum, omnibus organis simul explicatis definite periturum, sporidiiferum. Sporidia evolutionis gradu maxime discrepant, vesicularia, germinando in filum cum mycelio homogeneum extensa. *Cryptogamae homonemeae, a matrice intus susceptione sese nutrientes, e fungino praevalente constantes, azoticum exhalantes.*

Classis plantarum omnium vastissima, ut Insecta Animalium, habitu et evolutionis gradu maxime diversa, cui ad calcem subjunctae formationes quaedam potius exanthematicae, sed vita autonoma incensae. Distinguimus sex familias primarias:

*Series prima*, thalamio discreto, contiguo, subascigero.

I. Hymenomycetes. Thalamium discretum *centrifugum* s. externum. Sporidia in ascorum apicibus exserta, *secedentia.*

II. Discomycetes. Sporidia recepta thalamio discreto *supero* discoideo, in ascis seriata, dein *elastice ejicienda.*

III. Pyrenomycetes. Sporidia recepta thalamio discreto, *centripeto*, *diffluentia.*

*Series altera*, thalamio nullo aut laxo, nec discreto.

IV. Gasteromycetes. Sporidia intra *peridium* *contextum* s. fungi substantiam.

V. Hyphomycetes Sporidia in *floccis discretis* eorumque metamorphosi enata.

VI Coniomycetes. Sporidia e *conidiis*, tam autonomis, quam plantarum perfectiorum anamorphosi, enata. Flocci sporidiiferi nulli discreti.

## Fam. I. HYMENOMYCETES.

Thalamium in membranam (*hymenium* dictam) expansum, centrifugum, occupans superficiem inferiorem in Pileatis, exterioremve pileo haud discreto, indefinitum. Hymenium ex ascis brevibus subtilibusque, normaliter haud liberis, sed stipatis factum. Sporidia in apicibus ascorum exserta, saepe quaternata, dein pulveris instar secedentia nec elastice explodenda. *Vegetatio centrifuga! discreta; structura floccosa, composita; mycelio numquam spurio* (i. e. matrice formato), *subperenni! tempore definito joveque favente* (hinc illo anno abundant, altero rarescunt) *enitente fructificationem ut plurimum fugacem. Ascos* Hymenomycetum genuinorum, observante primo in litt. Cel. Berkeley, *esse exosporos nec endosporos manifestum est*, modo semel audemus ab omnium antecessorum sententia discedere. Tantum in radiis ad Discomycetes, ad hos, si lubet, facile transferendos (Gen. 46!, 47 *nisi in hoc error opticus?*, 54, 55, 62-64) entospori sunt; sed ob habitum, morphosin et ad usum consuetum h. l. *simul* citantur.

Ord. I. AGARICINI. Hymenium inferum, primitus effiguratum, lamellosum. Lamellae e stipite centrove radiantes, simplices ramosaeve (basi tantum rarius anastomosantes), e lamina duplici factae, extrorsum utrinque ascigerae. — Nullum typum, ne Compositarum quidem, in toto vegetabilium orbe in tot diversissimis formis repetiit natura. Non e velo etc. genera separanda, tantum e lamellis et praecipue earum trama (i. e. dissepimento inter binas lamellarum membranas) — plura olim a genere primario separanda.

I. AGARICUS. Lamellae membranaceae, persistentes, acie acutae, trama subfloccosa cum hymenophoro infero concretae. Asci perfecti, stipati, sporidia sicca depellentes. *Fungi carnosi, putrescentes nec exsiccati reviviscentes!* — Analysin dispositionis generis vastissimi, videas ad familiae calcem.

Ser. I. Leucospori, sporidiis albis, rarius albidis (sordidis) modo.

I. AMANITA (S. M. 1. p. 12) Leucosporus. Velum universale primitus contiguum s. *volva* ab epidermide pilei discretum. Hymenophorum a stipite discretum. *Omnes terrestres.* Cfr. *Hist. Soc. Roy. Medic. Par.* 1776. Attendenda specierum in divers. sect. analogia!

A. Annulo manifesto supero.

* *Volva apice lacero-dehiscente, limbo tenaci persistente libero.* Totus fungus intra volvam similarem, cum basi stipitis connatam, primitus inclusus, at liber nidulans. Pileus nudus vel frustulis volvae latis membranaceis vagis adspersus.

1. A. caesareus, pileo hemisphaerico-expanso, *margine recto striato*, stipite subventricoso flocculoso gossypino-farcto, volva annuloque laxis, lamellis luteis. *Scop. Carn. p.* 419. *Schaeff. IV. p.* 64 (optime, sed icon. fictit.) *S. M.* 1. *p.* 15. c. syn. *Paul. Ch. t.* 154. *Krombh. Schw. t.* 8. *Vittadin. Fung. manger. t.* 1. A. aurant. *Bull. t.* 120. In silvis region. temperat.; in Europa usque ad Bohemiam. Speciosissimus ("fungorum princeps", *Kajserling* vulgo dictus), antiquitus celebr tissimus (*Boletus* Romanorum), sapidissimus (»cibus Deorum», Clus. esc. gen. 17). Pileus aurantius, rarius cupreus, ruber, flavus, immo cum velis albus. Caro sursum lutescens.

2. A. Coccola, pileo ovato-expanso, *margine incurvo sulcato*, stipite cylindrico villoso gossypino-farcto, volva annuloque laxis, lamellis candidis. *Scop. p.* 429. — *Batt. t.* 4. *D.* In regione mediterran., Amer. calid. Etiam deliciosus, totus albus pileove livido. A priori et sq. diversus! maximeque a »Coquemelle» Paul = Am alba Pers., qui Volvaria.

3. A. ovoideus, pileo hemisphaerico-expanso, *margine excedente inflexo laevi* stipiteque solido bulboso squamuloso-farinaceis, volva annuloque laxis, lamellis liberis ventricosis. *Bull. t.* 364. *Vittad. t.* 2. In silvis region. mediterr., Parisiis quoque. Validus, robustus, albus, fere inodorus, esculentus.

4. A. virosus, pileo conico-expanso glutinoso (nitido), *margine sublobato-repando inflexoque laevi*, stipite farcto e basi bulbosa cylindrico squamoso-lacero, volva crassa annuloque apicali floccoso fatiscente laxis, lamellis liberis lineari-lanceolatis. Sub Hyp. viroso *Paul.; [Secr. n.* 5. potius A. Phalloid.] Am. stram. *Secr. n.* 9. In silvis, Europ. boreal. et

** *Volva definite circumscissa, basi marginata persistente, calyptra in verrucas crassas pilei partita.* Totus fungus primitus quidem in volva adnata inclusus, ob pileum vero supra basin discretam emersum, pileo expanso volva adnata circa margines *necesse* findetur. Omnium adest forma minor, verrucis secedentibus nudo.

7. A. MUSCARIUS, pileo convexo-expanso, *margine striatulo, carne sub pellicula viscosa lutescente*, stipite intus araneoso mox cavo volvae adnatae concentrice *squamoso-marginatae basi ovato-bulboso*, annulo supero laxo, lamellis attingentibus (stria in stipite decurrente). *Linn.* — *S M.* 1. *p.* 16. ubi syn. *Krombh. t.* 9. *Vittad. t.* 5. *Grev. t.* 54. *Lenz. f.* 3. *Sv. Bot. t.* 108. *Paul. t.* 157. *Vaill. par. p.* 75. *n.* 6. Centies ceterum, cui bono? depictus! minor sine verrucis: *Schaeff. t.* 28. [A. nobilis *Bolt. t.* 46 ficta spec. ex hoc male depicto.] Vulgatissimus, praecipue in betuletis. Speciosus, valde venenatus (*Clus. pern. g. XIII.* 4. *Sterb. t.* 28. *A—C.*) Color pilei vulgo e sanguineo aurantio demum albicans, lamell. albus etiam lutescit! — Var. *regalis*, duplo major, stipite farcto, pileo hepatico, in fagetis. Var. *umbrina*, tenuior, stipite cavo, pileo umbrino l. livido, disco fusco (Secr. n. 9; neutiquam vero cum sq. confundetur) in pinetis montosis.

8. A. PANTHERINUS, pileo convexo-expanso *margine striato, carne sub pellicula viscosa alba*, stipite e farcto cavo glabriusculo oblique (et varie) annulato, basi e *volva* separabili *integre et obtuse marginata ocreato*, lamellis attenuato-liberis. *Dec.* — *S. M.* 1. *p.* 16. *Fl. Dan. t.* 1911. *f.* 2. junior. *Vittad. mang. t.* 39. *Krombh. t.* 29. *f.* 10—13. *Paul. Champ. t.* 160. *f.* 2. *Soc. Med.* l. c. *t.* 14. — *Schaeff. t.* 90. Frequens, praecipue in fagetis. Statura et colore, numquam vero luteo rubrove, nec non annuli situ variabilis, sed volva (interdum a stipite distante!) mox distinctus. Pellicula, pro more, pilei junioris (vulgo olivaceo-umbrini) crassa glutinosa, adulti tenuis. Venenatus : *Clus. pern. gen. VII.* 2. *Sterb. t.* 16. *F. G.*

9. A. STROBILIFORMIS, pileo convexo expanso pelliculoso, margine excedente laevi, carne compacta candida, *stipite solido* floccoso-squamoso *deorsum incrassato* in bulbum subterraneum sulco (1, 2) concentrico acute marginatum, annulo lacero, *lamellis rotundato-liberis. Vittad. mang. t.* 9. *Paul. Champ. t.* 162. *Soc. Med. l. c. t.* 16. *f.* 2. Am. ampla.

*Vitt. Am. p.* 27. Ag. solit. *Secr. n.* 12. *Bull. t.* 593. minus fida. In silvis montanis. Amplus, odore et sapore gratus, deliciosus. Pileus albus, cinerascens etc. verrucis duris angulatis arcte adnatis.

10. A. SOLITARIUS, pileo convexo expanso pelliculoso, margine patente laeviusculo, carne molli alba, *stipite solido aequali* deorsum imbricato-squamoso bulbo campanulato radicato marginato *insititio*, annulo lacero, *lamellis attenuato-attingentibus.* *S. M.* 1. *p.* 17. *Bull. t.* 48. A. albellus *Scop.* — *Paul. Champ. t.* 156 *bis.* Am. pellita. *Secret. n.* 11. — var. minor, sine verrucis. *Batt. t.* 6. *A.* In terra humosa rarior. Amplus, odore et sapore fatuus, ex Paul. maxime venenatus! A. *muscario* propior, quam praeced. Pileus albidus, rufescens etc. exoletus margine quoque striatulus, verrucis floccosis inaequalibus facile secedentibus.

* A. STRANGULATUS, pileo explanato tenui, pellicula tenui haud secedente, margine striato, stipite e farcto cavo glabro deorsum attenuato, volva circumscissa libera subterranea arcte vaginato, lamellis attenuato-attingentibus. In unico formicarum acervo legi, hinc ut dubium, *A. verno* manifeste analogum, notavi. Stipes procerus, subflexuosus, tenuis: volva admodum exigua. Annulus integer, distans. Pileus albolividus, verrucis prioris. Statura *Batt. t.* 6. *A.*

11. A. MAPPA, pileo convexo-plano *absque pellicula secedente*, margine laeviusculo, carne alba, stipite e farcto cavo cylindrico glabriusculo, e *volva contigua acute et libere marginata globoso-bulboso* arrhizo, annulo supero membranaceo, lamellis adnexis. *Batsch. Willd. Schum.* etc. — *Paul. Soc. Med.* l. c. *t.* 15. *Champ. t.* 158. *f.* 1—2. *Vaill. par. p.* 74. *n.* 4. A. bulbosus. *Bull. t.* 577. *f. D. G. H. M!* at minus fidae. Am. venenosa. *Pers. Ch. Com. t.* 2. Ag. stramineus. *Scop.* A. citrino-albus. *Vitt. mang. t.* 11 — minor, absque verrucis: *Schaeff. t.* 241. — Deest in S. M. — In silvis apricis. Statura media, odor virosus, qualitates venenatae. Pileus non viscosus, sed margo passim striatus = *Bull.* l. c. f. *D. Lasch! in Linn. n.* 2. *Krombh. t.* 28. *f.* 11, 12. Color pilei ut A. *Phalloidis* nunc candidus (*Rocq. Phyt. Med. t.* 15. *f.* 3.) nunc virescens (*Krombh. t.* 28. *f.* 1—10), nunc stramineus (*Nees Syst. f.* 165) nunc citrinus (*Schaeff. t.* 20. Am. citrin. β. P.) nunc fusco-irroratus (*Fl. Dan. t.* 2143).

12. A. RECUTITUS, pileo convexo explanato sicco glabro, margine laeviusculo, carne alba, stipite mox cavo atte-

nuato sericeo volvae circumscissae obliterataeque mollissimae margine adpresso arcte vaginato, annulo distante albo, lamellis striato-decurrentibus. A. bulbos. *Bull. t.* 577. *f. E. F.* A. gracilis. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 1958. *f.* 2. A. phalloides *Secr. n.* 8 (sed mihi olim A. porphyr. variet.) Am. tomentella. *Krombh. t.* 29. *f.* 6—9, quantum e sola fig. non fuca'a videre licet. In pinetis Eur. borealis. Ad A. *porphyrium* accedit ut praecedens ad A. *Phalloidem*, statura vero A. *asperi*. Pileus floccoso-squamatus denudatusve, margine demum striatulus, colore fusco, rufescente l. umbrino-purpurascente a priori jam diversus. *Mich. t.* 78. *f.* 1. videtur forma major.

*** *Volva tota friabilis, in squamulas verrucasque obliterata*, nec ad basin stipitis, exinde omnino homogeneam et immarginatam, persistens. Basis stipitis subradicata, terrae nec volvae innata, primo globoso-bulbularis et in variis ob marginem pilei impressum supra depressa; stipite elongato magis obliteratur. Pileus jam primitus sistit globulum supra stipitem discretum! Velum plerumque tenuius, hinc verrucae pilei *normaliter* (i. e. jove udo) sistunt plagas inaequales secedentes flocçoso-farinosas, sed jove sicco in verrucas minores secedunt, et adhaerent a sole in mucronem nigricantem adustae (*Ag. asper* Auct. variis). Alia vero ratio A. *nitidi* et *asperi*; his volva crassior, hinc normaliter, etiam jove udo, in verrucas polygonas induratur.

13. A. rubescens, pileo convexo-expanso verrucis inaequalibus farinosis adsperso, *carne rubescente*, stipite farcto conico-attenuato squamuloso, annulo supero integro, lamellis attenuato-attingentibus (stria in stipite decurrente). *S. M.* 1. *p.* 18. *Krombh. t.* 10. *Vittad. mang. t.* 41. Ag. rubens *Scop.!* — *Schaeff. t.* 91, 261. Le Rougeâtre. *Paul. Champ. t.* 161. *Soc. Med.* 1776. *t.* 13. *Vaill. p.* 74. *n.* 2. Ubique in silvis. Affinis *A muscario* (Bolt. t. 27 A. rubesc. certe prava icon!), sed color pilei in adulto mollis, margine striato, sordide rubens, incarnato-pallescens, alutaceus. Iove sicco firmior, carne tardius rubente, verrucis minutis = A. *verrucosus* Bull. t. 316. (Fl. Dan. t. 2147 magis *ex icone* recedit) nec separare audeo A. *asperum* Secr. n. 22, annulum in vulgari saepe vidi lutescentem. Fungis suspectis vulgo adscriptus (*Clus. pern. gen.* VII. 3), esculentis a Vittad.

14. A. validus, pileo convexo-plano, verrucis inaequalibus farinosis mucronatisque consperso, margine explanati striato,

carne compacta alba, stipite solido flocculoso basi immarginato-bulboso concentrice rimoso-squamoso, annulo supero fimbriato, *lamellis* ventricosis attingentibus (stria decurr.) *vulneratis fuscescentibus.* Am. umbrina *Alb. et Schwein* ex ips.! — *Krombh. t.* 28. *f.* 18—21. e statura nulli alii mihi cognito propior. In pinetis campestr., Upsaliae. Compactus, jove sicco inaequalis rigens, verrucis fuscescentibus, tum angulatis in mucronem nigrum porrectis. Pileus umbrinus, cupreus l. cum squamulis stipitis, annuli margine vulneribusque lamell. fuscescens; in adultis margo manifeste striatus.

15. A. NITIDUS, pileo convexo-plano glabro *verrucis crassis angulatis induratis* obsesso, margine laevissimo, carne alba, stipite farcto conico-attenuato squamoso arrhizo, annulo lacero fugaci, *lamellis attingentibus. Fries Obs.* 1. *p.* 4. *Secr. n.* 13. (A. verrucos. *Schum.* citare forsan voluit, cum *A. pust.* Schum. nil commune habet) — *Vaill. par. p.* 75. *n.* 9. *Batt. t.* 6. *f. B.* Bulbeux a facette de diamant. *Paul. Ch. t.* 162. *Soc. Med.* 1776. *t.* 16. *f.* 1. In umbrosis raro. Pileus albus, lutescens, virescens (meo sensu primaria *Am. virescens* P. nec alior.), verrucis a praecedentium diversis, vulgo pileo obscurioribus.

16. A. EXCELSUS, pileo convexo-explanato fragili verrucis laxis farinosis secedentibus scruposo *innato-fibrilloso*, margine sublaevi, carne alba, stipite farcto cylindrico deorsum squamoso immarginato-bulboso, annulo secedente-libero, *lamellis* ventricosis *liberis rotundatis* (nec stria in stipitem porrectis). *S. M.* 1. *p.* 17. *Krombh. t.* 29. *f.* 14—17 pro more eximie. A. pustulatus. *Scop.*! — *Paul. t.* 159. *Soc. Med. l. c. t.* 12. *Am. ampla. Pers.* — *Secr. n.* 16. *Bolt.* 47 certe, sed pessime! In pinetis montosis. Vulgo elatus, amplus, stipite intus haud fibroso (ut n. 9, 10) sed flocculoso-medullato, interdum ad annulum concentrice squamoso. Bulbus terrae immersus, junior globoso-depressus, majorum subtus sulco notatus. Pileus albido-griseus, fuscescens, disco obscuriori, verrucis (semper laxis hactenus obviis) secedentibus peculiari modo cavernosus et rugoso-papillatus; *interdum margine sulcatus.* Exstat var. longe minor, margine saepius striato, stipite tenui e farcto cavo = *Paul. l. c. f.* 2—4, *Krombh. l. c. f.* 14. Sapor gratus, sed venenatus; certissime h. l. *J. Bauh. XL. c.* 8!

* A. CARIOSUS, pileo ovato expanso laevi glabro farinoso-maculato, carne molli alba, interne linea hyalina, *stipite*

*araneoso-cavo fragillimo ebulbi*, annulo fatiscente, lamellis ex adnato secedente-liberis candidis. Am. panth. *Secr. n.* 20 ob fragil., sed in nostro nil rufescentis (τὸ «roux» apud Secr. me valde cruciavit). Inter muscos in pinetis v. c. Smoland. occid. Color omnino prioris, non lutescens, sed insigniter differt nec cum sq. jungendus. Ita fragilis, praecipue ad basin stipitis squamulosam, ut integer vix decerpatur.

17. A. SPISSUS, pileo convexo-plano farinoso verrucisve minutis adnatis aspero, margine laevi, *carne firma alba* immutabili, stipite farcto firmo conico attenuato squamuloso, annulo supero integro, lamellis adnexis *striato-decurrentibus*. Am. cinerea. *Krombh. t.* 1. *f.* 7. *t.* 29. *f* 1—5 optime. In silvis campestr., circa Upsaliam tantum legi. Curtus, firmus, solidus fere, bulbo primo globoso, supra depresso. Pileus glaber, [circa marginem passim fibrilloso-lacerum vidi] umbrinus, fuligineus, griseus, pallescens, verruc. subgriseis — An *Secr. n.* 23; exstatne vero typo *Kromb. t.* 1. *f.* 6 species laetior, gracilior, cavipes inter hunc et sq. media?

18. A. ASPER, pileo convexo-plano verrucis minutis confertis subinnatis pallidis scabro, margine laevi, *carne* compacta *sub cuticula fuscescente*, stipite e farcto cavo attenuato, annulo integro distante, lamellis *rotundato-liberis*. *S. M.* 1. *p.* 18. *Vittad. mang. t.* 43. A. Myodes. *Bolt. t.* 139 (magis rubens). A. scandicinus. *Scop.* Am. aspera *Pers.* saltim melior pars. In fagetis. Nobis serotinus, minor, bulbo primo rugoso. Caro immut. Duplex forma, altera pileo rubescenti-fuligineo, carne superne rubente-fusco; altera pileo olivaceo-fuligineo, carne superne flavente-fusco; illa A. *rubescenti*, haec A. *excelso* accedit. E notis essential. h. l. *Am. cinerea* Secr. n. 20.

Ne in perenni dubio et confusione verseris, *caveas a speciebus e colore pilei tantum determinatis* denominatisque. *Am. umbrina* P. a variis quaeritur in *Ag. muscarii* var. *pantherino, recutito, pustulato, excelso*: *Am. virescens* P., loci umbrosi subhumidi filia, in *Ag. Phalloide*, *A. Mappa*, *nitido* et *spisso*; prorsus vaga *Am. cinerea* Otto in *Ag. pustulato, carioso, spisso* et *aspero*.

**** *Volva prorsus obsoleta, flocculosa, tota evanescens.* Stipes primitus exsertus, hinc basis numquam depressa. Veli universalis saepius nullum vestigium; *partiale* tamen *superum* et *hymenophorum* non stipiti *contiguum* ab Armillariis distinguunt, et singula species analogis

suis inter praecedent. ita respondet, ut subspeciem potius dicam quam tribu moveam. Contra eos, qui *e volva* Amanitas ut genus separant, verbum non perdam.

19. A. MAGNIFICUS, pileo convexo-explanato tenui, margine striato, *carne rubescente*, stipite e medullato-cavo subaequali squamuloso, annulo secedente, *lamellis attenuato-decurrentibus* pallidis. *Fries in Fl. Dan. t.* 2146 A. maculatus *Schum.* et A. adnatus *Ejusd.* certissime variet. *Fl. Dan. t.* 2148. *f.* 1. In fagetis apricis v. c. Scaniae non raro. Pro A. *rubescentis* lusu diu habui; pileus rubescens etc. saepius vage flocculosus.

20. A. ARIDUS, pileo explanato obtuso tenui glabro, *margine sulcato, carne alba*, stipite e farcto apice cavo attenuato-aequali subglabro, annulo distante, *lamellis attenuato-adnatis* albis. Bulbeux satinè et rayè. *Paul. Ch. p.* 308.! *t.* 150. *f.* 3. (Tab. non insp.) In betuletis aridis, aestate calidissima in Smol. occid. Minor, gratus sapore, pileo griseo, stipite ad basin obsol. flocculoso, praemorso.

21. A. PERSOONII, pileo convexo-plano compacto obtuso glabro, margine laevi, *stipite solido subaequali* fibrilloso *radicato*, annulo supero amplo, *lamellis liberis* candidis. *S. M.* 1. *p.* 27. [Grand colletè blanc. *Paul. p.* 298 e descr., icon. t. 141. non visa]. In silv. mont. Stipes elatus, rigidus, glabrescens, demum transverse diffractus. Pileus albido-cinereus.

22. A. LENTICULARIS, pileo e globoso convexo-plano molli glabro, margine laevi, *stipite farcto bulboso* squamuloso, annulo supero amplo, *lamellis* liberis *pallescentibus. Lasch! Linn n.* 18. (spec. et ic. misit) — Le grand parasol. *Paul. Ch. p.* 306. ex descr. (t. 149 non vidi). A specim. Laschii! optima A. guttati *Pers. syn.* et *Abbild. d. Schw.* 3., a Weinmanno missa, non differunt nisi guttulis in annulo. — In silvis nemorosis. Priori affinis, grandis, sed mollior, olidus, ingratus, pileo lateritio, carneo-alutaceo, pallescente. Lamellae ex albido olivaceae. Occurrit var. humilior.

* A. VAPIDUS, pileo convexo plano subdepresso molli udo, *pellicula* in ambitu *lacerata*, carne albo-rubente, stipite e farcto cavo bulboso attenuato rubro-squamuloso, *annulo dentibus olivaceis marginato*, lamellis adnatis albis. Am. excoriata Secr. n. 24. In salvaticis rara, mihi prorsus ignota; affinitas dubia (ad sq. forte accedit ut *A. cariosus* ad *A. spissum.* Admodum mollis, fragilis, foetidus, pileo lutescenti-rufo, subinde verrucoso *Non vidi.*

23. A. LECCINUS, pileo convexo-plano obtuso glabro, margine laevi, carne alba, stipite farcto aequali firmo *basi rubello-squamuloso*, annuli margine striato rubello, *lamellis adnatis* striato-decurrentibus. *Scop. Carn. p.* 434. In Eur. australi. Minor, firmus, pileo albido, flavicante. Vidi tantum iconem huic respondentem.

24. A. SCOBINELLUS, pileo convexo-plano, *pellicula in squamulas verrucosas minutas obscuriores secedente*, versus marginem laevem sericeo, carne alba, stipite farcto conico-attenuato glabro, basi albo-squamuloso, annulo supero lamellisque liberis ventricosis candidis. Locis graminosis in pinetis raro. Minime Lepiota, licet velum verrucas in pileo non formet; quae adsunt a pilei fuscescentis epidermide formatae ut in *Am. irrorata* Secr. (minime Schum.) n. 14., quae h. l. videtur. Odor vix ullus.

B. Annulo obliterato l. nullo.

25. A. PRAETORIUS, pileo *submembranaceo* campanulato expanso fisso *striato*, stipite araneoso-farcto firmo ventricoso laevi exannulato, volva ampla laxa, lamellis postice annulato-connexis pileo subconcoloribus. Am. caesarea. *Schwein. Car.* ad descr. ined.! (colore aureo — Oronge tannée. *Hist. Soc. Med.* 1776. *t.* 8. *Paul. Champ. t.* 153. *f.*, 2. (colore brunneo). In silvis umbrosis Americ. septentr., etiam Galliae ex Paulet, ubique certe rarissimus, e descr. mihi tantum notus, sed a sq. manifeste diversus.

26. A. VAGINATUS, pileo tenui campanulato-explanato *margine* membranaceo *pectinato-sulcato, stipite fistuloso* attenuato fragili flocculoso-squamoso obsolete annulato, volva vaginali laxa, lamellis liberis candidis pallentibusque. *Bull. t.* 98, 512. *S. M.* 1. *p.* 14. ubi syn. et varr. *Vitt. mang. t.* 16. *Lenz. f.* 2. *Lasch. Linn.* 1830. *t.* X. *Krombh. t.* 1. *f.* 1—5 *et* 10. *f.* 6—9. *Fl. Dan. t.* 1014, 2142. *f.* 2. Am. nivalis *Grev. Scot. t.* 18. (var albida) *Paul. Ch. n.* 5, 6. *t.* 151. *f.* 1, 2. *Vaill par. p.* 83. *n.* 18. — Ubique frequens. Inodorus, fragilis, statura et colore omnimodo varius, unde h. l. Am. n. 25—35 Secretani. Fungis suspectis jam a *Clusio* (pernic. gen. XI, vide Sterb. t. 20. D: icon prima fungi ad nauseam depicti) adscriptus, ex Vittadini aliisque esculentus.

27. A. FARINOSUS, pileo campanulato-expanso, margine membranaceo *plicato-sulcato*, *stipiteque solido* e volva tota collabente *pulveraceis*, lamellis liberis albis. Am. farinos.

*Schw. Car.* In Am. boreali; priori firmior, sed non minus statura et colore varius.

28. A. GEMMATUS, pileo convexo-expanso verrucis angulatis obsesso! *margine striato*, carne compacta alba, *stipite* solido *bulboso* exannulato, lamellis liberis candidis. *Paul. Soc. Med.* 1776? *t.* 15. *f.* 3. *Champ. t.* 158. *f.* 3. optim. In silvis circa Parisios, Petropolin (unde misit Weinmann!). Minor, firmus, colore A. *muscarii*, sed absque pellicula viscosa.

29. A. BACCATUS, pileo convexo-plano verrucis subglobosis obsesso, *margine laevi*, stipite farcto aequali exannulato e *volva circumscissa* obtuse marginata ocreato, lamellis liberis albis. *Mich. t.* 80. *f.* 4. cum plurr. varr. e colore pilei. Ag. pantherinus. *Bot. Gall. austr.!*, nec Decand. Similis A. *pantherino*, sed humilior, firmior, prorsus exannulatus.

30. A. PUBESCENS, pileo convexo-plano, *margine involuto laevi stipiteque* farcto bulboso exannulato e volva friabili *pubescentibus*, lamellis attingentibus albis. *Schwein.! Car. n.* 554 sub Aman. — In America boreali. Minor uncialis, vix volvatus, sed velum secedens.

II. LEPIOTA (S. M. 1. p. 19). Leucosporus, hymenophoro a stipite discreto; velo universali cum epidermide pilei concreto. Lamellae sub liberae, non sinuatae l. decurrentes. *Fungi terrestres.*

A. *Epidermide sicca.*

* Proceri, *annulo proprio mobili a volva discreto.* Fungus junior totus inclusus volva integra, qua circumscisso-rupta basis in bulbum evanescit, calyptra pileo adnata in squamas secedente. Stipes non peronatus, apice in acetabulo pilei immerso. Caro mollis, odor non ingratus peculiaris. Collarium circa stipitem depressum, latum, subcartilagineum, hinc lamellae liberae remotae. Cfr. *Krombh. t.* 24. (textum non vidi nec tabulas fucatas),

31. A. PROCERUS, pileo carnoso molli ex ovato explanato umbonato, epidermide crassa in squamas secedentes lacerata, *stipite* cavo elato *immarginato-bulboso squamis adpressis variegato*, annulo *cartilagineo*-marginato mobili, lamellis remotissimis. *Scop. Carn.* 418. *S. M.* 1. p. 20. *Schaeff. t.* 22, 23. *Fl. Dan. t.* 772. *Curt. Lond. t.* 69. *Vittad. mang. t.* 24. *Lenz. f.* 5, 6. — *Paul. Ch. t.* 135. In region. praecipue campestr. ubique. Speciosus, amplus, odore et sapore gratus, edulis (Clus. esc. gen. 18) carne immutabili.

Squamae pilei subfuscae, lamellae albae, incarnatae, flavae, fusco-marginatae. — Var. *gracilior*, pileo tenuiori excorianti minute squamuloso fibrillosove, stipite laevigato etc.

32, A. RACHODES, pileo carnoso molli e globoso-explanato *depresso*, epidermide tenui reticulata in squamas persistentes diffracta, stipite cavo attenuato laevi immaculato, *bulbo* amplissimo *primo marginato*, annulo fibroso-lacero mobili, lamellis remotis. *Vittad. mang. p.* 158. *t.* 20. Ag. procerus e Tauria. *Fries Elench.* 2. *p.* 36. A. proceri var. *Lasch*! *Linn. n.* 7. A. tepidarius. *Weinm.! Syll.* 1. *p.* 69. In ruderatis umbrosis Tauriae!, Italiae et in tepidariis Eur. boreal. Statura prioris, sed sapore ingratus, nec edulis, antiquitus distinctus (Fungus dipsacod. *Column.* etc.) Pileus sub epidermide tomentosus; squamae polygonae fibris elegantissime radiantibus adfixae. Caro fracta croceo-rubescens, sed exoleta alba. — *Sowerb. t.* 190 accedit, at vulgarem A. *procerum* sistere mihi videtur; sed A. *subtomentosus* Krombh. t. 24. f. 15, 16 videtur forma senilis excorians.

33. A. MOLYBDITES, pileo carnoso e globoso campanulato obtuso; epidermide ad medium in squamas crustaceas secedente, *stipite* cavo *rigido glabro fuscoatro* immarginato-bulboso, annulo aequali mobili, lamellis remotis albo-*coerulescentibus*. *Meyer Esseq. p.* 300. In America meridion. Mea specc. a *Lundio* in Brasilia lecta A. procero minora, rigidiora, stipite subcorneo, pileo sub crusta farinoso.

34. A. EXCORIATUS, pileo carnoso molli obsolete umbonato, epidermide tenui in squamulas vix secedentes diffracta, *stipite* cavo curto *cylindrico* obsolete bulboso *laevi albido*, annulo mobili, lamellis remotiusculis. *S. M.* 1. *p.* 21. *Schaeff. t.* 18, 19. *Lasch. Linn. n.* 8. *β. Vittad. mang. t.* 35. *Krombh. t.* 24. *f.* 24—30. — *Paul. t.* 135. bis. In arvis, campis. Pileus subunicolor, passim fuscescens (cfr. Paul.), saepius albidus, immo prorsus laevis.

35. A. GRACILENTUS, pileo subcarnoso campanulato-expanso obtuse umbonato, *epidermide tenui* in *maculas adpressas* persistentes *dehiscente*, stipite cavo elongato subbulboso, *annulo tenui* libero evanescente, lamellis remotis latissimis pallescentibus. *Krombh. t.* 24. *f.* 13, 14. (textum nondum accepi) A. Amanita. *Schum.!* In fagetis Scaniae ut Reften, Daniae etc. serotinus. Statura fere A. proceri, sed gracilior; pileus sub epidermide non tomentosus, quare hac rupta pileus albidus fusco-maculatus tantum apparet. Lamellae sordidescunt, subvirent.

36. A. MASTOIDEUS, pileo subcarnoso molli ovato-expla-nato acute umbonato, epidermide tenui in papillas sparsas secedente, *stipite* cavo *e bulbo aequaliter attenuato debili* laevi *glabro*, annulo integro secedente mobili, lamellis remotissimis pallescentibus. *S. M.* 1. *p.* 20. *Fl. Dan.* 2144 opt. *Krombh. t.* 24. *f.* 17, 18 minus congr. *Batt. t.* 10. *A.* A. umbonatus. *Schum*! In silvis passim per Europam, etiam ex AEgypto reportatum apud Ehrenb. vidimus. A. exstinctorio proximus mollitie, ariditate, annulo aequali. Color albidus, alutaceus. *Ag. proceroidem* Secr. ad A. exstinctorium potius referam.

** Clypeolarii, *annulo proprio fixo cum velo universali, stipite peronato, confluente l. ab eodem obtecto.* Stipes exsertus et pileus primitus discreti; ille hinc inferne a velo universali vestitus; hic a velo in floccos squamasve laceratus, nec acetabulo immersus. Collarium potius prominens circa stipitem ejusque apicem amplectens. Lamellae hinc approximatae vel per aetatem in *A. cristato* remotae. Caro mollis, odore saepius et sapore ingratis, raphanoideis.

37. A. FRIESII, pileo carnoso molli in squamas squarrosas tomentosas lacerato, stipite cavo araneoso-medullato squamoso, annulo sursum adnato pendulo aequali, *lamellis* vix remotis *linearibus confertissimis ramosis. Lasch! Linn.* 1828. *n.* 9. Ag. curioso *Larbr. lett. ad Morett. p.* 7. e Vitt. A. couleuvre. *Secr. n.* 40. A. aculeatus *Vittad.! mang. p.* 348. Fungus esculentus (vix) etc. *Mich. gen. p.* 173. Per Europam rarius. Statura *Ag. proceri* speciosus, graveolens, pileo ferrugineo-fusco. *Bull. t.* 78, a Secr. citata, est *A. procerus.*

38. A. ACUTESQUAMOSUS, pileo carnoso obtuso, primo *hirto* floccoso, *dein squamis acutis erectis squarrosis* echinato, stipite subfarcto valido bulboso, supra annulum medium pruino o, *lamellis* approximatis lanceolatis *simplicibus. Weinm.! Syll.* 1. *p.* 70. A. trichochtoides. *Krombh. t.* 1. *f.* 18—20. A. asper *Fic.!* etc. A. Mariae *Klotzsch! Linn* 7. *p.* 196. *t.* 8. forma velo universali ad basin magis volvaceo. In hortis graminosis, passim per Europam. Humilior, subinodorus. Stipes demum medio cavus. Pileus fuscescenti-fulvus, ferrugineus.

39. A. HISPIDUS, pileo carnoso tenui umbonato, *primo tomentoso, dein in papillas squamasve secedente, stipite* fibrilloso farcto *tenui* attenuato annuloque supero flocсoso-squamosis, lamellis approximatis ventricosis simplicibus. *Lasch.!*

*Linn.* 1829. *n.* 407. A. lanuginosus. *Spreng.!* *Cfr. Fl. Hall.* 2. — *Mich. n. pl. gen. p.* 173. In silvis umbrosis. Proximis intermedius, statura seqq., sed pileus ut in praecedd. primitus villosus, fuscus.

40. A. CLYPEOLARIUS, pileo carnoso molli umbonato, *primo incrustato laevi, dein in squamas floccosas* adpressas lacerato, stipite fistuloso tenui subaequali annuloque fugaci floccoso-squamosis, lamellis liberis approximatis. *S. M.* 1. *p.* 21. *Tratt. austr. t.* 26. *Paul. Ch. t.* 136. (stipite floccis detersis) *Vaill. par. p.* 64. *n.* 20. A. calceolarius α, β et A. felinus *Pers.* — *Bull. t.* 405, 506. *f.* 2 var. pratensis, stipite infra annulum fibrillosum modo flocculoso. In silvis subnemorosis humidiusculis frequens; *laevigatus* magis locis graminosis. Insipidus. Mire varius statura et coloribus, ut lam. albis, flavidis, rufescentibus; squamis nigrofuscis (A. felinus P.) ferrugineis; flavidis; immo totus albus vel pileo toto flocculoso-villoso etc. Icones exstant plurimae, sed quoad stipitem minus bonae, ut v. c. *Sow. t.* 14 ad sq. potius referres. Plures varr. in vaporariis; cfr. *Weinm. Syll.*, *Fl. Dan. t.* 1732. *f.* 1.; etiam absque annulo, *A. concentricus* Auct. pr. p. —

* A. *roseus*, pileo laevigato roseo, lamellis stipiteque albis, velo fibrilloso. *Scop. Carn. p.* 436. In horto legi.

41. A. CRISTATUS, pileo leviter carnoso obtusiusculo, *primo contiguo nudo, dein in squamas glabras* subgranulosas rupto, stipite fistuloso tenui laevi aequali, annulo medio integro secedente, lamellis liberis demum remotis. *S. M.* 1. *p.* 22. (Bolt. t. 7 e descr., sed icon fallax) *Lasch! Linn. n.* 10. pro more bene. *Batsch. f.* 205. *Grev. Scot. t.* 176. *Krombh. t.* 25. *f* 26—30. *Vaill. par. l. c. n.* 19. In campis graminosis, hortis et vaporariis. A priori distinctissimus (Cfr. Alb. et Schwein., auctores ubique fidos!) minor, odore et sapore gravis, pilei colore varius (etiam pulchre roseus! albus!), stipite albo, rufescente, fusco eoque glabro (sed peronato) l. fibrilloso.

42. A. ERMINEUS, pileo carnoso *laevi glabro*, demum *versus marginem sericeo*, stipite fistuloso aequali glabro, annulo erecto secedente lacero, lamellis approximatis. *S. M.* 1. *p.* 22. *Sv. Bot. t.* 596. *f.* 1. *Krombh. t.* 25. *f.* 34, 35. — In campis graminosis. Fragilis, totus albus, inodorus, sapore Raphani Sporidia e Krombh. fusiformia.

*** Annulosi, *annulo proprio supero fixo subpersistente, velo universali a stipite discreto* — et toto pileo adnato,

hinc dimidiato. Stipes primitus exsertus. Collarium plerisque nullum l. carne pilei similare. Lamellae liberae, primitus saltim approximatae.

43. A. Vittadini, pileo carnoso obtuso, *squamis verrucosis densis squarrosis obtecto*, stipite solido valido cylindrico concentrice squamoso-squarroso, annulo supero amplo, lamellis liberis ventricosis crassis virescentibus. Aman. Vittadini. *Morett. Bot. It. t.* 1. *Vittad. Aman. t.* 1. *Krombh. t.* 27. Am. ampla *Quibusd.!* In nemorosis raro. Maximus, robustus, crassus, albidus, venenatus.

44. A. echinocephalus, pileo carnoso convexo-plano nitido, *verrucis pyramidalibus acutis adsperso*, stipite solido bulboso-tuberoso fibrilloso, annulo distante persistente, lamellis liberis ventricosis ex albo virescentibus. *Vitt.! mang. p.* 346. — *Hist. Soc. Med. par.* 1776. *t.* 16. *f.* 4. Hypoph. tricuspidat. *Paul. Champ. t.* 163. *f.* 3. A. radula *Duf.* In Europa australi. Firmus, longipes, venenatus. Admodum refert *A. acutesquamosum*, sed pileus verrucis Amanitarum potius tectus.

45. A. colubrinus, pileo carnoso obtuso subcompacto, *squamis tomentosis subimbricatis tecto*, stipite solido longissimo aequali, annulo distante adnato reflexo, lamellis liberis simplicibus albis. *Krombh. t.* 1. *f.* 10, 11. In Bohemia lectus. Pileus albofuscescens, subcompactus, ratione stipitis parvus. Collarium o. *Non vidi.*

46. A. holosericeus, pileo carnoso obtuso molli sicco *sericeo-fibrilloso laevigato*, stipite solido bulboso sericeo-fibrilloso, annulo supero persistente amplo reflexo, lamellis liberis ventricosis albo-pallescentibus. In nemoribus humosis Scaniae. Copiose in Dahlby Hästhage prope Lund. Major, inodorus, totus mollis, albidus, edulis! Pileus 3—unc., epiderm. immutata, stipes 3—4 unc. long. [*Bull. t.* 597. f. Q, R, S hunc prorsus refert, sed ad *A. pudicum* album verosimilius spectat].

47. A. naucinus, pileo carnoso molli, *epidermide tenui granulato-fatiscente*, centro subumbonato laevi, stipite subcavo e basi incrassata attenuato fibrilloso, annulo tenui supero e fixo secedente, lamellis approximatis albidis. *Fries Ecl.* 2.! Bulbeux gercé. *Paul. Ch. t.* 150. *f.* 1. 2. *Hist. Soc. Med. par.* 1776. *t.* 9. *f.* 3. A. excoriatus. a. *Lasch. Linn. n.* 8. *et plurr. Auctt.* Ag. sphaerosporus. *Krombh. t.* 24. *f.* 20—23. optime, quantum e sola fig. non fucata video. —

Forma minima in clivis aridissimis, stipite farcto: *Batt. t. 7. G.!* Forma major pratensis; A. leucothites. *Vitt. mang. t. 40.* A. bulbosus *Alberti fung. mang. t. 7.* — In clivis graminosis et campis Scaniae haud raro (Svenstorps mölla, Kjeflinge etc.) et per Europam in Italiam usque. Vulgo inter formas minores A. *excoriati* rejectus, sed distinctissimus velo, annulo tenui aequali secedente tantum, collario *Clypeolariorum.* Color albus, lamellarum vix in carneum vergente.

48. A. CEPAESTIPES, pileo submembranaceo ovato-explanato *farinoso flocculis* plumosis secedentibus *squamoso,* disco carnoso late umbonato, *margine plicato,* stipite cavo bulboso-attenuato floccoso, annulo secedenti-libero fugaci, lamellis demum remotis. A. cepaestipes *Vulgo. Weinm! Syll. 1. p.* 123. *Fl. Dan.! t.* 1798 (an *Sowerb. t.* 2. l. a nostro stipitis basi attenuata, lamell. decolor. et sporid. obscuris divers.) A. cretaceus. *Vittad.! mang. p.* 347 etc. vix dubie etiam *Bull. t.* 374. A. proceroides. *Secr. n.* 39 ad spec. incompl. Caespitosus in hortis et vaporariis. Ad *A. proceros,* praecipue A. mastoideum, multis rationibus accedit, sed morphosis alia, stipes acetabulo haud immersus, collarium similare, annulus secedens, lamellae per aetatem tantum remotae etc. Tenuis, aridus, argillaceo-albus.

**** *Annulo cum epidermide pilei sicci contiguo et similari.* Stipes et pileus jam primitus separati, velo ab epidermide persistente haud discernendo contiguo pileo explicato rupto, ut plurimum infero, stipite peronato. Collarium nullum! Lamellae saepe attingentes.

49. A. PAULETII, pileo carnoso convexo-expanso obtuso *spinuloso-exasperato, epidermide in annulum superum* frustulosum *continuata,* stipite farcto curto firmo lamellisque tenuibus confertis albis. *Paul. Champ. t.* 163. *f.* 1, 2. *Soc. Med.* 1776. *t.* 16 *f.* 3. In silvis circa Paris. Sqq. firmior, sed humilis, subbulbosus, mollis, virulentus; pileo «couleur de noisette». Perquam distinctus, at *non vidi.*

50. A. GRANULOSUS, pileo carnoso e convexo explanato molli *granulis* innatis *furfuraceo,* stipite e farcto cavo subaequali infra annulum inferum secedente-floccoso-squamuloso, lamellis attingentibus confertis planis albis. *Batsch. f.* 24. *S. M.* 1. *p.* 24. inclus. * et ** *Fl. Dan. t.* 1677. *f.* 1., 1795 (colore cinnabarrino). In silvis frequens.

In var. primaria majori pileus latior, obtusus, granula magis persistentia, margo integer, annulus vero et squamae facile secedentes. Lamellae nunc fere liberae lanceolatae, nunc adnexae. Color ferrugineus, umbrinus, cinnabarinus etc. immo in apice stipitis cortinato violaceus; carnis stipitis subconcolor.

* A. Carcharias, pileo umbonato granulis secedentibus subobscurioribus, stipite subbulboso annuloque patente extus squamoso-granulosis, lamellis adnexis albis. *Pers. ic. pict. t.* 5. *f.* 1—3. A. ramentac. *Krombh. t.* 25. *f.* 21—25. In pinetis ubique. Pileus vulgo *incarnato-albus*, expallens, decoloransque, ut in priori saepe rugoso plicatus. Caro alba.

* A. amianthinus, pileo umbonato subtiliter granuloso flocculoso, margine primo crenato-squamoso, stipite subcavo elongato flocculoso, annulo fugaci, lamellis adnatis albo-lutescentibus. *Scop. p.* 434. A. flavofloccosus. *Batsch f.* 97. A. granulosus. *Pers.* — *Krombh. t.* 1 *f.* 12. A. croceus *Bolt. t.* 51. *f.* 2. *Sow. t.* 19. *Grev. Scot. t.* 104. *Fl. Dan. t.* 1015. *Bull. t.* 362, 530 *f.* 3. In pratis etc. inter muscos vulgatissima forma. Prioribus tenuior, *color subochraceus* (etiam carnis in stipite) raro ferrugineus, non expallens. — Licet hae var. valde insignes appareant, tantum ut subspecies separari possunt.

51. A. parvannulatus, pileo carnoso tenui convexo umbonato *floccoso villoso*, stipite cavo basi incrassato *annuloque fugaci floccosis*, lamellis liberis crassiusculis albis. A. lanuginosus. *Fl. Dan. t.* 1248. *f.* 1.! non *Bull.* — b. A. parvannulatus *Lasch! Linn. n.* 12. forma minima, stipite filiformi, pileo 2—5 lin. lato. In silvis frondosis raro; b. in collibus graminosis. Parvus, vix uncialis, albidus, prorsus insipidus.

52. A. sistratus, pileo carnoso tenui campanulato *pruinoso*, stipite subfistuloso aequali veloque infero fibrillosis, lamellis subliberis adscendentibus candidis. *S. M.* 1. *p* 24. In graminosis, hortis raro. Priori longe tenuior, nec granulatus. Nulla re ad *A. sphaleromorph.* accedit!

53. A. seminudus, pileo carnosulo campanulato-expanso umbonato *floccoso-farinoso, demum nudo*, margine e velo lacero *appendiculato*, stipite fistuloso tenui farinaceo, lamellis attingentibus tenuibus *Lasch! Linn. n.* 17. A. ocellatus var. *Montagne!* ex Ardennis. A. histion. *Secr. n.* 42. — In nemorosis raro. Admodum tenuis, delicatus, pileo albido l. carneo.

54. A. MESOMORPHUS, pileo carnosulo campanulato *sicco stipiteque* fistuloso tenui *laevibus glabris*, annulo erecto persistente, lamellis liberis ventricosis candidis. *Bull. t.* 506. *f.* 1. *Fries El.* 1. *p.* 2. Passim in graminosis per Europam: e Gallia, Borussia et Ruthenia vidi. Gracilis, pileo flavescente, sporidiis lamellisque candidis! [Temere disputat Secretan.]

B. *Pilei epidermide viscosa*, ceterum glabra.

55. A. DEMISANNULUS, pileo carnoso tenui umbonato laevi viscoso, stipite subaequali *nigrofibrilloso* medulla libera farcto, *annulo pendulo*, lamellis liberis confertis albis. *Secr. n.* 48. (A. roux colleté). In pinetis Helvetiae, sq. admodum affinis, sed stipes medulla rufescente nigrofibrillosus, annulus adnatus evidens. *Non vidi.*

56. A. MEDULLATUS, pileo carnoso convexo-plano umbonato glabro viscido, margine e *velo appendiculato dentato*, stipite tubulum demum fistulosum discretum recondente, infra velum inferum obsoletum squamuloso *sicco*, lamellis liberis confertis ventricosis. A. illinitus *Secr. n.* 60 excl. omn. syn. hujus potiss. loci. — Locis apricis muscosis in Smolandiae pinetis, raro. Statura media, colore candido, sublutescente, carne crassiuscula molli.

57. A. PINGUIS, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi *annuloque medio cinguliformi viscosis*, stipite solido aequali laevi, lamellis liberis ventricosis confertis. Ad ligna putridiss. domestica Pini ad Lund; vivum attulit *Angelin.* Humilis, sed firmus, stipite 3—4 lin. crasso, pileo 1—1½ unc. lato, albus, pileo interdum cinerasc. Caro firma.

58. A. INOCULATUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso repando laevi viscoso, *stipite cavo rigido a velo infero abrupto vaginato*, lamellis confertis latis albidis. *Batt. t.* 27. *f. I. K.* Ad stipulas Italiae. Pileus uncialis, melleus. Stipes paulo longior, supra velum duplo tenuior. *Non vidi.*

59. A. ILLINITUS, pileo subcarnoso molli ex ovato-campanulato expanso subumbonato *stipiteque* e medullato-fistuloso tenui aequali *glabris glutinosis*, velo obsoleto, lamellis liberis confertiss. demum remotis! *S. M* 1. *p.* 23 cum syn.! *Linn. Suec. n.* 1198! *Sommerf. Lapp. p.* 250! In Europae borealis campis silvat. muscosis graminosis, jove pluvio minime rarus! Est quasi *A. clypeolarius* denso glutine obductus, in stipite absque squamular. et annuli marginati vestigio. Triuncialis, strictus, candidus, pilei margine striato, sed in

*var.* Upsaliae lecta pileo argillaceo laevi, marginello fimbriato.

60. A. DELICATUS, pileo carnosulo convexo-plano glabro laevi *viscoso*, *stipite fistuloso annuloque* inferne dense *floccoso-squamosis*, lamellis liberis confertis tenuibus. *S. M.* 1. *p.* 23 (non Secr.) A. mesomorphus. *Alb. et Schw.* In humidis silvar., sed etiam in colli arido Slottsbacken Upsaliae 31 Oct. 1835! Valde tenuis, delicatus, pileo rufescente, lutescente etc. *numquam* flocci l. *granuli vestigia offerens!* stipite sicco subtomentoso.

III. ARMILLARIA (S. M. 1. p. 26). Leucosporus, hymenophoro cum stipite contiguo; velo partiali stipiti adhaerente annulato cortinatoque. Lamellae postice sinuatae aut decurrentes. Velum universale deficiens vel flocculos sparsos (nec volvam contiguam) in pileo sistens. *Colligit species ob velum a sequentibus divulsas. Ob velum universale deficiens huc forsan quaeres Amanitas n.* 19—24.

* Tricholomata subannulata, *lamellis sinuato-adnexis, stipite carnoso similari. Terrestres.*

61. A. BULBIGER, pileo carnoso convexo-expanso obtuso laevi, margine stipiteque farcto cylindrico *marginato-bulboso* pallido fibrillosis, annulo obliquo fugaci, lamellis emarginatis pallidis. *Alb. et Schw. p.* 150. *S. M.* 1. *p.* 27. *Weinm.! Ruth.* A. malleipes. *Lasch!* A. turbinatus. *Aliis* A. cupreus. *Secr. n.* 67. In pinet. Europ. orient.; Upsaliae copiose. Bulbo Inolomatum distinctissimus; pileus gilvus, rufesc., pallidus, primo fibrillis tectis, dein nudus, udus, mollis. Lamellae demum fere concolores; distant.

62. A. PHOENICEUS, pileo convexo-plano obtuso *glabro viscido*, stipite farcto immarginato-bulboso attenuato rubro-filamentoso, annulo cortinaeformi, lamellis emarginato-liberis confertis candidis. In silvis Europ. oriental. Magnitudo praecedentis, vix ultra 2 unc., pileus colore miniato-rubro *A. muscarii* splendens, ceterum albus.

63. A. FOCALIS, pileo carnoso molli convexo-plano obtuso, *epidermide sericeo-fibrillosa laevigata*, stipite solido aequali lacero-fibrilloso, *annulo proprio medio obliquo*, lamellis subliberis confertis angustis ex albo pallescentibus. *Batt. t.* 8. *F.* stipite breviori. Cfr. A. pannonicus *Scop. Ann. Hist. Nat. IV. p.* 146. descr. incompl. In silvis circa Upsaliam, raro; primus vivum attulit St. *Lindgren.* Spectabilis, 3 unc. altus, stipite unciam crasso undique albofulvente, pileo niti-

dulo 4—5 unc. lato, testaceo-fulvo. Caro fulvello-pallida, disci compacta.

64. A. ROBUSTUS, pileo carnoso compacto convexo-plano inaequali glabro, margine *stipiteque* solido curto *deorsum attenuato radicato* fibrillosis *supra annulum inferum albo*, lamellis emarginato-attingentibus. *Alb. et Schw. p.* 147. *S. M.* 1. *p.* 26. — a. *major*, annulo amplo, lamellis latissimis, pileo saepe diffracto-squamoso. *Secr. p.* 47. A. cyclopeus. *Lasch.! Linn. n.* 499. b. *minor*, annulo lamellisque perangustis, pileo laevi. *Krombh. t.* 25. *f.* 15—20; haec identitatem monstrat A. subannulati *Batsch. f.* 75. In silvis caeduis. Curtus, robustus, gratus, pileo badio-rubro, fulvo, spadiceo, magnitudine et statura varius, nisi *duplex* lateret *species*. Lamellarum latit. ex aetate mire mutatur.

65. A. STRAMINEUS, pileo carnoso compacto obtuso *innato-squamoso*, margine e velo subappendiculato, stipite solido curto deorsum attenuato e velo infero vix annulato squamoso, lamellis sinuato-attingentibus *carneque flaventibus. Krombh. t.* 25. *f.* 8—14 non potest non idem esse, licet textum non viderim. In silvaticis Smol. supremae ad Skärstad etc. inque Bohemia. Statura fere praecedentis, sed color stipite albo excepto stramineus. Squamae interdum secedentes.

66. A. AURANTIUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso innato-squamuloso viscido, stipite solido *aequali concolori apice guttato aurantio-squamuloso* subannulato, lamellis sinuato-adnexis confertis candidis. *Schaeff. t.* 37. *S. M.* 1. *p.* 39. *Secr. n.* 712. A. roridus. *Scop. Carn. p.* 433. In silvis abiegnis, serotinus, mediae staturae, odore et sapore fortis, pileo subaurantio. Lam. demum rufo-maculatae.

67. A. RAMENTACEUS, pileo carnoso convexo-plano *obtuso villoso-squamoso sicco*, stipite solido inaequali squamoso, *annulo infero* floccoso-contexto, lamellis emarginatis confertis ex albido-decolorantibus. *Bull. t.* 595. *f.* 3 sec. spec. gallica! *S. M.* 1. *p.* 25. A. ambiguus. *Lasch! n.* 36 — A. ochrolaniatus. *Secr. III. p.* 607. Passim per Europam, *A. terreo* affinis, et color quoque varius, saepius albidus (squamis disoque punctato fuscescentibus) in lutescentem abit; annulus utplurimum distinctus; odor ingratus.

68. A. CINGULATUS, pileo carnoso tenui *umbonato squamoso-fibrilloso* sicco, stipite farcto aequali laevi, *annulo medio* floccoso-contexto, lamellis adnexis subdistantibus albido-

griseis. *Fries Ecl. in Linn.* 1830, *n.* 1. *t.* 10. In saepibus salicinis Scaniae copiose; p. d. *Ahnfelt* primus distinxit. Mitis, cinereo-fuscus, etiam *A. terreo* cognatus, in cujus vicinia relinquendus *A. tristis* Scop., cortinatus tantum.

69. A. scruposus, pileo carnoso convexo-explanato obtuso glabro e *rugis contortis scruposo*, stipite solido aequali radicato, annulo angusto albo firmo, lamellis sinuato-adnatis albido-griseis. — *Paul. Champ. p* 299. (Macaron des prés) *t.* 143. *f.* 2—4. In pratis Gallo-provinciae. Minor, sed firmus, odore et sapore farinae recentis gratus, admodum deliciosus! Pileus subfuscus, stipes albidus. — *Ag. scriblita. Paul. t.* 94. *f.* 1—4 videtur subspecies haud annulata. *Neutrum vidi.*

70. A. constrictus, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi sicco *micore sericeo secedente glabro*, stipite solido subaequali, *annulo apicali* angusto deciduo, lamellis emarginatis confertis albis. *S. M. p.* 28, 504. *El. p.* 4. *Batt. t.* 7. *f. B.* mycelio luxuriant. In campis graminos., ubi gramen urina equina adustum, haud raro. Etiam Upsaliae in pineto trans Kongshamn. Totus albus, humilis, firmus, odore farinae recent.

** Clitocybae annulatae, *lamellis aequaliter postice attenuatis adnato-decurrentibus*, *stipite intus spongioso elastico*, *extus fibroso firmiori.* Plurimi caespitosi.

71. A Laschii, pileo carnoso-compacto e convexo demum infundibuliformi *laevi glabro*, stipite valido curto fibrilloso-striato, basi incrassato, annulo contexto, *lamellis* subdecurrentibus *confertis* angustis albis. In pinetis Markiae. *Lasch.* (qui ic. descr. et specc. omnium eximior. suorum invent. misit). Pileus 3—4 unc. latus, annulo excepto *A. nebulari* l. *geotropo similis.*

72. A. rhagadiosus, pileo carnoso plano-depresso udo, *disco maculis obscurioribus adpressis variegato, margine laevi*, stipite solido curto aequali, annulo tenui subreflexo, lamellis decurrentibus confertis latis albidis. *S. M.* 1. *p.* 30. *Batt. t.* 10. *D.* A. ochroides. *Krombh. t.* 25. *f.* 31—33 e statura omnino, forte vero var. terrestris, lutescens; coloratum non vidi. Ad truncos Europae australis Saxoniam! usque. Nunc caespitosus, nunc solitarius; albidus, squamis disci et stipite infra annulum fuscescentibus.

73. A. melleus, pileo carnoso explanato *squamoso-piloso*,

*margine* tenui expanso *striato*, stipite spongioso-farcto elastico fibrilloso prope apicem annulo floccoso patente cincto, lamellis adnatis dente decurrentibus subdistantibus pallidis, dein albido-farinosis subrufescenti-maculatis. *Fl. Dan. t.* 1013. *Syst. M.* 1. *p* 30 ubi syn! *Vitt. mang. t.* 3. *Lenz. f.* 7. *Krombh. t.* 1. *f.* 13, 43 *f.* 2—6. *Sowerb. t.* 101. ubique ceterum pictus. Vulgatissimus, solitarius maximus inter folia decidua silvarum; densis caespitibus ad bases truncorum: laxe gregarius minor, pilis pilei pallidis evanidis, velo cortinaeformi, in pratis. Color melleus, pili pilei vulgo nigricantes; junior saepe olivaceo-tomentosus. Exstat varietas, lamellis praecipue, in sulfureum vergens (Weinm. Syll. 1. p. 72), alia fuscescens minor pinetorum. Qui species argutius laceratas cupit, conferat *Batt. t.* 11. *F – B*, *Bolton. Secr. n.* 43—46.

74. A. LARICINUS, pileo carnoso molli convexo obtuso *glabro*, *margine laevi*, stipite spongioso-solido crasso laevi, annulo apicali angustissimo floccoso, *lamellis adnatis distantibus* angustis albis. *Bolt. t.* 19. Ad truncos Laricis. Similis priori, pileo subfulvo ratione stipitis crassioris multo minori et compactiori. Ic. et descr. ined. misit *Schlechtendahl.*

75. A. MILLUS, pileo carnoso explanato umbonato laevi *subvirgato*, margine tenui laevi, *stipite* solido aequali *fibrillis densis adpressis squamoso-tomentoso*, annulo apicali incompleto lacero, lamellis adnatis postice in dentem porrectis albido-griseis. *Sow. t.* 181 *S. M.* 1. *p.* 23. In vaporaris nos quoque vidimus fungum, *A. melleo* affinem, cit. iconi respondentem, licet deus lamellarum non ita solutus et recurvatus. Pileus fuscus, innato-virgatus, stipes dilutior.

76. A. DENIGRATUS, pileo carnoso campanulato-convexo *maculis punctisve obscurioribus variegato*, stipite solido tenui subincurvo attenuato, annulo infra-apicali fugaci, lamellis subdecurrentibus confertis albido fuliginosis *Pers. syn. p.* 267. *S. M.* 1. *p* 30. *Secr. n.* 49 (lam rufesc.) Caespitosus ad truncos, rariss. Tenuis, stipite albido-fusco 1—2 lin. crasso, pileo subumbrino.

77. A. MORIO, pileo subcarnoso campanulato-expanso inaequali rimoso inciso *viscido*, stipite solido fibroso glabro, annulo angusto firmo, *lamellis* adnatis *subdistantibus* pallidis. *Batt. t.* 10 *f.* F. forma minor, junior. *Paul. Champ. p.* 300. *t.* 144. *f.* 1—7. In regione mediterranea, praecipue ad Moros; ex agro Monspessulano cum pl. rariss. misit *Montagne.*

Subcaespitosus, ob rigiditatem flexus et varie laceratus, colore e cinereo-aut fusco-rufescente, in pileo ubique similari.

78. A. GRISEOFUSCUS, pileo carnoso convexo *laevi* glabro *discoideo*, stipite farcto aequali glabro; annulo persistente, *lamellis decurrentibus albis*. *Dec. Fr.* 6. *p.* 52. *S. M.* 1. *p.* 29. Cum praeced., cui utique nimis affinis, subcaespitos., pileo cinereo-fusco. *Non vidi.*

79. A. VAGANS, pileo subcarnoso convexo expanso-obtuso laevi glabro, stipite solido laevi deorsum attenuato glabro, annulo patulo fugaci, lamellis *longe in conum obversum* decurrentibus albis. *S. M.* 1. *p.* 29. *Batt. t.* 8. *C, D. E.* Ad truncos Europae austr. subcaespitosus, albidus. — *Non vidi*; Batt. affinem dicit *A. pudico* Bull. (qui *Batt. t.* 8. *A.*, *Paul. t.* 114. Ag. attenuatus et cylindricus *Dec.*), num itaque lamell. decolorent, licet dicatur saepe candidissimus.

80. A. SUBCAVUS, pileo submembranaceo convexo-plano viscido ad medium striato, disco carnosulo umbonato, *stipite sursum fistuloso* aequali *punctulato*, supra annulum inferum tenuem lacerum laevi, *lamellis planis antice latioribus* dente decurrentibus. *Schum.* — *S. M.* 1. *p.* 28. *Fl. Dan.* 1843. *f.* 1. optime. *Secr. n.* 61. Ad terram in pinetis gregarius, at raro. Gracilis, sqq. affinis, umbone umbrino excepto albidus.

*** Collybiae annulatae, *lamellis postice aequalibus secedentibus*, *stipite extus subcartilagineo.*

81. A. LAQUEATUS, pileo carnoso tenui obtuso laevi glabro, circa marginem subrepandum pendulo, stipite solido bulbilloso adscendente *infra annulum inferum squamuloso-punctato*, lamellis secedente-liberis confertis arcuatis. — *Batt. t.* 10. *C.* eximie! A. mucidus epigaeus *Secr. n.* 58.; at minime *Alb. et Schw.* qui omnino prior.! Ceterum sub var. nominibus acceptus. In Europae nemoribus rarius dispersus. Albus, sat firmus, forma pilei laquearis irregularis insignis. Udus viscidulus, siccus «corii instar» tactu.

82. A. MUCIDUS, pileo tenui molli convexo expanso rugoloso glutinoso, *stipite* farcto rigido *basi incrassato*, *annulo apicali reflexo iterumque erecto striato* tumide marginato, lamellis rotundatis striato-decurrentibus distantibus candidis. *Schrad.* — *S. M.* 1. *p.* 28 ubi syn.! A. valens *Scop.* pessime aliorsum ducitur. *Fl. Dan. t.* 773, 1130, 1372! *Tratt. Austr. t.* 27. A. sudans. *Wallr. Crypt.* 4. *p.* 736. Ad truncos Fagi languescentes nuperve caesos, Europ. boreal. copiosissime,

caespitosus, sed etiam minor solitarius, pileo laeviori margine striato. Totus candidus, aut pileo griseo, fuligineo olivaceove, inodorus.

83. A. FRACIDUS, pileo subcarnoso convexo obtuso laevi viscido maculato, *stipite* e farcto cavo *basi attenuato* squamuloso *supra annulum patulum lacerum laevi*, lamellis secedentibus liberis confertis candidis, *Batt. t. 7. E.! Fl. Dan. t.* 600 e loco. A. mucidus. *Secr. n.* 59. Ad ligna putrida. Albus quoque, sed guttato-maculato pileo; priori minor, firmior, substantia et odore fracidus.

84. A. PILULIFORMIS, pileo carnosulo subgloboso obtuso *sicco* laevi stipiteque fistuloso aequali tenui glabris, *annulo proprio medio membranaceo*, lamellis liberis linearibus confertissimis. *Bull. t.* 112. Inter muscos ad bases truncorum Galliae. Pusillus, stipite vix unciam longo, pileo firmulo fuscescenti-luteo, ceterum albus. *Non vidi.*

IV. TRICHOLOMA (S. *M.* 1. 36). Leucosporus. Velum obsoletum vel tantum floccosum fibrillosumve margini pilei adhaerens. Stipes carnosus, haud corticatus. Hymenophorum cum stipite contiguum, *lamellis postice sinuatis! Omnes terrestres* (subsimiles arborei inter Pleurotos quaerendi) *carnosi, numquam obconici l. vere umbilicati.*

Grex vastissima, plurimos Leucosporos majores et nobiliores colligens. A *Clitocybis* differt velo, stipite fibroso-carnoso, haud spongioso, pilei figura vel his omnibus in paucis formis intermediis aequivocis *lamellis primitus semper sinuatis,* haud aequaliter attenuatis, decurrentibus adnatisve. *Collybiae*, substantia et *vegetatione subepiphyta* jam diversae, *stipite extus cartilagineo* differunt veloque nullo. Caveant tirones, ne sectiones hujus gregis naturalissimas negligant vel fingant *pileum* v. c. *viscosum*, cum jove sicco exsiccetur, minoris esse ponderis; hac nota, a pilei pelliculae priva constructione pendente; *nulla exstat* in singularibus magis essentialis. Distingendus *pileus udus*, qui viscosus *apud Schumach.*

Ser. A. Pileus visco, fibrillis, squamis pubeve tectus; nec aquose-udus l. laevigatus. Caro humorem haud absorbens, nec hygrophana. Stipes velumque universale adnatum (vix distincte conspicuum) fibrillosa. *Spec.* con. 85—144. Cfr. Ser. B.

I. TR. LIMACINA (l. c.), *pilei pellicula humida viscosa! innato-fibrillosa l. squamulosa, sed non lacerata.* Pileus

vere et firme carnosus, non hygrophanus, margine subnudus.

* *Lamellis haud decoloribus nec demum rufescent.*

85. A. EQUESTRIS, pileo carnoso *compacto* convexo expanso *obtuso* flexuoso squamuloso viscido discoideo, *stipite* solido obeso *lamellisque* liberis confertis *sulfureis*. *Linn! Suec. n.* 1219. *Poll. Pal.* 3. *p.* 293. *Fr. El.* 1. *p.* 6. *Sommerf. Lapp. p.* 251. A. crassus. *Scop. Carn. p.* 442. A. aureus *Schaeff. t.* 41. — *Buxb. IV. t.* 10. In pinetis Europae borealis et montosae copiosiss. Serotinus, inodorus, sapore grato miti, nobis vulgo giganteus, sed etiam minor qualem icones sistunt. Pileus flavo-rufescens, disco obscuriori; sero autumno ut plurimae sp. hujus gregis simul viret: *A. flavovirens* Pers. — Alb. et Schw. (Upsaliae variat stipite albo!) — Subspecies insignis: *pinastreti*, pileo tenui, carne aquosa scissili, stipite longiori tenui flexuoso e farcto cavo. *Alb. et Schw. p.* 167, passim v. c. Upsaliae, pileo nunc laevi, nunc squamulis densis fusco-ferrugineis.

86. A. CORYPHAEUS, pileo carnoso convexo-explanato *obtuso viscidulo*, squamulis fuscis punctato virgatove, stipite solido valido obclavato *lamellisque* emarginatis confertis *acie flavis* pallescentibus. *Krombh. t.* 68 *f.* 18—21 quoad staturam hunc nec A. luteo-virentem sistit. In fagetis umbrosis jam aestate v. c. Hallandiae. Magnus, mitis, valde carnosus, sed minus compactus. Pileus lutescens, junior squamulis fibrillisve tigrinus, adultior punctatus laevisque; vetustior virens quoque, qui certe *A. prasinus* Allion., *Lasch* etc. Lamellae latae, ad latera albicant.

87. A. SEJUNCTUS, pileo carnoso convexo-expanso *umbonato* inaequali *viscidulo*, fibrillis nigris *virgato*, stipite solido valido deorsum ventricoso subsquamuloso, *lamellis emarginatis latis subdistantibus albis*. *Sowerb. t.* 126. *S. M.* 1. *p.* 47. *Secr. n.* 705. A. leucoxanthus. *Pers.* In silvis mixtis apricis; vix in reg. magis boreal. Odor saporque amarus, ingratus, pileus margine tenuis flavus, sed pro more quoque viret. *A. leucoxanthus* Secr. n. 702. A. pinastreti sub *A. equestri* respondet.

88. A. PORTENTOSUS, pileo carnoso convexo expanso subumbonato inaequali viscido *lineolis innatis nigricantibus virgato*, margine tenui recto, *stipite* solido valido aequali (subattenuato-radicato) *striato*, lamellis emarginatis latissimis

candidis, demum distantibus pallentibus. *El. fung. p.* 5. *S. M.* 1. *p.* 49. individua maxima. — *Secr. n.* 701. ex affinit. sed odore differt et statione prioris. — In pinetis borealimontosis, seriori autumno abunde, varius statura et colore, qui in pileo vulgo quidem fuligineus (in sicco opacus!) sed etiam sordide luteus, albidus etc. (*A. leucoxanthus* Alb. et Schw.), sed semper sapore grato et odore mitis; nec umquam viret. Lamellarum color quoque varie mutatur, sed non rufescit. *A. multicolorem* P. huc spectare mihi plene persuasum habeo, licet fungum ipsi jam ignotum et *male descriptum* in diversissimis quaerant.

89. A. UNGUENTATUS, pileo leviter carnoso campanulato expanso umbonato regulari *squamoso-floccoso viscido*, stipite solido valido laxe fibrilloso, lamellisque emarginatis confertis latissimis sordide albidis. In pinetis circa lacum Bolmen Smolandiae raro, Inodorus, magnitudine prioris, carne scissili, crine «pomada» quasi inuncto valde singularis.

90. A. FUCATUS, pileo tenui e conico convexo explanato flexuoso viscido, *lineolis innatis virgato*, disco carnoso, *stipite* solido *subbulboso squamuloso*, lamellis emarginatis subconfertis albo-flavescentibus. *S. M.* 1. *p.* 40. *Secr. n.* 700. A. luridus. *Lasch l. c. n.* 504. In pinetis siccis ad latera viarum arenosa. Pileus subluridus, *siccus nitidus!*, sed vere chamaeleontinus. Nimis ceterum cognatus A. portentoso.

91. A. QUINQUEPARTITUS, pileo carnoso tenui convexoplano obtuso flexuoso sublobato *glabro* (*non virgato*) viscido, *stipite* farcto aequali subincurvo *glabro* pallido, lamellis emarginatis subconfertis albidis. *Linn. Suec. n.* 1222. *Paul. Champ. t.* 55. *f.* 2, 3. *Poll. Pal.* 3, *p.* 283. Ag. luridus ex part. *Recent.* In pinetis raro. Pileus nunc cinereo-flavescens, nunc disco obscurior vel circa margines albicans; demum quoque virens. Pileo viscido et numquam fibrilloso ab *A. lurido* differt.

92. A. SPERMATICUS, *albus*, pileo subcarnoso convexo explanato obtuso repando *glabro viscoso* (laevi nitido); margine membranaceo *primo infracto nudo*, stipite e farcto cavo elongato torto laevi, lamellis emarginatis subdistantibus mollibus erosis. *Hypoph. sperm. Paul. Champ. t.* 45. *f.* 1—3. In silvis frondosis Galliae. Valde similis *A. Columbettae*, ut eundem dicerem, sed venenatus, odor virosus, gravibusque notis recedens, semper immaculatus. An vero ejusdem l. *Hygrophori resplendentis* status mutatus? *A. ponderosus* Pers.

M. E. p. 116 ratio media. *Non vidi.* — E descr. huc facile duceres *A. nauseosum* Weinm! in Fl. 1832. p. 449, sed e specc. missis *A. cerussatus*, e loco singulari nempe in cadavere lupi mutato.

** *Lamellis decoloribus, vulgo rubiginoso-maculatis.* Cfr. p. 66.

93. A. AURATUS, pileo carnoso compacto convexo-plano depressoque repando subpunctato viscidulo (?), stipite farcto valido inaequali glabro, *lamellis rotundato-adnatis subdistantibus aureis* subdecoloribus. *Krombh. t.* 63. *f.* 10—12 staturam bene exhibet (non *A. aureus* S. M.) A. columnaris. *Wormsk.!* Le doré. *Paul. Ch. p.* 137. *t.* 43 e descr. et loco! icon mala. (Cfr. *Secr. n.* 704.) In pinetis raro. Specimina huc refero *Kamtschatica* prope Koraeski a *Wormskjoldio* lecta, ex quo Rutheni proprio nomine notant, at non commedunt. «Stipes unciam cr., diametro pilei longior, fibroso-striatus, interdum fulvus. Pileus aurantio-fulvus, siccus nitens, margine dilutiori, etiam depressus vix umbon. Lam. subundulatae, sed integerrimae, flavesc.» *Wormsk. Mscr.*

94. A. NICTITANS, pileo carnoso convexo-plano obtuso *laevi glabro* viscido, *stipite* farcto *sicco* elastico subaequali squamuloso *lamellisque* primitus *rotundato-liberis* confertis obsolete rufescenti-maculatis *flavis*. *S. M.* 1. *p.* 38. *Bull. t.* 574. *f.* 1. (e char., habitus sq.) In silvis frondosis apricis raro. Inodorus, mitis. A sq. certe dignoscitur stipite non viscoso, basi haud attenuato, potius incrassato praemorso lutescente, pileo sat tenui haud virgato, lamellis absque dente decurrente primo rotundato-liberis, demumque pileo depresso stipiti obtuse adnexis tantum.

* A. FULVELLUS, pileo carnoso convexo-plano viscoso laevi, disco obscuriori punctato-rugoso, stipite e farcto cavo fibrilloso albido-rufescente, apice nudo, lamellis e rotundato emarginatis confertis albis rufescentibus. A. fulvus. *Bull. t.* 555. *f.* 2 non Retz. qui antiquior. In fagetis Sueciae etc. minime rarus. Fide Bulliardi priori subjunxi, ceterum sq., cui habitu simillimus, immo et, facie licet valde diverso, *A. ustali* propior videtur. Inodorus, carne decolore aquosa, pileo gilvo-rufescente l. alutaceo; interdum pusillus vix uncialis.

95. A. FLAVOBRUNNEUS, pileo carnoso e conico-convexo explanato discoideo subumbonato *virgato-squamuloso* viscoso, *stipite cavo subventricoso* fibrilloso *primitus viscoso, intus luteo*, apice nudo, *lamellis* emarginato-*decurrentibus* confertis

flavo-rufescentibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 119. *Pers. M. Eur.* 3. *p.* 177. *Secr. n.* 714. A. fulvus. *S. M.* 1. *p.* 37. *Wahlenb.* etc. A. incertus. *Schaeff. t.* 62. A. viscidus. *Poll. pal.*. 3. *p.* 292. A. trichopus. *Alb. et Schw. p.* 163. In nemoribus humidis, praecipue betuletis vulgatissime. Odor fortis farinae recentis, subrancidus. Pileus rufo-fulvus, disco saepe gibbo obscuriori. Stipes basi subattenatus. Vulgo tenuior, sed Upsaliae pileo compacto squamoso, stipite valido farcto. Est *A. albobrunneus* dubius *Pers.* Myc. Eur. p. 176. Ex cel. *Berkeley* in litt. huc A. compactus *Sow. t.* 416 (icon a me vix visa). Uterque variat *lamellis albidis albisque.* Hic *A. fulvus* Retz! et primarius; cum sq. v. c. in Myc. Eur. vulgo confusus.

96. A. ALBOBRUNNEUS, pileo carnoso hemisphaerico expanso *obtuso viscoso fibrilloso-virgato*, disco papilloso, stipite solido curto aequali, *apice albidiori squamuloso*, lamellis emarginatis confertis albis dein brunnescentibus. *S. M.* 1. *p.* 37. *Weinm. Ross. p.* 18. (sub impressione accepi eximium hoc opus). A. striatus. *Schaeff. t.* 38. optima! In pinetis montanis. Stipes curtus, firmus, siccus, nec nisi senio subcavus. Pileus spadiceo-umbrinus circa marginem tenuem inflexum saepe rugosus. — Vulgo cum proximis confunditur, v. c. cum priori in Pers. M. Eur. specie distinctiss. — *A. glutinosus* Bull. est Limacium! — Sed *Clusii Escul. gen.* 20. *sp.* 1. hunc potissimum spectat.

97. A. USTALIS, pileo carnoso convexo-plano obtuso *glabro* viscoso, *stipite* farcto aequali *sicco* rufofibrilloso *apice nudo sericeo-laevigato*, lamellis emarginatis confertis candidis demum rufescenti-maculatis. *Fries Obs.* 2. *p.* 122. *S. M.* 1. *p.* 57. *Weinm. l. c.* A. leucophyllus. *Alb. et Schw.* — *Batt. t.* 17. C. In pinetis montosis praecipue, frequens, alibi rarior. Inodorus; stipes vulgo solidus, tenuiorum tamen cavus simul visus. Pileus badio-rufus, subnitidus, disco interdum obscuriori et punctato, forte etiam virgatus.

98. A. PESSUNDATUS, pileo carnoso *compacto* convexo obtusissimo repando viscoso *granulato* guttatove-maculato, stipite solido valido primitus ovato-bulboso squamulis albidis *undique villoso*, lamellis e libero emarginatis confertis albis demum rufescenti-maculatis. *S. M.* 1. *p.* 38. *Weinm. Ross. p.* 21. *Sterb. t.* 8. *A.* (corrig.) In pinetis Europ. borealis copiose. Statura A. equestris ejusque socius. Sapor et odor farinae recentis, junior saltim gratus. Stipes demum elongatus, subdenudatus et lamellae latae. Pileus badius, rufescens,

circa marginem pallidior, immo albicans. Affinis sq. — *Clus. esc. gen.* 15. *spec.* 1.

99. A. Russula, pileo carnoso e *convexo depresso* obtuso viscido *granulato*, *stipite* solido firmo subaequali *roseo* apice squamuloso, lamellis e rotundato decurrentibus subdistantibus candidis submaculatis. *Schaeff. t.* 58. *S. M.* 1. *p.* 38. *Tratt. essb. Schw. t. G. Krombh. t.* 63. *f.* 1—9. *Weinm. Ross. p.* 21. ex quo *Letell. Supl. Bull. t.* 616. In Europa orientali. Priori nec *A. purpurascenti* A b et Schw. affinis. Color roseo-incarnatus, subinde flavo-maculatus, odore et sapore gratus, in Austria praecipue edulis: *Clus. esc. gen.* 15. *spec.* 2. *c. ic.* [Fefellere apud Clus. striae fuscae, nigrae etc. etiam in *A. muscario* dictae].

100. A. frumentaceus, pileo carnoso convexo-explanato obtuso viscoso *glabro rufescenti-liturato*, stipite solido aequali fibrilloso rufo-variegato, lamellis rotundatis subconfertis albis rufescentibus. *Bull. t.* 571. *f.* 1. *S. M.* 1. *p.* 46. *Chev. par. p.* 136 In Europa occidentali raro; in Suecia ad Hallandiae fines loco graminoso humido pineti. Odore et sapore grato farinae recentis, pileo viscoso! etc. ab *A. acerbo*, *saponaceo* abunde distat. Pileus hyalino-albidus, argillaceusve.

II. Tr. Genuina (l. c.) *pilei pellicula numquam viscosa* (ne uda quidem ob tomentum humiditatem absorbens), *sed in floccos subsquamosos fibrillasve lacerata.* Pileus carnoso-mollis, non hygrophanus, margine involuto primitus subtomentoso. Non confundendi *pileo e velo tontum* fibrilloso! Odor non ingratus l. nullus.

* *Lamellis immutatis*, *nec rufo* — *l. nigro-maculatis.*

101. A. rutilans, pileo carnoso campanulato-expanso sicco stipiteque subcavo molli ventricoso, *tomento purpurascente* variegatis, *lamellis rotundatis* confertis *luteis*, *acie incrassatis villosis* aureis. *Schaeff. t* 219. *S. M.* 1. *p.* 41. *Alb. et Schw. p.* 167. *Fl. Dan.* 1610. *Weinm. Ross. p.* 22. A serratus. *Bolt. t.* 14. A. xerampelin. *Sow. t.* 31 certe nullus alius, clr. textum. *Buxb. C. V. t.* 46. In silvis caeduis frequens; adultus maximus, speciosissimus, carne lutea. Pileus junior semiovatus, totus e tomento denso (velo Lepiotarum!) obscure purpureus, margine tenui involuto, mox campanulatus, demum planus umbone evanido tomentoque in pileo stipiteque flavis squamuloso. Descr. *A. dentati* L. Suec. ex hoc fungo! sed e certa traditione vulgo Hygrocybes sic dixit.

102. A. VARIEGATUS, pileo carnoso explanato sicco stipiteque farcto tenaci *floccis rubellis squamulosis*, *lamellis* emarginatis confertis flavescenti-pallidis albidisque, *acie integerrimis aequalibus* concoloribus. *Scop. Carn. p.* 434. *Schum.* 2. *p.* 294. *Fl. Dan. t.* 1910. *f.* 2. A. rutilans. *Pers.* A. granulatus. *Secr. n.* 802. *Schaeff. t.* 21. *f.* 1—4. *Buxb. C. IV. t.* 33. Cum praecedente; minus speciosus, pallidior, carne albida. Ad ligna putrida quoque macrior pileo subgranulato, stipite fibrilloso.

103. A. SCALPTURATUS, pileo carnoso e conico convexo explanato obtuso, in *squamas floccosas umbrinas rufasve rupto variegato*, stipite farcto inaequali albo fibrilloso, lamellis emarginatis subconfertis integerrimis albis lutescentibus. *Batt. t.* 15 *F.* junior (e qua A. flavo-rufus *Pers. M. E.*) A. pardinus *Secr. n* 717, (excl. syn.) bene quadrat. In monte Omberg Ostrogothiae. Iunior, Lepiotarum instar, tomento floccoso obductus; hoc pileo explanato in squamas latas per pileum flavidum albumve sparsas secedit; in tenuioribus (loco enim statura valde varius) apice tantum squamosus, omnino ut in *A. terreo*, cui affinis.

104. A. AESTUANS, pileo carnoso tenui conico-expanso umbonato *in fibrillas longitudinales secedente*, stipite farcto aequali striato, *lamellis* emarginatis perlatis e *luteo* pallescentibus. *S. M.* 1. *p.* 47. *Lasch. l. c.* In silvis abiegnis muscosis Eur. boreal. raro. Sapor primo felleus, dein mitior. Pileus flavo-rufescens; lam. et stipes senio expallent. Nec *A. sulfureo* nec *A. equestr.* sed sq. affinis.

105. A. LURIDUS, pileo carnoso convexo-explanato subrepando sicco *glabro*, demum inciso *in fibrillas innatas secedente*, stipite farcto valido inaequali glabro, *lamellis* emarginatis confertis *albidis*. *Schaeff. t.* 69! vix Auct. reliqu. *Batt. t.* 17. B. nil saltim recedit, formamque tenuiorem omnino refert. In pinetis etc. passim. Ab *A. saponaceo*, *sejuncto* reliquisque facile commutatis differt sapore miti, odore farinae recentis, carne tam pilei quam stipitis molli, aquam bibula, numquam rufescente, pellicula in squamas non secedente, lamellis confertis, tenuibus, semper albidis. Pileus luridus, cinereo-lutescens, albidus. *Secret. n.* 703 potius A. quinquepartitus; cum nostro cfr. n. 706.

106. A. GUTTATUS, pileo carnoso convexo-explanato sicco flocculoso in squamulas subgranulosas diffracto, *margine remote sulcato*, primo involuto albo-flocceso, stipite solido

farinaceo albo, *lamellis* emarginatis *lineatim decurrentibus* confertissimis niveis. *Schaeff. t.* 240 minus fida. A. conspicuus. *Lasch! l. c. n.* 508 A. miculatus. *Secr. n.* 725. Ad margines silvarum subcaespitosus. Odor et sapor amarus, subacris. Caro crassa, alba. Pileus 3—5 unc. latus, ad ips. inv. specc. potius floccosus quam granulosus, cinnamomeus, gilvus, pallescens.

107. A. IMPOLITUS, pileo carnoso convexo obtuso flocculoso, *dein diffracto squamoso subdepresso*, margine laevi primo inflexo villosulo, *stipite* solido valido fibrilloso, *superne floccoso-squamoso*, lamellis emarginatis confertis albidis. *Lasch! n.* 507. A. erius amarus. *Secr. n.* 726. A. leucocephalus var. *Auct.* In silvis frondosis gregarius, subcircinans. Sapor salsus, dein piperatus. Pileus primo fibrillosus, dein explanatus rimosus centro subgranulosus, ochroleucus fuscoque varius.

108. A. COLUMBETTA, *albus*, pileo carnoso ovato-explanato. udo obtuso rigido subflexuoso, *primo glabro, dein sericeo-fibrilloso-laevigato* squamulosove, margine involuto primo tomentoso, stipite solido valido inaequali striato subglabro, lamellis emarginatis confertis tenuibus subserrulatis. *S. M.* 1. *p.* 44. *Secret. n.* 665. — a. stipite curto difformi attenuato-radicato, pileo minus sericeo-nitente flexuoso demum saepe rimoso-squarroso, margine juniori evidenter involuto tomentoso. Columbetta *I. Bauh.*, *Chabr.*, *Sterb. t.* 9. *B* etc. A. albus *Pers. excl. syn. et sap. viroso. Alb. et Schw. p.* 181. — b. stipite elongato, basi subattenuato, pileo flexuoso inaequali evidenter sericeo-fibrilloso squamulosoque. *Vaill. par. n.* 34.! A. sericeus. *Krombh. t.* 25 *f.* 6, 7. (optime! quatenus albus) — c. stipite elongato cylindrico fibrilloso striato, pileo regulari sericeo-fibrilloso laevi margine nudiusculo. In silvis montanis frondosis, a. locis apricis graminosis, ericetosis; b. in dumetis; c. in fagetis umbrosis. Fungus edulis, odor et sapor vix ullus, mitis, nec farinaceus. Color extus intusque candidus (non lutescens), sed tam extus quam intus in a. vidi subinde maculas rubellas, in b. fuscescentes, in c. violaceas. Ut superficies ex aëris constitutione (recens humidus udus, numquam vero aquosus,) et aetate mutatur, sic etiam lamellae juniores angustae dein perlatae. — Probe separandus *Hygrophorus resplendens.*

= *Ag. argyraceus vide n.* 116. **.

** *Lamellis rufescentibus l. cinerascentibus, acie vulgo demum rufo-aut nigro-maculatis.*

109. A. IMBRICATUS, pileo carnoso *compacto* convexo-explanato *obtuso* sicco *innato-squamuloso*, margine primo inflexo pubescente, *stipite solido* valido *apice albo-pulverulento* (haud cortinato), lamellis emarginato-adnexis subconfertis albis rufescentibus. *S. M.* 1. *p.* 42. ubi syn. *Weinm. Ross. p.* 22. A. rufus. *Pers. M. E. p.* 175 non p. 61. A. vacc. *Schaeff. t.* 25, nisi Cortinaria, minime sq. Fungi silvestres cervini. *I. Bauh.* — *Clus. esc. gen. X. sp.* 1.! (tandem certe exposita, male hactenus cum *A. torminoso* = Clus. pernic. g. XXI, ex iconis habitu confusa, sed descr. manifesta et similitudinem summam cum *A. albo-brunneo* esc. gen. XX. sp. 1. expressis verbis notat). Est e vulgatissimis in pinetis autumno ser. Major, mitis, e Patribus edulis, firmus, pileo cervino, umbrino, rufo-pallescente.

110. A. VACCINUS, pileo carnoso *campanulato-expanso umbonato* sicco, *squamis floccosis squarroso*, margine involuto tomentoso, *stipite cavo* aequali *fibrilloso cortinato*, lamellis adfixis subdistantibus ex albo rufescentibus. *Pers. syn. p.* 293. *S. M.* 1. *p.* 42. *Batsch. f.* 116. A. rufus. *Pers. ic. et descr. t.* 2. *f.* 1—4. In pinetis locis subhumidis praecocior. Priori tenuior, subrufus; Upsaliae, in prioris consortio, solito major, stipite farcto, optime distinctus.

111. A. POLYPHYLLUS, pileo carnoso tenui *irregulari obtuso*, *squamis fibrillosis adpressis*, stipite solido squamuloso *apice striato*, lamellis subliberis confertis albis subrutilis. *Dec. fr.* 2. *S. M.* 1. *p.* 43. A. phaeochrous. *Pers. M. E. p.* 186. In pinetis *Trog*, vulgo in vaporariis, unde sicc. vidi. Proximis medius, pileo umbrino-rufo.

112. A. TABESCENS, pileo submembranaceo ex hemisphaerico explanato obtuso reflexoque *piloso-hispido*, stipite fistuloso subcurvato longo nudo glabro concolore, lamellis adnexis latis subdistantibus e pallido rufescentibus. *Scop. Carn. p.* 446 (ex quo prioribus proxim.) *Batt. t. XIX. C.* — *Mich. gen. t.* 74. *f.* 2, (junior) ex quo mutuatus A. buxeus *Pers. Myc. Eur. p.* 190- *Larbr. t.* 12. *f.* 3. In nemoribus Eur. austr.; substantia rigida a proximis aberrans, forsan Chondropus. Pileus $1\frac{1}{2}$ unc. stipesque fere 3 unc. l. deorsum attenuatus rufescenti-pallidi. *Non vidi;* syn. e descr. congruis junxi.

113. A. FURVUS, pileo carnoso *molli* campanulato-ex-

panso repando *fibrilloso-substriato*, stipite solido fibrilloso; *lamellis liberis* integerrimis dente adnexis albis cinerascentibus. *Fries Obs.* 1. *p.* 126. A. phaeoceph. *β. S. M.* 1. *p.* 47. A. luridus rubesc. *Secr. n.* 711. *Vaill. par. p.* 68. *n.* 53. In campis et silv. muscosis humid. Major, admodum mollis, fragilis; stipes basi subincrassata albida fibrillis pileo concoloribus tinctus. Pileus varie fusco l. badio-lutescens, cinerascens, non floccoso-squamosus.

* A. *phajocephalus* Bull. t. 555. f. 1, ob sporidia ignota per se non definiendus, *A. furvo* habitu sat accedit, sed lamellis fulventibus praecipue differt. Cfr. *Paul.* t. 117. f. 1—2 (a me non visa!) cujus descript. cum nostro bene convenit et Leucosporus dicitur. Citat quoque Vaill. n. 53. — sqq. lamellis lutesc. variant.

114. A. TRISTIS, pileo carnoso *tenui* e conico-campanulato convexo umbonato *squamoso-fibrilloso*, *margine* inflexo *cortinaque manifesta fibrillosis*, stipite subfistuloso aequali flocсoso squamoso, lamellis emarginato-adnexis subdistantibus albis cinerascentibus. *Scop. Carn. p.* 438. In saepibus saliciniis Scaniae, caespit. frequens. Noster tenuis, inodorus, stipite 1 lin. crasso, pileo ½—1 unc. lato. Lamellae numquam nigromaculatae. Non dubitem tamen *A. virgatum* Secr. n. 715 ut formam majorem huc ducere.

115. A. GAUSAPATUS, pileo carnoso tenui *obtuso bullato* repando sicco, fibrillis densis superficialibus obducto, *margine primitus involuto albo-lanuginoso*, *stipite* solido valido *laxe fibrilloso* candido, lamellis emarginato-liberis confertis cinerascentibus. *S. M.* 1. *p.* 43. *Secr. n.* 727. In nemoribus graminosis, raro, sq. valde affinis. Mitis, inodorus, pileo haud squamoso cinerascente etc.

116. A. TERREUS, pileo carnoso tenui molli campanulato-expanso *umbonato* sicco, *villo innato* subfloccoso-squamoso *tecto*, *stipite* farcto subaequali *adpresse fibrilloso* albido, lamellis denticulo decurrente adnexis crenulatis albido-griseis. *Schaeff. t.* 64. (non obstat, nec potius A. coffeatus.) *Sow. t.* 76! *Fries Linn.* 1830. *p.* 723. (In S. M. prorsus deest!) A. nigromarginatus. *Lasch. l. c. n.* 505. A. Friesii. *Jungh! l. c.* 1830. *p.* 394. bene, sed excl. omnib. syn.! *Paul. Ch. t.* 116. A. myomyces *Alb. et Schw.* A. argyracei *Secr. n.* 715, 716, 719, 720 etc. Ad terram in region. campestrib. v. c. Upsaliae vulgatissima spec., in Smol. vero pineto-montanis etc. per 30 annos ne unicum quidem vidi specimen. Solitarius

l. caespit., subinodorus, nunc major, pileo repando squamoso fibrillosove, nunc minor regularis, pileo papillato squamuloso-punctato, margine pr. inflexo subnudo. Pileus fuscus, murinus, coerulescens, lividus etc. nec separandi:

* A. *chrysites*, lamellis demumque pileo lutescentibus. *Iungh. l. c. var.* 3. *Secr. n.* 722. Nec ulla re differt *Batt. t.* 19. *f. L.* (A. holosanthus P.)

* A. *argyraceus*, lamellis et saepe etiam pileo candidis. *Bull. t.* 423. *f.* 1. (t. 513. f. 2 ad vulgarem redit) *Secr. n.* 721. — Uterque eandem regionem cum vulgari inhabitat.

= A. *elytroides* videatur in sq. sect.

III. Tr. rigida, (Tr. spuria S. M.) *pilei pellicula rigida punctato-granulata l. siccitate in squamulas glabras diffracta*, non viscosa, floccoso-squamosa aut fibrilloso-lacerata. Pileus rigidus, in compactis durus, pler. cartilagineus, tenuiorum fragillimus, margine, excepta spec. prima, nudo. E velo, nec cuticula lacerata, specimina juniora fibrillosa obviam veniunt, ut etiam alia minora et juniora haud diffracta. Odor saepius ingratus.

* *Lamellis albis aut pallescentibus, nec rufescentibus cinerascentibusve, nec rufo nigrove maculatis.* (Ag. hordus n. 129 variat lam. candidis).

117. A. luteovirens, durus, pileo carnoso obtuso flexuoso siccitate rimoso-tessulato, *disco pruinoso, margine primitus* involuto *tomentoso*, stipite solido obeso deorsum attenuato, lamellis rotundato-liberis confertis pallescentibus. *Alb. et Schw. p.* 168. *S. M.* 1. *p.* 42. In pinetis campestr. Lusat. Markiae *Lasch* etc. raro. Totus valde compactus, curtus, pil. sicco, lutescenti-viridi.

118. A. saponaceus, olidus, firmus, pileo *subcompacto* convexo-explanato difformi obtuso sicco glabro, dein *rimoso-squamoso* punctatove, margine primitus *nudo*, stipite solido inaequali subradicante, lamellis *uncinato-emarginatis distantibus* tenuibus integerrimis albo-pallescentibus (obsoleteve virentibus). *Fries Obs.* 1. *p.* 101. *Linn.* 1830. *p.* 721. *Weinm. Ross. p.* 23. *Klotsch Herb. Germ. C.* 2. A. lividus. *Huds.* A. murinus. *Scop. Hist. Nat. IV. p.* 147. A. graveolens. *With.* — *Sowerb. t.* 281. A. madreporeus. *Batsch t.* 36. *f.* 203. *a, b.* A. argyrospermus. *Bull. t.* 602. A. luridus *Pers.*, *Albert. et Schw.!* cum omn. varr.!! nec Schaeff. licet figura simillima! A. Myomyces *Pers.* ex parte. *S. M.* 1. *p.* 44. exclus. synn.

dubie citat. In silvis, jove pluvio vulgatissima spec., statura vero et colore vario fallacissima, ut ad specc. viva facile plures fingas species; ut ad icones plures certe diversas facillime huc trahas v. c. *A. frumentaceum*, *cartilagineum* Bull. *A. luridum* Schaeff. — Odor diagnosticus, debilis, mihi, ut color, saponaceus. Stipes nunc floccis nigris fasciculatis adpresso squamosus, nunc glaber! Pileus albus, cinereus, lividus, luteo-virens, nigrescens etc. at non ruber, sed passim rufomaculatus et *caro dissecta hinc inde rubescit*. — *A. atrovirens* Pers. syn. p. 319, dubiis de syn. per Myc. Eur. p. 182 sublatis, est varietas tenuior, obscurius virens, squamulis minutis stipiteque longiori nigricantibus, in fagetis umbrosis obvia, ut in S. M. observavimus, confirmante *Lasch Linn. l. c. n.* 506.

* A. *alter*, lamellis stipiteque luteis pallescentibus. *S. M. l. c.* A. albo-umbrinus *Schum.* A. napipes *Krombh. t.* 28. *f.* 23, 24. Ceterum priori omnino similis et aeque variabilis.

* *A. fusiformis*, pileo primo sericeo, dein laevi. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 1729. In fagetis. Reliqua priorum. *Non vidi.*

*Obs.* Nescio cur species, neglecto colore, manifestissima sit perennis confusionis objectum! *Persoon* cum *A. myomycete* evidenter confudit, unde nos, qui in S. M. primam genuinam speciei limitationem dedimus, *A. terreo* nulla ratione affini tum nondum lecto, sub illo nomine proposuimus. Apud *Secretan* h. l. *videntur* Ag. nitrati n. 681—685 aliique, sed cum *Hydrophoro! murinaceo* nulla adest affinitas. — Acutiss. *Weinmann.* huc reducit suos *A. cognatum* et *A. affinem* in Syll. 1. p. 71: 2. p. 84 descriptos.

119. A. MICULATUS, firmus, pileo carnoso compacto explanato obtuso glabro *granulato*, *disco rimoso*, stipite solido subaequali fusco fibrilloso floccosove, lamellis *subadnatis* planis leviter *distantibus* lacteis. *S. M.* 1. *p.* 39. *Obs.* 2. *p.* 121. — *Secr. n.* 687. vix differt. — *Schaeff. t.* 21 (excl. f. 1—4) in quaedam individua quadrat! In quercetis raro. Priori cognatus, sed manifeste differt. Odor non ingratus. Color pilei albidus l. lividus, disco umbrino; lamellarum non virescens.

120. A. CARTILAGINEUS, cartilagineo-elasticus, subfragilis, pileo carnoso *convexo-bullato* gibbo undulato glabro, cuticula rimulosa *subtiliter nigro-punctato*, stipite farcto aequali brevi lineato-striato subfarinoso, lamellis subemarginato-adnexis ar-

cuatis *confertis* pallescentibus. *Bull. Ch. p.* 596. *t.* 589. *f.* 2. *S. M.* 1. *p.* 46. — *Secr. n.* 639 forte junior, in adultum melius quadrat A. fumosus *Secr. n.* 642. A umbrinus. *Pers. M. E. p.* 214. A. affinis *Weinm. Syll.* 1. *p.* 71. e descr. Locis graminosis raro. *A. saponaceo* affinis, sed spece. compar. manifeste distat forma lamellisque, passim dente obsoleto rotundatis, colore vero albo cinereo lutescenteque itidem variis. Pilei cuticula integra nigrescens, eademque jove sicco hiascente expallens et pil. tam subtiliter rivulosus, ut «pulverulentum» dixerit Bulliard. Stipes albidus, utrinque leviter incrassatus, pilei diam. brevior.

121. A. LORICATUS, cartilagineus, tenax, pileo campanulato-convexo subundulato *udo* (viscidulo) *papilloso* tenui, *cuticula crassiori cornea discreta loricato*, stipite subcavo aequali radicato *striato fibrilloso*, lamellis attenuato-liberis adscendentibus confertis pallescentibus. In coryletis umbrosis, montosis raro. Serotinus, olidus, stipite testaceo-fuscesc., pileo livido l. umbrino-fusco, carne sessili, cute intus fusca lin. crassa. Lamellae stramineo-pallidae. Var. pileo olivaceo, lam. albis videtur Secr. n. 638, sed descr. ad «unicum specim.» nulla fides.

122. A. MELEAGRIS, rigidus, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso rimose inciso, *cute atra glabra in squamas sparsas rupta*, stipite solido squamuloso deorsum incrassato nigrescente, lamellis attenuato-adnexis angustis pallescentibus. *Sowerb. t.* 171. In Anglia. Facies, color carnis (passim rubentis) et lamellarum etc. *A. saponacei*, sed multo tenuior, rigidor et squamarum indole forsan diversus; *A. hordo* similis. *Non vidi.*

123. A. ATROCINEREUS, rigido-*fragilis*, pileo carnoso convexo-plano sicco glabro, demum rimoso, *disco prominente obscuriori*, *stipite farcto* cylindrico *glabro* lamellisque arcuato-adnexis ventricosis albidis. *Pers. syn. p.* 348! Ag. cuneifol. *β. S. M.* 1. 117. — *Secr. n.* 762. In nemoribus graminosis rarior. Odore et sapore, minus fortibus, fragilitate etc. sq. affinis, sed constans; synonymo cognito separo. Ne remotissima quidem affinitas cum *A. pratensi d.* S. M.

124. A. CUNEIFOLIS, *fragillimus*, *pileo* carnosulo convexo plano sicco glabro, mox *diffracto*, *stipite* cavo *deorsum attenuato* apic albo-pruinoso, *lamellis tenuibus* confertis albis, *antice latioribus* oblique truncatis, postice attenuatis, dente decurrente. *S. M.* 1. *p.* 116. *Obs. myc.* 2. *p.* 99 (quo differrent? absurde se-

parantur!) — *Batsch. f.* 206 optime. A. nycthemerus. *Pers. Myc.* 3. *p.* 213. (*Pallasii* dubius.) A. dysodes. *Secr. n.* 763 (forma silv. non rimosa). Locis graminosis tam apricis, quam silvat. frequens. Pumilus, uncialis, pileo fusco, livido etc.; demum depresso. Lamellarum forma et odore farinae recentis distinctissimus. (Numquam quoddam ad *Secr. n.* 761 accedens ex hac regione vidi.)

** *Lamellis decolorantibus, rufescentibus l. cinerascentibus, vulgo rufo-l. nigro-maculatis.* (Cfr. Hygrophoros!)

125. A. Colossus, maximus, *durissimus*, *pileo compacto* crassissimo hemisphaerico-expanso glabro, dein diffracto-squamoso, margine ex arcte involuto infractoque nudo evoluto flexuoso, *stipite solidissimo* primo tuberoso, *apice constricto glabro albo*, *inferne carneque testaceis*, lamellis rotundatis confertis tenuibus albis, dein latissimis pallide lateritiis. In pinetis siccis Smol. occid. Portentum mirabile, *maximus et durissimus Agaricus in orbe* (pileus pedalis usque, stipes 4 unc. crassus). Pileus testaceus, junior circa marginem viscidulus. Velum o.

126. A. geminus, obesus, durus, *pileo compacto* convexo-repando obtuso glabro *rimuloso-rivuloso*, margine inflexo tenui laevi, *stipite* solido ventricoso glabro *concolori*, lamellis attenuato-adnexis tenuibus confertis albis rufescentibus. Hypoph. geminum. *Paul. Champ. p* 135. *t.* 40. In Gallia. Distinctissimus, deformis, pileo rufo-cinnamomeo «qui est sujette a ce gercer finement», 2 unc. lato, stipite ultra unc. crasso. Mitis et *delicatissimus.* — *Non vidi.*

127. A. sudus, firmus, pileo carnoso convexo-explanato sicco glabro, demum rimoso-squamuloso, stipite solido compacto sursum attenuato *fibrillis squamulosis punctato*, lamellis profunde emarginatis (dente decurrente) subconfertis albidis, acie demum rufescentibus. In graminosis montanis jam aestate. Eximia species, facile vero pro *A. arcuato* sumenda. Stipes (haud cartilagineus) 2 unc. usque l., ½ unc. cr., tinctura pilei dilutiori. Pileus 2—3 unc. latus, rufescens, carne albida immutab.

128. A. tumidus, rigido-fragilis, pileo carnoso bullato-expanso undulato *subnitido* dein inciso rimosove, margine tenui infracto, stipite solido *radicante tumido striato candido*, lamellis emarginatis latis subdistantibus candidis, demum rufescente-cinereis. *Pers. syn. p.* 350? *S. M.* 1. 48. *Secr.*

*n.* 752. *Krombh. t.* 72. *f.* 1—5. Hohenschwamm. *Clus. pern. g. IX. Sterb. t.* 18. *E.* In pinetis, raro, sed subcaespit. Major, subcartilagineus, pileo cinereo subtigrino.

129. A. HORDUS, rigido-fragilis, pileo carnoso tenui campanulato-expanso revolutoque sicco rimoso squarrosoque, stipite farcto aequali striato, *lamellis* emarginatis latis *subdistantibus* albis cinereisque. *S. M.* 1. *p.* 47. *El. p.* 6. — Etiam *Batsch. t* 37. *f.* 203. c. hujus forma laevigata. In fagetis passim. Inodorus, mitis; pileus (primitus fibrillis evanidis tectus passim observatur) glaber, absolute siccus, luridus l. cinereus, ob pilei tenuitatem totus in squamas demum laceratus. Hic sane a 128 et 130 distinctissimus, sed exstat subsimilis nondum toties observatus, ut separem.

130. A. VIRGATUS, *rigidus*, pileo carnoso convexo plano subumbonato siccissimo glabrato; *squamulis lineolisque innatis nigris virgato*, margine primitus nudo, stipite solido valido striato glabro albo, *lamellis* emarginatis *confertis* canescentibus. *S. M.* 1. *p.* 48. *Lasch*! *Weinm. Ross. p.* 26. A. atrociner. medius. *Alb. et Schwein.!* ips. test. A. fumosi var. *Pers. M. E.* In silvis montanis, solit. sed freq. Major, felleus (praecipue junior), stipes subtuberosus absque omnis veli vestigio!; pileus cinereus, junior quidem fibrillis secedentibus tectus visus, sed per se glaber, lineolis nigris modo virgatus l. squamulis superficialibus nigris *glabris* adspersus.

131. A. ELYTROIDES, fragilis, pileo carnoso convexo-plano depresso subrepando *squamoso-granuloso*, *stipite* e farcto cavo *reticulato-fibrilloso* basi incrassato, *lamellis dente adnexis* subconfertis *crassiusculis* albis, demum cinerascentibus. *Scop. p.* 424. *Batt. t.* 17. *D.* A. lemnisc. *Pers. M. E.* — *Trog.* A. myomyces a. *l. c.* (varr. ad A. saponac. et piloso-squamosae ad A. terreum) *Secr. n.* 718. In Europa australi. Odor et sapor gravis, mihi farinaceus rancidus, aliis plumae adustae. Pileus fuscescens, disco obscuriori, carne alba rubente. — Affinis *A. terreo.* Accepi sub nomine *A. murinacei.*

132. A. OPICUS, rigens, pileo carnoso tenui convexo *umbonato laevi*, *mox squamuloso*, stipite farcto aequali glabrescente, *lamellis arcuato-adfixis* ventricosis vix confertis canis. *Fr. El.* 1. *p.* 16. *S. M.* 1. *p.* 43. *Secr. n.* 723 non obstat. In silv. abiegn. muscos. raro. Pileus (absque squamis pilosis! sed A. saponacei similibus) et caro cinerascunt, immutab. Odor non distinctus. *A. sulfureo* e statura et subtantia proximus.

IV. TR. SERICELLA, *pileo* (absque pellicula distincta) *primitus sericello, mox glabrato siccissimo* nec udo nec viscoso nec hygrophano, nec distincte squamoso. Pileus subtenuis, opacus, humorem absorbet, sed caro lamellis concolor, non hygrophana; stipes omnium carnoso-fibrosus, quo minores habitu Collybiae dignoscuntur. *Grex eximia*, ob pileum saepe laevigatum, quasi glabrum non confundenda.

* *Lamellis latis, crassiuscul. subdistantibus.* Graveolentes. (A. saponaceus fusiformis vid. supra n. 118 **).

133. A. SULFUREUS, pileo carnoso convexo-plano *subumbonato* inaequali, primo sericello mox glabrato laevi, stipite farcto subaequali *striatulo lamellisque* arcuato-adfixis *distantibus sulfureis. Bull. t.* 168. *S. M.* 1. *p.* 110. *Sow. t.* 44. *Fl. Dan. t.* 1910. *f.* 1. *Paul. t.* 85. *f.* 3, 4 ex *Secr. n.* 852. In silvis, praecipue frondosis. Foetens, pileo sulfureo aut rufesc. Var. *coronaria* P., in S. M. excl., videtur sq. (*Larbr. t.* 12. *f.* 5. fictitia; ut etiam f. 4. l. c. quae *A. flavovirentem* P. sisteret !!!)

134. A. BUFONIUS, pileo carnoso convexo-plano *subumbonato*, primo sericello, mox glabrato punctato-rugoso opaco, *stipite* farcto aequali *flocculoso, lamellis* arcuato-subdecurrentibus subdistantibus luteo-*alutaceis pallidisque. Pers. syn. p.* 359 (dubius; potius A. hypothejus exsiccat.!, sed non male quadrat, certe non Secr.) *S. M. p.* 88. In pinetis montosis. Pileus umbrino-nigrescens! (Bull. t. 545. f. 2. O) fusco-purpurascens, alutaceus etc. stipite flocculis pileo concoloribus primo tecto. Odor mitior. Cfr. *Bull t.* 545. *f.* 2, *Secr. n.* 851. *Paul. l. c. f.* 1, 2.

135. A. LASCIVUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso *subdepresso* e sericeo glabrato laevi, stipite solido aequali rigido, basi radicato tomentoso, *lamellisque* arcuato-adnexis *confertis albis. S. M.* 1. *p.* 110. *Secr. n.* 853. *Weinm. Ross. p.* 62. In quercet. campestr. Pileus alutaceo-pallesc.

136. A. INAMOENUS, pileo carnoso convexo-plano *subumbonato* e sericello glabrato laevi, stipite solido aequali radicato *lamellisque* arcuato-adfixis decurrentibusque *distantissimis candidis. S. M.* 1. *p.* 111. *Secr. n.* 854. *Weinm. Ross. p.* 62. In pinetis montosis copiose. Foetidissimus, pileus sordide albus. *Sow. t.* 121. ceterum valde distinct., exacte habitum exprimit!

** *Lamellis tenuibus, confertiss. angustis.* Parvi, rari. Cfr. *A. albus* * *n.* 159.

137. A. GALBANUS, pileo carnoso tenui subdepresso sublaevigato *maculato demum squamuloso fibrillosove*, *stipite cavo* fibrilloso subradicato, *lamellis* adnexis confertis *latis sulfureis.* (rarius rufo-maculatis) *Lasch.! n.* 526. A. bellus. *Secr. n.* 987. In pinetis ad terram l. ad ligna carie consumta. Odor amarus: pileus luteus fusco-maculatus! carne lutea subrubente, lamellae varie adnexae. Duplex forma alia glabrata, demum squamulosa interdum vero fibrillosa!; altera floccosa piloso-squamosa; haec ex acutiss. *Lasch* A. *trichaeus* Pers., qui in diversissimis quaeritur nec tute definiendus. *Affinem* legi in fagetis pileo campanul. sericeo flavovirente, habitu *A. sulfurei*, sed inodorum et lamell. confertis.

138. A. CHRYSENTERUS, pileo carnoso convexo-plano obsolete *umbonato e sericello glabrato* laevi, *stipite solido* aequali basi albo-lanato, lamellis liberis confertis *angustis* flavis. *Bull. t.* 556. *S. M.* 1. *p.* 126. In fagetis inter folia, ligna cariosa raro. Noster, l. c. descriptus, *A. peronatum* quidem «refert», sed distinctiss. Unicolor, regularis, minor, inodorus, extus intusque lutescens.

139. A. CERINUS, pileo carnoso convexo-plano *obtuso* depressove *glabrato* laevi, *stipite farcto fibrilloso-striato* basi glabro (saepe fusco), *lamellis* adnexo-secedentibus *confertis flavis.* *Pers. syn. p.* 321. *S. M.* 1. *p.* 89 *Weinm. Ross. p.* 56. In pinetis raro. Minor, pileo cerino l. fuscescente, carne alba. Alia forma pileo repando 1½ unc. l. repando; alia minor, vix uncialis, stipite fusco = *A. soderellus* Scop.

140. A. ONYCHINUS, pileo carnoso convexo plano subumbonato glabrescente, *versus marginem purpureo-sericeo*, *stipite* solido aequali fibrilloso-sericeo pallido *apice rubello*, lamellis mox liberis linearibus confertis *luteis.* In pinetis muscosis raro v. c. Smoland. occid. Elegans, regularis, firmulus, pileo obscure et pulchre purpureo l. badio-rubro. Caro lutescenti-alba. *A. flavus* Lasch! n. 527 ad hunc, ut *A. soderellus* ad A. cerinum.

141. A. IONIDES, pileo carnoso e campanulato-convexo plano *umbonato* laevi subglabrato *decolorante*, margine primitus flocculoso, *stipite* farcto *elastico* attenuato *fibrilloso*, lamellis dente decurrente emarginatis confertis tenuibus erosis albis pallescentibus. *Bull t.* 533. *f.* 3. *S. M.* 1. *p.* 107. A. pur-

pureus. *Pers. Myc. E. p.* 225. *Bolt. t.* 41. minima forma. A. fallax *Lasch! Linn. n.* 511 optime — b. A. pseudodryoph. *Secr. n.* 808 media vers. priorem forma. In silvis humosis, valde versiformis et versicolor, quo minor eo obscurior, vulgo violaceus aut lilacinus, minor fusco-purpureus, rubello-lividus, per aetatem semper expallens. Caro alba, non hygrophana. *A. persicinus* Lasch. n. 406. h. l., sed sq. accedit; lamellae variant rotundatae.

* A. PRAVUS, *fusco-rubellus*, pileo carnosulo campanulato expanso umbonato (sub lente sericeo) stipite e farcto cavo floccoso *deorsum attenuato*, lamellis dente adnexis erosis albo-pulverulentis. *Lasch. l. c. n.* 532. Cum priori, cui minor, tenuior, fragilior ejusque coloribus (fusco-purpureo, lilacino-rubello, livido) varius, statura vero prorsus *A. carnei.*

142. A. PAEONIUS, pileo carnoso convexo-plano subrepando *obtusissimo* laevi e sericello glabrato, margine flocculoso, *stipiteque cavo* molli aequali flocculoso *fragilibus persistenter carneo-rubris,* lamellis rotundato-liberis ventricosis confertis candidis. Inter gramina et muscos. Admodum pulcher, mollis, haud expallens, major et minor, hic facile cum sq. confunditur.

143. A. CARNEUS, pileo carnosulo ex hemisphaerico convexo-plano depressove obtuso laevi *glabrello expallente*, *stipite* subfarcto *brevi rigido*, *sursum incrassato pruinoso* e rubello albicantibus, lamellis postice latissimis rotundatis confertissimis candidis. *Bull. t.* 533. *f.* 1. (manca) *S. M.* 1. *p.* 130. *Secr. n.* 739. Locis graminosis. Pusillus, vix uncialis; pileus primo regularis obscure ruber, mox incarnatus tandemque albescens nitidus repandusque. Stipes fibroso-*cartilagineus*, nec mollis, ut Collybiis fere propior. Affinis est *A. curtipes!*

144. A. CAELATUS, pileo carnosulo convexo *umbilicato* flocculoso-laevato dein *rimuloso-rugoso* expallente, stipite flocculoso-farcto aequali glabro fusco, lamellis sinuato-adnatis arcuato-planis confertis sordide albidis. In collibus silvaticis sterilibus, habitu et sporidiis sordide albidis *A. hirneolo* et *parili* proximus. Stipes uncialis, lin. parum excedens, demum fistulosus sursum incrassatus vix l. leviter pruinosus. Pileus vix unc., fuscus dein fuscescenti-griseus.

*Ser.* II. Pileus (jove pluvio) udus, glaber, nec squamoso-lacerus, in prima infantia (raro vero conspicue) pulverulentus. Caro mollis, spongiosa l. aquosa tenuissima, aquam bibula, hygrophana. Stipes extus fibrosus, intus spongiosus l. cavus.

Trich. personata S. M. (Primaria differentia posita in velo universali discreto mox secedente pulverulento; in priori serie adnato subfibrilloso).

V. Tr. guttata s. Prunuloidea, *pileo carnoso fragili guttato-maculoso rivulosove, stipite solido* nec reliquor. notae. Fungi ut Morchellae *vernales* l. in terris frigidioribus aestivales, catervatim aut caespitose vulgo nascentes, exsiccati praecipue fragrantes, aromatici, *omnium deliciosissimi*, apud Patres et vulgum celebratissimi (Prunulus *Hermol.*, *Caesalp.* etc. *Clus. esc. gen.* 3, 4, 11, quibus repetitis *I. Bauh.* addit *Mouceron* Hist. XL. c. 2, *Sterbeck* Boletos e. s. p.) at mire perierunt apud recent. Script Mycolog. (Micheli solus plurima affert nomina; *Paulet* eximie enodavit veras species) ob proventum sporadicum (vix plures species in eadem regione) et vigendi tempus, quo vulgo fungi ex professo haud colliguntur.

* *Lamellis pallentibus.* Sporidia oblonga, alba. [Trama omnibus *Tr. guttatis* similaris, immixtis granulis.]

145. A. gambosus, pileo carnoso convexo-plano undulato obtuso udo glabro *maculato* demum rimoso, *margine involuto primitus stipiteque* solido valido aequali *apice flocculosis*, lamellis emarginatis dente adnexis ventricosis confertis albido-flaventibus. *S. M.* 1. *p.* 50. *Krombh. t.* 63. *f.* 18—22. A. graveolens. *Secr. n.* 676. — a. *vernalis.* A. Pomonae *Lenz. f.* 13. — b. *aestivalis.* A. cerealis. *Lasch! n.* 517 (lamellis demum dente longe decurrentib., postice anastomos.) In Scaniae campestr. pratis vere frequens, Germaniae. Amplus, ungulaeformis (Scanis *Hofsvamp*, unde nomen) spithamam usque latus, albo-flavescens.

146. A Georgii, pileo carnoso convexo-plano obtuso subrepando, sicco *flocculoso-molli*, *margine* laevi *nudo*, stipite solido obeso subventricoso fibrilloso, lamellis attenuato-adnexis confertis *linearibus* transverse striatis albo-pallidis. *Linn. Spec.* 2. e synn., unde nomen! *Clus. esc. gen.* 3. *J. Bauh. l. c. c.* 3 etc. — *Paul. Champ. t.* 94. *f.* 13—18. A. Mouceron. *Secr. n.* 675. *Fl. Dan. t.* 1672. — ? *Vitt. t.* 12. ex icon. In regionibus silvosis Europ. mediae jam Aprili. *A. graveolenti* magis, quam priori affinis; cui longe minor, obesior, immaculatus, albolutescens aut sordidescens. *Vidi sicc. tantum.*

147. A. albellus, pileo e conico expanso glabro udo

guttato-squamoso, disco compacto subumbonato, margine tenui laevi *nudo*, *stipite* solido *ovatobulboso* fibrilloso-striato, *lamellis* aequaliter attenuato-adnexis (edentulis) confertis integerrimis candidis, *antice latioribus*. *Decand. Fr.* ex part. — *Clus. esc. gen. IV. spec.* 1. etc. — *Paul. t.* 95. *f.* 1—8. Vrai Mousseron! figura mala. A. pallidus. *Schaeff. t.* 50. *Trattin. austr. t.* 20. A. aromaticus *Rocq.* non Auct. — A. *Mouceron* Pers. *Ch. Comest. n.* 11 e descr. et A. albellus *l. c. n.* 13. In regionibus frondoso-silvaticis admodum praecox, Scaniae ad Westerstad etc. Odor recentis debilis. Pileus regularis, non lutescens, recens albus, dein griseo-fuscus, guttis squamaceis subsecedentibus saepe adspersus. Duplex forma, duplo major, solitaria; minor, sed connato-caespitosa omnino ut in A. albello *Sow. t.* 122. — Nomen *Mouceron*, barbarum, apud Auctores et vulgum ubique confusum, prorsus omittendum.

148. A. BOREALIS, pileo carnoso irregulari subumbonato glabro, sicco rivuloso, margine nudo laevi, *stipite* solido longo glabro *elastico* inaequali (saepe torto) *basi attenuato* lamellisque emarginato-decurrentibus tenuibus confertis persistenter albis. — A. monstrosus. *Sow. t.* 283. In lucis graminosis; Upsaliae in horto Botan. paulo post solstit. aestiv. Odor et habitus *A. Prunuli*, singularis colore expallente, primo subincarnato, dein albo.

** *Lamellis decolorantibus rufesc. l. fuligineis.* Sporidia rotunda, sordide albida.

149. A. GRAVEOLENS, pileo carnoso-compacto subhemisphaerico obtuso glabro, *siccitate rivuloso*, *margine laevi*, stipite solido firmo aequali fibrilloso, *lamellis arcuato-adnexis* confertis tenuissimis ex albido fuligineis. *Pers. syn. p.* 361 certissime! *S. M.* 1. *p.* 45. — *Clus. esc. gen. IV. sp.* 2 etc. — *Paul. t.* 94. *f.* 5—6 ad spec. exsicc et forte *f.* 7—12, ob ultimae colorem lamell. — A. Mouceron. *Tratt. Austr. t.* 19. *Krombh. t.* 55. *f.* 2—6, *t.* 2. *f.* 2—6. etiam *Bull. t.* 142. Cfr. descr. *Gmel. in Pers. Essb. Schwämm. p.* 129, cujus descr. ad Bulliard, pro more adaptat. In dumetis «sub Prunis», valde praecox. Pileus non guttato maculatus, sed valde decolorans, albidus, vulgo fuligineus in fuscum et fulvum transiens.

150. A. AMETHYSTINUS pileo carnoso convexo-plano obtuso repando glabro laevi udo *coeruleo-maculato*, *margine* pallidiori *subrugoso*, stipite solido curto basi attenuato, lamellis

subadnatis confertis albis subrufescentibus. *Scop. Carn.* 2. *p.* 437. – *Paul. t.* 95. *f.* 9—11. A. palomet. *Dec. fr.* 6. pr. p. (Thore cum Russ. commutav.) Monomyc. amethyst. *Batt. t.* 9. *G?* In Europae austral. silvis, etiam ineunte aut. Statura fere praeced. pilei disco maculisve coeruleis facile distinctus.

151. A. TIGRINUS, pileo carnoso e conico-convexo expanso difformi rimosove udo glabro *nigro-maculato*, margine laevi, *stipite* solido valido *subpruinato* striato basi tumido, lamellis dente decurrente adnexis demum distantibus ex albo fuligineis. *Schaeff. t.* 89. *S. M.* 1. *p.* 53. *Clus. esc. gen. IV. sp.* 3 etc. A. fritillarius. *Batsch.* A. camarophyllus *Secr. n.* 757 (nil saltim cum meo et A. S, prorsus ident. commune habet). Sub pinubus caespitos., Majo; sola sp. hujus gregis in pineto-montanis obvia. Major, mollis, in cibariis vilior, pileo ex albo cano demum nigro-maculato. Evitanda quidem *homonyma*, quae e synonymis differre quidam nesciunt!, inter Agaricinos, sed cum nemo cum Secretan *Lentinum tigrinum* Bull. Pers.! cum Tricholomatibus comparabit, Schaefferi tolerandum.

152. A. PES CAPRAE, pileo carnoso *tenui* conico-expanso *umbonato* fragili inaequali glabro, margine rimoso subinciso, stipite solido aequali (basi subattenuato) glabro, lamellis emarginatis perlatis e conferto subdistantibus albo-cinereis. Geyss-Klaw. *Clus. esc. gen. XI. Sterb. t.* 9. A. *Hall. helv. n.* 2344 e syn. A. multiformis. *Schaeff. t.* 14. (ipsi Monceron, odore farin.) an Teteron *Paul.*, cujus iconem non vidi. Locis graminosis Scaniae etc. circa solstitium. Ceteris tenuior, fragilior, subcaespitosus; pileus disco excepto vix carnosus, griseus, fuscescens.

Obs. *A. scriblita* Paul. t. 94. f. 1—4 sub n. 69. citatur.

VI. TR. SPONGIOSA, *pileo e compacto spongioso obtuso laevi glabro udo, nec hygrophano.* Fungi firmi, valde serotini, catervatim nascentes. Stipes validus, subincrassatus (vulgo basi, raro apice) fibroso-spongiosus. Pileus humorem bibens, in marginem usque carnosus. Lamellis demum spurie (at sinuato) decurrentibus Clitocyben vetustae mentiuntur.

* *Lamellis haud decolorantibus.* Sporidia alba.

153. A. SCHUMACHERI, pileo spongioso compacto convexo-explanato obtuso laevi udo, *margine excedente inflexo*,

stipite carnoso solido valido fibrilloso-striato, lamellis leviter emarginatis (demum adnato-decurr.) planis angustis confertis candidis. *S. M.* 1. *p.* 87. *El. p.* 7. *n.* 35 (exclud. nomen, rescriptoris vitio mutatum, loco: *post A. tumidum p.* 38. ins.) *Weinm. Ross. p.* 52. A. pullus. *Pers. Myc. Eur. n.* 144, 364., *Alb. et Schwein.!* certissime, (non Schaeff. nec Secr.) In fagetis, serotinus! Tota indoles et structura *A. personati*, tantum ob colores (pileum cinereum, nudum tamen) cum *A. nebulari* comparatus. Stipes omnino carnosus et lamellae primitus emarginatae Tricholoma evidenter probant.

154. A. ARCUATUS, pileo explanato subgibbo laevi glabro udo discoideo, margine tenui primitus inflexo, *carne colorata*, stipite solido firmo fibrilloso-squamuloso deorsum nigricante bulboso, lamellis arcuato-adnatis (dente decurr.) *arcuatisque* confertis albis. *Bull. t.* 443. figg. stipite squam. *S. M.* 1. *p.* 109. *Pers. M. E.* 3. *p.* 174. *Secr. n.* 631. etc. *Weinm. Ross. p.* 64. In pratis graminosis raro, sed gregarius. Pileus mollis, «paene viscidus», rufofuscus, expallens, disco nigricante. Lamellae subundulatae, fragiles. Stipes interdum eximie marginato-bulbosus; hic certe *Clus. esc. gen. X. sp.* 2. *Sterb. t.* 7. *C.*

* A. *cognatus*, major, extus intusve gilvus aut sordide alutaceus, pileo obtuso discoideo, stipite fibrilloso a basi submarginata attenuato, lamellis minus confertis alutaceis. *Bull. t.* 589. *f.* 1. E descr. hunc pro A. cognato *Syll.* 2. *p.* 84 olim habui. Cfr. A. sapon. —

155. A. OREINUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi glabro, *stipite* solido curto aequali subbulbilloso, *apice albo-squamuloso*, *lamellis e rotundato* liberis confertis planis albis. *S. M.* 1. *p.* 52. *Weinm. Ross. p.* 29. A. testudineus. *Pers. M. E. p.* 218. *t.* 23. *f.* 1, 2. In ericet. mont. solitarius. Pumilus, uncialis, inodorus, pileo fusco, lividove eoque compacto nec hygrophano lamellisque in marginem usque aeque latis excurrentibus ab *A. humili* diversiss. — Fig. summa humillima tab. cit. *Bull. t.* 443 formam satis exhibet, sed vix h. l.

156. A. CONGLOBATUS, pileo carnoso-compacto inaequali laevi, margine tenui inflexo subpruinoso, *stipitibus* solidis brevibus ventricosis *subtomentosis e tubere communi stipatis*, lamellis liberis rotundatis albidis antice evanescentibus. *Vittad. mang. p.* 349.! In Italia, valde caespitosus, sed pumilus, pileo fusco-nigricante. Odor farinae recent.

157. A. PATULUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso subrepando laevi glabro, *stipite solido firmo elastico glabro aequali*, lamellisque emarginatis planis confertis reticulato-connatis *subvenosis* albis (non corneis) *Buxb. Cent. IV. t.* 7. In silvis frondosis v. c. Upsaliae solitarius. Stipes totus fibrosus; absque tubere communi, ½—1 unc. cr. Pileus haud compactus, sed ubique carnosus, cinereo-griseus, nec tigrinus nec virgatus nec hygrophanus. Odor nullus. Affinis fere *A. platyphyllo*; sed carnosior; lam. angustae. — Non cum A. *decast. n.* 220 confundetur.

158. A. MALUVIUM, pileo spongioso-carnoso e *campanulato convexo* expanso obtuso laevi glabrato, margine nudo, *stipite* solido firmo glabro *sursum incrassato*, lamellis rotundatis dente adnexis confertis distinctis albis. *Batt. t.* 20. *G.! Secr. n.* 686. In Europa australi; e Gallia merid. *Montagne*! Firmus, statura media, pileo e viridi luteo expallente. Odor subingratus.

159. A. ALBUS, pileo carnoso e *convexo depresso* obtuso glabro laevi *sicco*, margine primitus involuto demum repando, stipite solido firmo *elastico aequali* (l. basi attenuato) glabro, lamellis rotundato-adfixis confertis tenuibus latis albis. *S. M. p.* 53. *Weinm. Ross. p.* 30. A. leucocephalus *Bull. t.* 536. (incl. aliis?) *Pers. Myc. Eur.* 3. *p.* 113. Mousseron sauvage *Paul. p.* 151. e descr. *Batt. t.* 20. *f. I.* In quercetis. Statura media, variabilis. Color nunc candidus, nunc pileus lutescens l. disco obscurior. Odor debilis, sed sapor e Pers. valde amarus. Dens lamell. obsoletus, sed lamell. e pileo depresso decurrunt ut fere *Schaeff. t.* 256, habitu consimili. Cfr. *Secr. n.* 690.

* A. CAESARIATUS, pileo tenui molli orbiculari *fibrilloso-sericeo*, demum glabro, stipite tenui fragili apice subpruinato, lamellis subliberis. In fagetis umbrosis. Colore (albo pileove alutaceo) et tota facie priori simillimus, ut non separem, sed totam speciem ad Trib. IV. potius referrem! Caro hygrophana.

160. A. LEUCOCEPHALUS, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso laevi udo, *micore sericeo detersili* secedente glabro, margine patente nudo, stipite *cavo cartilagineo-tenaci radicato* laevi glabro, lamellis rotundato-liberis confertis albis. A. leucocephalus *Krombh. t.* 62 et forte Bull. ex parte. In terra nemorum; Upsaliae ad Wårdsätra *Arrhenius*. A priori maxime diversus, fere Chondropus. Totus compactus, can-

didus, pileus tenuis tenax, carne aquosa. Stipitis substantia similaris, basi solida. Odor saporque farinae recentis.

= Exstant formae albae *A. personati*, *A. humilis.*

** *Lamellis decolorantibus.* Sporidia albida. (Omnium facile maxime serotini, hinc *Clus. esc. g. XX.*)

161. A. PERSONATUS, pileo e *compacto* molli convexo-plano obtuso regulari laevi glabro udo, *margine* excedente primo involuto *villoso-pruinoso*, *stipite* solido obeso subbulboso *villoso*, lamellis e rotundato liberis confertis *latis* e *violaceo sordidis* (albidis, fuscis). *S. M.* 1. *p.* 50. *Weinm. Ross. p.* 28. *Fl. Dan. t.* 1133. *Sowerb. t.* 209 ex habitu omnino (sed in descr. Cortinarius videtur confusus). A. bicolor. *Pers. M E. p.* 222! In silvis et campis Eur. borealis vulgatiss. Iunior Cortinarium refert, pileo violaceo, purpureo, livido etc.; vetustior (numquam depressus) omnimodo decoloratus (vix definiendus), maxime personatus. *A. hepaticus* Weinm. in Fl. 1832 ex Auct. etiam h. l.; descr. non parum recedit. Similis *A. tyrianthinus n.* 197. lamellis postice aequaliter acutis et *pellicula pilei secedente* maxime differt.

* A. *saevus*, elatior, fuscescens, stipite valido sulcato fibrilloso, lamellis latis aquose fuscis — potius status senilis, quam varietas, respondens sequentis figg. inf. in Bull. *t.* 439. at non depressus. Odor mucidus.

162. A. NUDUS, pileo carnoso subtenui e convexo-explanato *depresso* obtuso glabro udo decolorante, *margine* inflexo tenui *nudo*, *stipite* farcto elastico aequali *subfarinoso*, lamellis e rotundato decurrentibus confertis *angustis e violaceo* rufescentibus. *Bull. t.* 439. *S. M.* 1. *p.* 52. *Krombh. t.* 71. *f.* 27—29. *Secr. n.* 149. b. (a. videtur A. personatus. Meum A. *personatum*, leucosporum! licet, inter Cortinarias quaerit!) — b. *Paul. t.* 78. *f.* 3 e descr. In pinetis, raro in Europ. boreali, ubi *A. sordidus* vulgatior. Priori longe tenuior, fusco-violascens, dein rufescens, lamellis obscurioribus. Odor acidulus.

163. A. IRINUS, pileo spongioso-compacto convexo-plano obtuso udo *obsolete innato-virgato*, margine involuto laevi pruinoso, stipite solido subbulboso *reticulato-fibrilloso*, lamellis rotundato-liberis confertis *angustis* integerrimis *e cano luridis*. *Clus. esc. g. XX. sp.* 2. A. person. var. *Lasch! l. c. n.* 494. In Europ. orient. nemoribus, denso agmine. Statura A. *personati*, sed colore (*A. acerbi*) e carneo-albido alutaceo, lamellis

haud expallentibus, carne alba, odore *Iridis florentinae* etc. differt. Per aetatem stipes *A. pers.* fibrillosus quoque evadit.

164. A. PANAEOLUS, pileo spongioso-compacto convexo-plano udo *micore griseo pruinoso-variegato* (saepeque guttato), margine inflexo laevi repando, stipite solido brevi fibroso-striato elastico, *lamellis* arcuato-adnexis subconfertis integerrimis *griseis sordide rufescentibus. Clus. esc. gen. XX. sp.* 3. *c. ic.* rudi. A. ectypus. *Secr. n.* 636. In nemoribus region. camp., valde serotin. Firmus, tenax, elasticus, odore et sapore non ingratus, sed colore subfuligineo pruina quasi marmorato tetricus.

* A. CALCEOLUS, pileo spongioso difformi ovali repandoque opaco, atomis innatis pruinosis griseo-variegato, margine infracto nudo, stipite excentrico solido duro fusiformi brevissimo, lamellis arcuato-adnexis confertis fuligineis. *Sterb. t.* 6. *E. F. G.* (pro praeced. exhibitae.) In coryletis circa Upsaliam repertus. Stipes ½ unc. l. Pileus griseo-fuligineus l. carneo-griseus, non maculatus, altero latere in calceoli formam productus, altero, ad stipitem saepe, incisus; disco supra stipitem plano-depresso. Lam. 3—4 lin. l.

165. A. MILITARIS, pileo spongioso-compacto e gibbo convexo explanato subrepando udo *subviscido, margine laevi* primitus involuto *floccoso-pruinoso*, lamellis arcuato-adfixis subconfertis *eroso-laceris albo-rufescentibus* maculatisque. *Lasch l. c. n.* 490 (vix differt) *Clus. l. c. sp.* 1 (vel potius A. albo-brunn.) — Si sporidia albida indicata huc ducerem *Paul. t.* 42. *f.* 1, 2. et *Secr. n.* 579 nunc obscuros. In pinetis condensatus, serotinus. Odor et sapor subdulcis, peculiaris. Pileus fulvolateritius; passim maculatus l. disco obscurior. Stip. basi incurvus.

166. A. ACERBUS, pileo carnoso convexo-expanso obtuso glabro subtigrino, *margine tenui* arcte involuto *rugoso-sulcato*, stipite solido obeso flavescente *apice squamuloso*, lamellis emarginatis confertis e pallido rufescentibus. *Bull. t.* 571. *f.* 2. *S. M.* 1. *p.* 49. *Pers. M. E. p.* 167. *Vittad. mang. p.* 350. *Secr. n.* 583. In silvis frondosis Eur. austr. serotinus, catervatus. Odor ingratus, sapor acerbus. Pileus albo-lutesc., helvolus, dein rufo fuscove liturat. Stipes vulgo bulbosus, sed in spec. copiosis a *Vittadini* amice datis basi attenuatus.

167. A.? CINERASCENS, pileo carnoso convexo-expanso

obtuso laevi glabro, *margine tenui nudo striato*, stipite farcto elastico subaequali *glabro*, lamellis rotundatis confertis subundulatis *basi venosis a pileo discretis* ex albo griseo-rufescentibus, demum lutescentibus. *Bull. t.* 428. *f.* 2. *Chev. par. p.* 138. (stipite elongato tenui aequali) *S. Amans Ag. p.* 580. (stip. crasso, lam. lib.) *Secr. n.* 584 (stip. curto crasso subbulboso, lamell. subdecurr.) In silvis Europae mediae, subcaesp., serotinus. Odor aniseus. — Specc. mihi comparare non potui; hinc Auct. fide hoc loco inserui; videtur *Paxilli* spec. Sporidia ex Secr. (qui vero hanc rem, ut variis locis patet, haud satis caute exploravit) in violaceo-griseum tendunt. «Sporidia cinerea» *Secr.* nusquam in ullo *Agarico* vidi!

168. A. Cnista, pileo carnoso tenui molli convexo-expanso udo, *margine inflexo laevi* subrepando glabro, stipite solido curto glabro subaequali, lamellis rotundatis latis confertis *transverse venosis albis*, tritis rubellis. Observ. *Paul. t.* 37. *f.* 4—6 (lam. monstros.) ex habitu, prior potius e descript. In fagetis apricis, raro; ad lacum Bolmen Smoland. Praecedenti similis, at albus, non cinerascens; odor carnis assatae. Stipes carnosus, 1½—2 unc. l.; ½ unc. crass. laevis. Pileus 2—3 unc. lat. albus, subalutac., disco subobscuriori, carne scissili alba. Sporidia alba.

VII. Tr. hygrophana, *pileo tenui subumbonato udo carneque demum molli hygrophanis.* Stipes arrhizus medullatus, totus in fibras fissilis. Pileus inaequaliter carnosus, hinc plus minus umbonatus versus marginem tenuissimus. Color pilei tam expallens, quam hygrophanus, maxime mutabilis in singula specie. Caro uda aquosa, primo compacta, dein mollis, lamellis tenuibus non latior. — Pileus subinde pulverulentus est lusus abnormis e velo, jove sicco, persistente. Valde affines *Tr. spongiosis*, sed abeunt in *Collybias !*

* *Lamellis albidis immaculatis.*

169. A. grammopodius, pileo carnoso e *campanulato-convexo* explanato depressove umbonato glabro udo, *stipite* farcto elastico *sulcato glabro* sursum attenuato, lamellis *arcuato-adnatis* confertis albis. *Bull. t.* 548, 585. *f.* 1 *S. M.* 1. *p.* 93. *Weinm. Ross. p.* 54. A. tabularis. *Pers. M. E. p.* 73. In nemorib. graminos. raro. Spectabilis, major, triuncialis, udus demum mollis et fragilis. Caro alba, pellicula secedente. Lamellae explanati adnatae, plano-convexae. Color e fusco-rufo lividove albicans. *Secr. n.* 634?

170. A. TURRITUS, pileo carnoso *conico-expanso* umbonato udo, margine inflexo, stipite e farcto cavo *fibroso-molli* albo *fuligineo-fibrilloso* sursum attenuato, lamellis *secedenti-liberis* ventricosis adscendentibus albis. Locis humidis silvaticis. Primo firmulus, mox totus mollis; pileo udo fuligineo-purpurascente subtigrino, pellicula stipitis et pilei nulla. Lamellae saepius serratae, candidae l. albidae. Affinis *A. lixivio* et *furvo*.

171. A. MELALEUCUS, pileo carnoso tenui *convexo-plano* obsolete umbonato glabro udo expallente, stipite farcto tenui elastico subglabro albido, striis fibrillosis infumato, basi incrassato, lamellis *emarginato-adnexis* ventricosis confertis albis. *Pers. syn. p.* 355. *S. M.* 1. *p.* 114. *Weinm. Ross. p.* 661. A. leucophaeus. *Myc. Eur.* 3. *p.* 219. *Secr. n.* 644. *Buxb. C. IV. t.* 12. *f.* 2. Pervulgatus jove pluvio in silvis, juxta vias, locis graminosis. Primo elastico-firmus, dein fragilis. Color plerumque nigro-fuligineus, sed ut expallens, hygrophanus varie varius. Praecipue ab A. *oreino* et *stridulo* caute separandus. Variat lamellis lutescentibus. *Weinm. in Linn. X. p.* 53.

* A. *adstringens*, pileo explanato rigente (exsiccato piceo subnitente), stipite nudo, lamellis albis dein obsolete incarnatis. *Pers. syn. p.* 350. Cfr. *M. E. p* 220! A. melaleucus var. *Fr. Obs.* 2. *p.* 114. — *Secr. n.* 635. (n. 645 videtur media ratio). *Bull. t.* 443. figg. nigr. — Praecipue in quercetis.

* A. *polioleucus*, pileo obtuse umbonato e livido griseo, stipite subaequali apice albo-pruinoso, lamellis albidis. *S. M. l. c.* A. leucophaeus var. *P. M. E.* — *Secr. n.* 632 ex ipso. In graminosis etc.

* A. *porphyroleucus*, firmior, pileo carnoso umbone obscuriori evanidoque, stipite solido subfibrilloso, lamellis albis. *Bull. t.* 443 figg. rufesc. stipite glabro. *Secr. n.* 633. Locis similibus, nunc elongatus ut ad *A. turritum*; nunc curtus ut ad *A. oreinum* accedere videatur; sed certe distinctus. Pileus e fuligineo aut fusco rufescens.

Hae varr. specie haud separentur.

172. A. BREVIPES, pileo carnoso e rigido molli *convexo-applanato* glabro umbone evanescente, *stipite solido* firmo *rigido* brevissimo subincrassato *fusco*, lamellis emarginatis confertis ventricosis e fuscescente albidis. *Bull. t.* 521. *f.* 2. (junior) *Paul. Ch. t.* 44. *f.* 1, 2 (adultior) *S. M.* 1. *p.* 53. *Weinm.*

*Ross. p.* 28. *Pers. M. E.* 3. *p.* 217, forma abnormis, lamell. subdecurr. *Buxb. C. IV. t.* 31. *f.* 1. In terra humosa; Upsaliae etc. frequ., serotinus. Iunior valde rigens, umbrino-nigrescens (carne pilei stipitisque quoque umbrino-fusca) dein fragilis, pileusque stipite $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. obsolete pruinoso duplo triplove latior mollis, expallens isabellinus.

173. A. HUMILIS, pileo carnoso molli ex umbonato *convexo-plano* depressove laevi glabro hygrophano, margine tenui excedente, *stipite* farcto brevi aequali fragili *pallido villoso-pulverulento*, lamellis rotundatis (dente decurrente) confertis ventricosis albidis. *S. M.* 1. *p.* 51. *Buxb. Cent.* 4. *t.* 32. A. molybdeus. *P. M. E.* 3. *p.* 218. et A. humilis *l. c. p.* 211, 217 lusus leviss. lamell. sinuato-decurr.! *Secr. n.* 692. Ubique ad terram humosam. A priori, a quo olim non distinxi, vix satis differt sed stipes tenuior, longior, mollior. Pileus e fusco-cinereo varie decolorat; saepe totus pulverulentus (Secr. n. 693) sed exstat var. *fragillima*, pileo pallidiori, stipite longiori cavo fibrilloso, lamell. angustiorib. — In pratis.

174. A. EXSCISSUS, pileo carnosulo campanulato-expanso demum umbonato laevi *stipiteque solido* tenui aequali *glabris* nitidulis, *lamellis* emarginatis confertis *linearibus* candidis. *S. M.* 1. *p.* 114. *Weinm. Ross. p.* 660. A. myochrous stilbopus. *Pers. M. E. p.* 219. In graminos. pinguib. jam aestate. Parvulus, admodum regularis murinus, interdum pulverulentus, sed numquam sericeus et ab *A. curtipede* distinctiss.

175. A. SUBPULVERULENTUS, pileo carnoso e convexo plano depressove laevi *micore pruinoso-innato albo canescente*, marginello excedente inflexo, *stipite* solido aequali *glabro substriato*, lamellis rotundatis (absque dente) confertis angustis albis. *Pers. M. E.* 3. *p.* 221. In hortis et campis graminos.; copiose Upsaliae in Kongsängen. Firmus, sed e priorum foedere, carne hygrophana; pileo ($1\frac{1}{2}$ unc. circ.) recenti livescente, sed e pruina innata canescente; non ut priores subinde pulverulento. Stipes 2 unc. l., 3 l. crass. passim adscendens, sub lente apice obsolete pruinatus.

176. A. PERSICINUS, pileo carnoso convexo-explanato *obtuso* laevi glaberrimo udo hygrophano, versus marginem nudum tenui, *stipite* farcto *cartilagineo* intus fibroso aequali laevi *glabro*, lamellis dente decurrente adnexis confertis *arcuatis* tenuibus albis. *S. M.* 1. *p.* 52. In pineto-montanis

locis muscosis l. graminosis, passim. Ex icone *Bull.* A. jonidem facile crederes, sed abunde insuper differt, pileo stipiteque constanter firmis tenacibus pallide incarnatis, haud decolorantibus, sed siccitate pallentibus. Pileus 1—3 unc. latus, majorum stipes solidus, *saepe curvatus*, apice albo-maculatus. Lamellae nunc rotundatae, nunc emarginatae, nunc fere liberae, lineares l. parum ventricosae; sed primo eximie arcuatae.

** *Lamellis violascentibus, griseis, fuligineis.*

177. A. URBUS, fragilis, pileo carnoso tenui *campanulato-expanso* subumbonato udo hygrophano, saepe tigrino, *margine recto nudo*, stipite solido bulboso incurvo fibrilloso-striato, lamellis attingenti-*liberis* adscendentibus confertissimis coerulescenti-albis. *S. M.* 1. *p.* 48. *Fl. Dan. t.* 1844. *f.* 1. A. incurvus *Schum.* A. melaleucus. *Secr. n.* 637. In humo silvarum, praecipue intra trunc. cavos. Lamellis postice aequaliter attenuatis, stipitem tantum Lepiotarum more attingentibus etc. distinctissimus. Pileus nigrofuscus, cum carne alba subcoerulescens.

178. A. SORDIDUS, tenax, pileo subcarnoso e campanulato-convexo plano depressove subumbonato glabro hygrophano, margine demum striatulo, stipite farcto *fibrilloso-striato* subincurvo basi incrassato, *lamellis rotundatis* subconfertis e *violaceo* albidis fuligineisve, demum sinuato-decurrentibus. *S. M.* 1. *p.* 51. *Fl. Dan. t.* 1843. *f.* 2. *Lasch Linn. n.* 495. A. mutabilis et sordidus. *Schum.* A. nudus praticola. *Alb. et Schw. Weinm. Ross. p.* 29. *n.* 47. *Buxb. C. IV. t.* 12. *f.* 1. In sterquilinis, hortis, pratis etc. Europae borealis copiose. *A. nudo*, etiam a me, olim subjunctus, at diversissimus, vegetus admodum tenax, junior plus minus fusco-l. carneo-violascens, dein squalidus totus fuscescens undulatus saepe et excentr. lamellisque subdistantibus.

179. A. PAEDIDUS, tenax, pileo subcarnoso e campanulato-convexo explanato *circa umbonem conicum depresso fibrilloso-laevigato* udo, margine involuto nudo, stipite farcto curto substriato basi bulbilloso lamellisque subsinuato-decurrentibus *confertis* angustis ex albido griseis. In campis sabulosis, serot. Inodorus, subopacus, pumilus. Stipes 2 lin. cr., extus subcartilag. intus totus fibrosus; pileus ½ unc. latus, murino-fuligineus, vix expallens, carne tenuissima, tenacissima albescente.

180. A. GLAUCO-NITENS, rigens, pileo subcarnoso convexo expanso *subobtuso* repando udo dein *fibrilloso-radiato* virgato, stipiteque farcto brevi aequali elastico glabro nitidis, *lamellis* sinuato-adfixis latis *subdistantibus* glaucescentibus. *Batsch f.* 192. *S. M.* 1. *p.* 116. (distinguatur ab *A. nitente* Vahl s. luteo-nitente) — Secr. 654. quodammodo recedit, forte varr. silvat. stipite cavo etc. In pascuis et silvis raro; etiam Scaniae. Curtus, inaequalis, olidus, stipite demum compresso. Pileus ex olivaceo-nigro decolorans expallensque.

181. A. FAVILLARIS, rigidus, pileo subcarnoso explanato circa umbonem persistentem depresso laevi *glabro* udo, margine patente laevi; *stipiteque subcavo* aequali glabro scissili *laevibus*, lamellis longe attenuatis subliberis *confertissimis* linearibus albido-griseis. In pratis montanis Halland. inter muscos, serotin. Habitus fere *A. metachroi*, siccus quoque albicat, at minor, rigidior, carnosior, semper umbonatus lamellisque valde distinctus.

182. A. LIXIVIUS, fragilis, pileo subcarnoso e convexo plano glabro udo, umbone evanido, *margine explanato membranaceo striatulo*, stipite e farcto cavo compressoque aequali albo-floccoso-pruinoso, lamellis truncato-liberis mollibus subdistantibus griseis. A. compressus *Swartz! in Vet. Ac. H.* 1808 omnino — et *Sowerb. t.* 66, licet specimina archetypa ob stipitem monente Cel. *Berkeley* in litt. cartilagineum abunde differant, ita exactissime representant nostrum, ut nulla melior icon exhiberi possit. In pinetis campestribus Uplandiae, etiam Upsaliae. Habitus *A. orbiformis*, sed pileus obscurior umbrinus, non virgatus. Stipes totus fibrosus, admodum mollis, fragilis. Lamellae a stipite ad apicem attenuatae, saepe crispae.

183. A. RASILIS, mollis, pileo subcarnoso campanulato-expanso umbonato udo fibroso-virgato opaco, margine infracto undulato, stipite subcavo aequali fibrilloso, lamellis secedentibus venoso-connexis mollibus subdistantibus *umbrino-fuligineis, acie albo-floccosis.* Locis subhumidis juxta vias in pinetis; Smoland. Leucosporus, totus facile in fibras secedens, pileo umbrino-fuligineo, carne alba. Stipes 2 unc. l., 3 lin. cr., subgriseus. *A. furvo* et *turrito* tantum affinis. — Cfr. *Hyporhod. proletarium.*

184. A. PUTIDUS, pileo carnosulo hemisphaerico *umbonato* laevi molli hygrophano, stipite cavo fragili subcompresso

*pruinoso*, lamellis adnexis ventricosis *confertis* cinereis. In pinetis. Valde affinis *A. rancido* (n. 345) sed stipes 1½ unc. l., 3 lin. cr.; totus fibrosus, mollis et fragilis. Pileus subolivaceo-griseus, siccus canus, hinc inde micore albo. Lam. 2—3 lin. latae, distinctae, apparent liberae. Odor farinaceo rancidus.

V. CLITOCYBE (S. M. 1. p. 70. Subtrib. 1). Leucosporus. Velum universale pruinae micorisve instar sericei in pileo conspicuum, vulgo obsoletum. Stipes spongioso-farctus, facile cavus, subelasticus, extus compactior fibrosus. Pilei margo involutus. Hymenophorum ex apice stipitis dilatato prorsus contiguum, lamellis *postice attenuatis* acutis *adnatis decurrentibusve*, numquam sinuatis! *Fungi terrestres, lentius carnosi, ut plurimum plano-depressi l. infundibuliformes.*

Typus a reliquis distinctissimus; a sqq. veli rudimento et *stipite haud cartilagineo*; a Tricholomatibus structura, substantia et *lamellis haud sinuatis*. — Pleuroti medii constanter arborei l. *A. Eryngii* instar epiphyti; rarissima Clitocybarum individua, aliis terrigenis, tantum in lignis putridissimis. — Dispositio *e colore pilei ubique fallax et pessima* quidem, sed inter has maxime conformes admisi ut tertiariam, cum tirones solidiorem, sibi difficiliorem, vituperarent. Valet tamen tantum de plurimis individuis. *Qui* Agaricorum *species sine coloribus pilei non agnoscit, eos non cognoscit!* — Species in hac grege, quam mallem, saepe argutius limitare coactus fui, ut rite definiantur. Staturam Clitocybes gerunt Hygrophori, Lactarii, Russulae et Cantharelli, lamellarum indole nunc genera distincta!

Ser. A. Pileus carnosus, immutabilis expallensve; sed non hygrophanus. Caro firma, non aquosa, nec in laminas sessilis. — *Siccitate pallentes micore sericeo a ser. B. differunt.*

I. Disciformes; *pileo* subaequaliter carnoso e *convexo plano depressove, regulari, obtuso*; *lamellis primitus adnatis l. regulariter adnato-decurrentibus.* Normaliter solitarii.

* *pileo cinereo fuscove.*

185. A. nebularis, pileo carnoso compacto convexo-explanato obtuso laevi, *primitus nebula grisea consperso*, dein nudo, stipite farcto firmo spongioso-elastico fibrilloso-striato, lamellis subdecurrentibus arcuatis confertis albo-pallescentibus. *Batsch. f.* 193. (var. minor) *S. M.* 1. *p.* 86. *Fl. Dan. t.*

1734. *Weinm. Ross.* p. 52. — A. pileolar. *Bull.* t. 400. [*Paul. Ch.* t. 79. f. 1—5 e descr.] — b. lamell. luteis. A. turgidus. *Grev. Scot.* t. 9. A. canalicul. *Schum.* — *Fl. Dan.* t. 1844. f. 2. monstrosus. — Pervulgatus. Magnus, validus, pileo cinereo, pallente, immo ut caro alba. Odor debilis. Facilis commutatu cum forma *A. humilis* lamellis spurie decurr. (quae tenuior, fragilior), non vero cum *A. geotropo* l. *Schumacheri*, si ad notas essentiales attendas.

186. A. CLAVIPES, pileo carnoso molli convexo-applanato *nudo*, stipite farcto spongioso-molli elastico subfibrilloso, lamellis decurrentibus *descendentibus subdistantibus* albis. *Pers. syn.* p. 353. *S. M.* 1. p. 86. *Sommerf. Lapp.! Wein. Ross.* p. 53. *Secr.* n. 694. — A. mollis. *Bolt.* t. 40 (male fucata). b. lam. luteis. A. obconicus *Schum.* e descr. Vulgatissimus, saltim in Eur. boreal. Caro alba, odor mitis, gratus. Pileus fusco-cinereus, albicans praec. circa marginem, demum obconicus.

187. A. COMITIALIS, pileo carnoso convexo-plano obtuso glabro udo, stipite farcto *conico* spongioso-elastico glabro, lamellis subdecurrentibus *planis confertis* niveis. *Pers. syn.* p. 352. *S. M. l. c.* — Cum priori, sed locis magis humidis montanis, serotinus. Fere inodorus, minor, fuligineus (etiam stipes!) ceterum prioris nec A. melaleuci filius. *Batt.* t. 16. C. staturam exhibet.

188. A. GANGRAENOSUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso primitus albo-pulverulento, dein nudo *variegato virgatove*, stipite solido spongioso *subbulboso* molli striato, lamellis subdecurrentibus arcuatis confertis albo-sordidis. *Batt.* t. 20. f. M. A. fumato-foetens (sic!) *Secr.* n. 641. In Europ. austr. nemoribus. Foetens, major, carne nigrescente nigrove variegata. Stipes curvatus, interdum excentr. Pileus albidus, hinc inde virens, livescens etc. — *A. nigrescens* Lasch! n. 521 tenuior; cfr. *Hyporhod. mundulum.*

189. A. FUMOSUS, subcartilagineus, rigidus, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi nudo *expallente, pellicula adnata*, stipite farcto inaequali *apice subpruinoso* lamellisque adnatis subconfertis griseis l. sordide albidis. *Pers. syn.* p. 348 et *Auctt.!!* sed *ic. pict.* t. 7. f. 3 minus convenit. *S. M.* 1. p. 88 (pessime separatus ab *Obs.* 2. p. 102!) *Alb. et Schw.! Weinm. Ross.* p. 95. In pinetis montos. vulgatus, vere proteus, ad DIFFORMES et HYGROPHANOS fere transiens; substantia tenuiori, tenaci, rigido-flaccida a prioribus valde diversus. Pileus e fuligineo l. cinereo lividus, udus, sole adustus nitens.

* A. FOLIUS, densissime et connato-caespitosus, pileis convexo-planis obtusis glabris griseis, stipitibus flexuosis glabris lamellisque confertis albidis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 19. Cum praeced., minus rigidus, colore puriori, facile separandus, sed nimis sporadice obvius. Cfr. *Secr. n.* 640 etc.

190. A. INORNATUS, pileo carnoso plano depressove obtuso laevi glabro, *pellicula secernibili*, stipite solido subaequali glabro firmo lamellisque adnatis planis, demum decurrentibus confertis *griseis*. — *Sow. t.* 342. *S. M.* 1. *p.* 93. In Anglia. Similis priori, sed firmior, totus sublividus, carne grisea l. griseo-variegata. Odor fere *Ag. campestr.*

191. A. CARDARELLA, pileo carnoso compacto e convexo plano depressove glabro nitido, *pellicula crassa secernibili tecto*, stipite solido obeso aequali glabro lamellisque decurrentibus arcuatis confertis latis candidis. *S. M.* 1. *p.* 84. *Batt. t.* 16. *G.* In Italia. Edulis, gratus, pileo atrorufo forte viscido; hic et prior pellicula a reliquis optime distant, at *neutrum vidi.*

192. A. AURICULA, pileo carnoso compacto hemisphaerico laevi glabro *epelliculoso*, *marginello excedente nudo involuto* concolori, stipite solido glabro lamellisque decurrentibus arcuato-planis confertis albis. *S M.* 1. *p.* 85. *Dub. Orl. p.* 168 plane quidem convenit, dubius tamen et forte e Trichol. guttatis. In pinetis Smoland. perraro legi. Odor farinae rec. Pileus non explanatus, sed disco depressus, glaberrimus, cinereofuscus carne sporidiisque candidis.

193. A. NIMBATUS, pileo carnoso campanulato-convexo obtuso laevi glabro, *margine tenui* (haud excedent.) *inflexo albo pruinoso*, stipite solido firmo *innato-squamuloso* basi subincrassato lamellisque subdecurrentibus confertis arcuatis albis. *Batsch. f.* 65, 64 *var. alba. Secr. n.* 689. In silvis. Inter priores firmiores et sqq. tenuiores ratio media. *A. luscino* duplo major, firmior; odor farinae rancid. Caro sub cuticula grisea. Squamul. stipitis demum nigresc. Secr.

194. A. LUSCINUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso laevi glabro, *margine patente nudo* concolori, *stipite* solido brevi *deorsum attenuato farina alba pulverulento*, lamellis subdecurrentibus planis confertis e sordido albicantibus. *S. M.* 1. *p.* 87. *Pers. M. E. p.* 92. A. trochoeus. *l. c. t.* 23. *f.* 3. In pascuis etc. Minor, inodorus, junior obscurior, stipite manifeste attenuato, adultior 1—2 unc. latus; expallens (e fusco lividus) stipite subaequali.

195. A. CURTIPES, pileo carnosulo convexo-plano obtuso obliquo glabrato, stipite solido brevi rigido inaequali *fusco, sursum incrassato subpruinoso* albicante, lamellis adnatis confertissimis candidis. *S. M.* 1 *p.* 88. Locis graminosis, raro. Minor, saepius uncialis tantum, interdum vero duplo major. Pileus et stipes (*normaliter*, ut caro pilei, *intus albus*) e fusco expallentes, lividi, immo albicantes et maculati, sed non hygrophani. Affinitate certe *A. carneo* proximus et si lam. sinuatae legantur eidem postponendus. — Vidi enim etiam sericello-laevigatum: A. exscissus *Secr. n.* 646; sed A. curtipes *Weinm. Ross. p.* 56: magnitudine, pileo demum infundibuliformi nimis recedere videtur.

196. A. HIRNEOLUS, pileo carnosulo convexo plano laevi glabro *sericello nitente*, disco demum depresso, margine involuto tenuissimo, *stipite* farcto tenaci *gracili* subflexuoso *apice albo-pulverulento*, lamellis subdecurrentibus confertis *canescentibus. S. M.* 1. *p.* 269. *Weinm. Ross. p.* 223. *Pers. M. E. p.* 84. A. phacellus *l. c. p.* 112. Inter muscos, juxta vias, pervulgata species; tenax arida, e griseo-albescens, sed non hygrophana, carne alba. Stipes 1—2 unc. longus, subfiliformis. Pileus 3—5 lin. in optimo vigore quasi viscidulus, pellicula quasi e flocculis conglutinatis. Sporid. sordida. — Numquam separari potest:

* A. UNDULATUS, pileo explanato subundulato subzonato albicante, stipite deorsum incrassato. *Bull. t.* 535. *f.* 2. *M. E. p.* 112. (non alior. et nomen speciei prorsus inept.) Cum vulgari; vegetus etiam griseus, sed demum explanatus (ad 1½ unc. usque) et prorsus candicans.

Nolui recipere vagas quasdam formas ex hac regione characteribus haud acutis definitas, passim mihi obvias, quales *Batt. t.* 28. V., *A. subcaesius* Pers. etc.

** *pileo laetius colorato aut pallescente*, nec albo.

197. A. TYRIANTHINUS, pileo carnoso e convexo plano-depresso obtuso laevi glabro, *pellicula sicca secernibili*, stipite solido spongioso villoso striato deorsum incrassato, lamellis primo aequaliter attenuatis acutis attingentibus confertis angustis *incarnato-violaceis*, dein aequaliter decurrentibus. *Fries Obs.* 2. *p.* 91. A. gilvus. *Fl. Dan. t.* 1606 hunc senilem potius quam A. gilvum sistit. A. carneoviolascens. *Iungh. Linn.* 1830. *p* 398. In fagetis.; copiose in Näset ad Odensjö Smol. Octobr. Major, speciosus inter *A. personatum* et *gilvum*

medius. Mycelium igneo-rubiginosum! Pileus e carneo-purpureo testaceus. Lamellae vix decolorant; sporidia pallidissime roseo-lutescente-albida. Odor non ingratus.

198. A. PINIARIUS, pileo carnoso compacto hemisphaerico laevi brunneo, *margine violaceo*, stipite solido aequali glabro, lamellis decurrentibus utrinque acutis pallidis. *Bosc. Berl. Mag.* 1811 *t.* 4. *f.* 3. *S. M. p.* 85. In pinetis Carolinae. Pileus unc., sed stip. firm. *Non vidi.*

199. A. OPIPARUS, pileo carnoso *compacto* convexo-plano obtuso laevi glabro *nitido*, *stipite solido carnoso* valido glabro, lamellis adnato-decurrentibus confertis venoso-connexis albis. A. roseus. *Schaeff. t.* 75. Locis muscosis in pratis silvosis Smoland. Major, firmus, odore vix insignis, sed sapore grato polentae. Stipes longus, ½ unc. et ultra crassus, aequalis aut sursum attenuatus. Pileus 2—4 unc. latus, gilvus, roseus l. incarnato-alutaceus, primo flocculis superficialibus secedentibus adspersus. Edulis! longe ab *A. Russula* distans.

200. A. TROGII, pileo carnoso *compacto* convexo-expanso obtuso sicco glabro *opaco*, *stipite solido firmo curto* basi incrassato villoso lamellisque subdecurrentibus confertis tenuibus albis. A. suaveolens *Trog. in Fl.* 1832. *p.* 521. Locis similibus Helvetiae ac prior, odore fragrantissimo praepollens. Pileus pallescens; cinerascenti-albus, non hygrophanus. *A. suaveolens* n. 259 differt pileo tenui demum subinfundibuliformi, stipite subfarcto tantum, elastico. *Non vidi.*

201. A. VIRIDIS, pileo carnoso convexo-expanso obtuso sicco glabro *virente*, stipite solido aequali glabro, lamellis adnato-decurrentibus confertis tenuibus candidis. *Scop.* — *With.* — *S. M.* 1. *p.* 90. — *Bolt. t.* 10. *Bull. t.* 176. *Larbr. t.* 12. *f.* 7. In silvis. Fragrans, parum a sq. diversus, minus tenax. Cum sqq. varient lamellis et albis et coloratis, videtur A. odorus c. *S. M.* 1. *p.* 90 (ob lam. confert.) h. l.; non vero a.

202. A. ODORUS, sordide *virens*, tenax, pileo carnoso planiusculo laevi subrepando glabro, stipite farcto elastico inaequali glabro, basi incrassato, lamellis adnatis vix confertis latis pallescentibus. *Bull. t.* 556. *f.* 3. *S. M.* 1. *p.* 90. a. et b. *Sow. t.* 42. *Grev. Scot. t.* 28. *Fl. Dan. t.* 1611. *Weinm. Ross. p.* 57. A. anisat. *Pers.* In silvis, etiam pinastretis ericetosis, frequens. Odore svavi aniseo et colore sordide aerugineo, raro griseo, lamellis nunc concoloribus, nunc albidis facile distinctus.

203. A. SUBALUTACEUS, lutescenti-pallescens, pileo carnoso *molli* convexo-plano depressove obtuso inaequali glabro, stipite farcto firmo elastico nudo, lamellis adnato-decurrentibus *latis leviter distantibus* subconcoloribus. *Batsch f.* 194. *S. M.* 1. *p.* 90. *Secr. n.* 818. *Weinm. Ross. p.* 57. — b. lamellis albidis. A. pallescens. *Schum.* A. simplus *Lasch n.* 520. In nemorosis. Odor debilis aniseus, demum minus gratus. Pileus expallens.

204. A. BIFURCATUS, pileo carnoso convexo-plano subsericeo, margine substriato, stipite cylindrico farcto fibrilloso lamellisque adnato-decurrentibus confertis simplicibus bifurcatisque candidis. *Weinm. Ross. p.* 85. In silvis mixtis, solitarius. Stipes 2 unc. l., 3—5 lin. crassus. Pileus alutaceo-pallidus. Lamellae fragiles, 2—3 lin. Species mihi haud clara; ex Auct. *A. diatreto* affinis; cfr. A. solidus *Lasch! in Linn. l. c. n.* 519. A. corneus *Secr. n.* 673., qui etiam inter hunc, *subalutaceum* et *A. diatretum* ambigant. Hos igitur tantum ulteriori observationi indicare possumus; cum vulgares dicantur, fucum subodoro.

205. A. VERNICOSUS, pileo carnoso plano-depresso obtuso laevi glabro *nitido, stipite* farcto aequali curto glabro *lamellisque* adnatis leviter decurrentibus subdistantibus *flavis. S. M.* 1. *p.* 90. *Alb. et Schw. p.* 169. Ag. cerinus β splendens. — *Sowerb. t.* 366. Ag. flavicans *Pers. M. E. ex parte.* In silvis abiegnis raro. *A. cerino* p. 139, cujus lamellae in perfectis individuis emarginatae, major, laetior et certe diversus. Stipes uncial. Pileus *fere gilvus*, fulvescens, 3 unc. *Vidi siccum.*

206. A. AMARELLA, pileo carnoso plano firmo *subumbonato* glabro, stipite solido tenaci aequali basi albo-villoso, lamellis subdecurrentibus confertis pallidis subnitidis. *Pers. M. E. p.* 99. In pratis gramin. raro. Odor fortis et sapor valde amarus, seq. tenuior. Stipes compactus, tenax, 2 unc. l., 2 lin. cr. Pileus *gilvus* l. *pallide* cervinus. Lamellae subgriseo-dilutiores, pass. dichotomae. *Non vidi.*

207. A. AMARUS, pileo carnoso compacto convexo-planiusculo obtuso *flocculoso-rivuloso* dein nudo expallente, stipite farcto aequali firmo subtomentoso lamellisque adnatis subdecurrentibus confertis *tenuibus albis. S. M.* 1. *p.* 87. *Pers. M. E. p.* 107. *Weinm.!* ad specimen missum. A. rivulosus. *Alb. et Schw. p.* 185. pileo albo-rufescente. Cfr. *Secr. n.* 668

stipite cavo etc. diversus. Odor terebinthi. — b. pileo albo-fuligineo, purpurascente aut fusco-rufo. A. amarus. *Weinm. Ross. p.* 53 e descr. — A. commistus *Pers. Myc. Eur. p.* 97. notis evidentibus haud differt. In dumetis muscosis rarus, sat mutabilis. Sapor *valde amarus*, aestuans! Stipes ½ unc. crassus, firmus, glabrescens excepta basi. Pileus compactus, sed non crassus, margine tenuis, primo e micore sericea rivulosus apparet, dein glaber ut sq. — Statura ut in omnibus Clitocybis et colore pilei admodum variabilis.

208. A. RIVULOSUS, pileo e convexo-plano depresso subcompacto obtuso *expallente, micore albido demum rivuloso irrorato*, stipite farcto tenaci elastico subfibrilloso lamellisque adnato-decurrentibus *latis subconfertis* incarnato-albis. *Pers. syn. p.* 369. *S. M.* I. *p.* 87. A. cupula versic. *Secr. n.* 1016. — A. neptuneus *Batsch f* 118 hujus monstrum! Ad vias, versuras etc. vulgaris, at jove pluvio tantum rite cognoscendus; pileo incarnato rufescens etc. siccus albescit, laevigatur. Odor gratus, sapor mitis. Autumno seriori caespitosus, major, pileo undulato-lobato e. s. p., ut facile pro sq. var. *difformi* sumas.

*** *Colore albo, candicante.* Caute separes hygrophanos dealbatos! et *Paxillos* albos!

209. A. CERUSSATUS, albus, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi udo glabrato, stipite spongioso solido tenaci elastico nudo, lamellis adnatis confertissimis tenuibus, dein decurrentibus immutatis. *S. M.* 1. *p.* 92. *Fl. Dan. t.* 1796. *Weinm. Ross. p.* 58. optime. *Pers. Myc. Eur.* n. 195 etc. nec obstat n. 157. Vulgatus in silvis acerosis, nemoribus etc. Sapor mitis, odor vix ullus. Stipes deorsum subincrassatus saepeque tomentosus (*polyrrhizus* Otto). Pileus gibbus legitur, sed non umbonatus l. rufescens. Lamellae haud lutescunt. — Cfr. *Bull. t.* 118, ab *Hygroph. eburneo* lamellis confertis tenuissim. stipite glabro diversa.

* A. DIFFORMIS, caespitosus, saepe giganteus, pileo undulato-lobato, stipite curto longitudinaliter rugoso, lamellis demum pallidis. *Schum.* A. dilatatus. *Pers. Myc. Eur. n.* 188. — *Sterb. t.* 16. A. Solo pingui l. sub pluviis continuis autumnalibus; abunde quotannis in horto Labor. Chemici Upsaliae, pil. primo floccis adsperso, 2—7 unc. lato in eodem caespite, stipite majorum unc. crasso et longo-et hoc modo fere omnes hujus sectionis statura in infinitum variant. Est

ne quidem vera varietas, sed individua prioris luxuriantia, qualia exstant praecedd. etc.

* A. OBTEXTUS, niveus, pileo *contexto-fibrilloso*, dein *glabro viscidulo*, margine involuto subtomentoso, stipite solido fibrilloso-tomentoso, lamellis subdecurrentibus confertis angustis albis. *Lasch*! *l. c. n* 101. A. sordarius *Pers.* ex aliorum sentent. A. sericeus *Weinm!* in *Linn X. p.* 52. Cfr. *Ross. p.* 658 ubi etiam *A. nauseosus* Flor. Ratisb. 1832, p. 449 huc ducitur, ut var. glabra viscosa. Inter folia coacervata rarius. Veli in pileo persistentis luxurie a priori tantum differre videtur.

210. A. PHYLLOPHILUS, albus, pileo carnoso convexo-plano mox depresso umbilicatoque laevi sicco, *micore sericeo circa margines argentato*, stipite e farcto cavo spongioso fibrosoque, lamellis adnato-decurrentibus *leviter distantibus ex albo sublutescentibus*. *S. M.* 1. *p.* 83. *Fl. Dan. t.* 1847. — *Pers. et Auct.* ex parte, sed vaga est apud alios species, etiam Hygrophanis siccitat. dealbatis conspurcata; vid. v. gr. Myc. Eur. — A. hydrogrammus *Schum.!* A. cerussatus *Secr. n.* 672. omnino. Inter folia varia, praecipue Fagi, basi incurva villosa. Staturam, ut proximi, mire variat, nunc minor solitarius, nunc magnus caespitosus, pileo undulato lobato passim cum lamellis alutaceo, non expallens, multo minus hygrophanus.

211. A. PITHYOPHILUS, albus; pileo carnoso tenui planiusculo umbilicato *glabro expallente*, stipite subcavo e tereti compresso glabro (basi albo-tomentoso), lamellis adnato-decurrentibus confertis planis semper albis. A. phyllophili var. *S. M. Obs. Myc.* 1. *p.* 78. *Weinm. Ross. p.* 82. A. pithyoph. *Secr. n.* 1011 sed nil in nostro «rufescentis». In pinetis vulgaris, serotinus. Hunc a priori, et jam loco, constanter differre diu novimus, sed cum pileo depresso, repando, undulato-lobato, totaque statura et historia conveniat, speciem in tanta affinium copia haud distinguerem, nisi ab alio proposita esset. Odor gratus. Pileus colore puro, in udis albo, sicco candicante. Simillimus est *A. Tuba n.* 248, eisdem locis obvius.

212. A. TORNATUS, albus, pileo carnoso tenui orbiculari plano subdepresso *glabro nitido*, stipite *farcto* aequali *glabro* striatulo, lamellis decurrenti-adnatis *subconfertis* planis *S. M.* 1. *p.* 91. *Weinm.! Ross. p.* 60. *Secr. n.* 674 «lamellis demum virescentibus» Cfr. A. sapidus *Pers. M. E.* ob

lamellas distinctas (quod e terminologia P: = vix confertas), sed reliqua ut magnit. potius *A. cerussati.* In silvis raro. Parvus, eximie regularis, inodorus, stipite tenui firmo basi pubescente. Pileus disco passim obscurior.

* A. *opalus*, albus, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso *viscoso*, stipite subfistuloso laevi nitido, lamellis subdecurrentibus tenuibus confertis. Silv. abiegn. semel a me lectus, affinitate adhuc incertus, hinc ut spec. primariam haud proposui. Parvus, regularis, jove sudo siccus.

213. A. OLORINUS, candicans, pileo carnoso tenui e convexo explanato laevi glabro, *stipite cavo rigido cylindrico squamuloso* basi tomentoso, lamellis subdecurrentibus confertis subarcuatis linearibus. *S. M.* 1. *p.* 92. *Weinm.! Ross. p.* 54. *Secr. n.* 669. ex ipso. A. sepincola. *Pers. M. E. p.* 120 quoad notas essent. Inter folia decidua, praecipue in fagetis! raro in pinetis. Meus inodorus, unicolor, udus albus, siccus candicans. Sq. ceterum proximus.

214. A. CANDICANS, albus, pileo carnosulo e convexo plano depressove laevi *e micore sericeo tenui candicante* nitente, stipite *subfistuloso* laevi *ceraceo nitido*, lamellis adnatis confertis tenuibus, dein decurrentibus. *Pers. syn. p.* 456. *S. M.* 1. *p.* 91 (syn. emendand.) *Weinm. Ross. p.* 87. *Secr. n.* 1014. *Bull. t.* 575. *f. E.* Ubique locis humidis silvar. inter folia. Parvus tenax, morphosi *Cyathiformium*, cum quibus a Bulliardo acutissimo jungitur, sed udus albus, siccus candicans. Stipitis vero indole ad Omphalias magis accedit.

215. A. DEALBATUS, albus, pileo carnosulo e convexo plano revolutoque laevi *glabro subnitente*, *stipite farcto toto fibroso tenui aequali* apice subpruinoso, lamellis adnatis confertis tenuibus albis. *Sowerb. t.* 123. *S. M.* 1. *p.* 92. (sensu latiori) *Pers. Myc. Eur. p.* 120. *Grev. Edin. p.* 376. *Secr. n.* 1018. *Weinm. Ross. p.* 61. — In campis graminosis. Parvus, mitis, stipitis indole a praecedente distinctissimus. Pileus nunc orbicularis, nunc valde repandus. — *A. ericetorum n.* 249. Bull. differt lamellis distantibus et longe decurrentibus.

216. A. GALLINACEUS, albus, *acris*, pileo carnosulo e convexo depresso laevi sicco *opaco*, stipite solido aequali tenui laevi, lamellis subdecurrentibus confertis tenuibus. *Scop. Carn. p.* 433. A. dealbatus aggeralis. *S. M.* 1. *p.* 92 var. excentrica e loco A. peltideus. *Pers. M. E. p.* 121. *Bolt.*

*t.* 4. *f.* 2 ob lamell. decurr. hunc potius, quam Ag. Michelianum, licet minor, exhibet. In salicetis aliisque locis humosis muscosis. Habitus prorsus praecedentis, nullo modo mutabilis. Differt pileo haud revoluto planiusculo, semper obtusissimo, et praecipue habitu alieno opaco sapore subacri. Pusillus; stipes longus interdum *subtiliter* flocculoso-pruinosus.

II. Difformes, pileo, disco carnoso, margine tenui, *primitus umbonato*, *dein* expanso depressoque *irregulari*, *lamellis inaequaliter decurrentibus*, hinc breve, illinc longius, interdum etiam uno latere rotundatis l. attingentibus tantum, ut in Tricholomatibus. Stipes extus subcartilagineus, sed fibrosus. *Caespitosi*, *saepe connati*, *forma valde varia*, *interdum vero solitarii.* (*Ag. fumosus* n. 189 media ratio inter has et Disciformes.)

Grex ita naturalis, ut proteas et meteoricas formas ad species definitas difficillimum sit, forsan frustraneum, reducere. Proponam insigniores, jam descriptas, iteratis vicibus lectas, dubias quasdam negligens; sed etiam *propositas vere differre non caveo.*

* *pileo obscuro*, *fusco cinereove.*

217. A. amplus, pileo carnoso convexo-plano subrepando fragili *laevigato* subhygrophano, disco compacto, margine tenui nudo mox patente reflexoque, *stipite* solido valido *subcartilagineo nudo albo apice subvilloso*, lamellis decurrentibus subconfertis latis e *fuligineo* sordide albis. *Pers. syn. p.* 359! *S. M.* 1. *p.* 95. Cfr. *Secr. n.* 819, sq. magis accedens, in quercetis. — In silvis montanis acerosis inter muscos gregarius subcaespitosus, Smolandiae haud raro. Vulgo amplissimus (pileo pedali, stipite 6 poll., unciam crasso, lamellis unc. latis vidi) sed etiam minor. Pileus subgibbus, numquam depressus, e fuligineo lividus, nunc glaberrimus nunc virgatus, siccus canus quasi sericeus. Lamellae uno latere saepe sinuatae, crispulae, serrulatae. Stipes apice subincrassatus, villosulus. Odor nullus.

218. A. molybdinus, pileo carnoso *campanulato-expanso* late et obtuse umbonato laevi glabro, margine tenui recto, *stipite* solido valido fibroso-striato *sursum farinaceo-squamuloso* pallescente, lamellis adnatis latis integerrimis planis e *corneo pallescentibus.* *Bull. t.* 523. *S. M.* 1. *p.* 49. In silvis frondosis caespitos. Amplus, olidus, stipite sursum incrassato, pileo fuligineo subexpallente glabrato (disco praecipue

livido-rufescente. Lamellae non sinuatae! «gris-blanchâtre forment avec le peduncule un angle droit» Bull., passim dente decurrentes, hinc minime Pluteis affinis, potius quaerendus in *A. fumoso* Pers. ic. pict. et A. pullo *Secr. n.* 821. (minime P.) *Vidi siccum.*

219. A. COFFEATUS, pileo e conico-hemisphaerico planiusculo laevi sed *virgato-subtigrino*, disco compacto, margine tenui subinvoluto, *stipite* farcto elastico *glabro lamellisque* decurrentibus confertis angustis arcuatis integerrimis *sordide albicantibus. S. M.* 1. *p.* 85. *Paul. t.* 115. *f.* 1, 2 ex *Secr. n.* 822. In pinetis, etiam in quercetis! specim. paucis conjunctis. Praecedd. minor, obscurior. Stipes utrinque l. a basi attenuatus. Pileus udus fusco-cervinus, dein fuligineo-griseus, siccus politus nitens cervinus, glaber, sed sub lente fibroso-reticulatus et disco punctatus. *Schaeff. t.* 64 non male etiam hunc refert.

220. A. DECASTES, pileo convexo-plano undulato subumbonato laevi *glabro unicolori* expallente, disco compacto subumbonato, *stipite solido* glabro apice pruinato *lamellisque* rotundatis adnatisve confertis subundulatis *albis. S. M.* 1. *p.* 49. *Obs.* 2. *p.* 105. *Weinm. Ross. p.* 27. — *Secr. n.* 695. In quercetis et fagetis, stipitibus circiter 10 junctis. Magnitudine maxime variat, larvis valde infestus, unde fragilis fit. Stipes aequalis l. basi incrassatus, apice obsolete pruinatus. Pileus lividus l. canus, siccus fere albidus. Lamellis albis haud arcuatis a prioribus ceterum mox dignoscitur. — *Secr. n.* 696 vix differt.

221. A. AGGREGATUS, flaccidus, pileo carnoso convexo-expanso inaequali repando nitido, demum expallente *subsericeo-virgato*, stipite farcto inaequali subfibrilloso deorsum attenuato, lamellis inaequaliter decurrentibus confertis *flaventi-carneis. Schaeff. t.* 305, 306. *Secr. n.* 699. excl. sporidiis coeruleis. In quercetis caespitosus, valde irregularis, saepe excentricus lobatus, habitu fere A. ostreati; stipes nunc longior, nunc brevior albo-rufescens, pileus e griseo-livido rufescit maculisque obscurioribus notatus. Sporidia albida. — Vere legi var. *parvam* tenuem, lamell. sordidis; cfr. *A. plicatus* M. E. p. 78. variis aliis simul accedens.

222. A. HORTENSIS, elasticus, pileo carnoso convexo-plano umbonato subrepando laevi *glabro* udo (nitido), *stipite*

*cavo* subundulato glabro deorsum incrassato, lamellis inaequaliter decurrentibus undulatis *ex albido rubellis. Pers. syn. p.* 562. *S. M. p.* 195. *Secr. n.* 697. *Batt. t.* 21. *f. D.* lamell. distant. abnormis. In hortis Europae australis. Leucosporus est! Statura ut affinium varia. Pileus e fuligineo-livido rufescens. *Vix vidi. Secr. n.* 698 statura sq., ab illo differt pileo umbonato, stipite solido etc.

223. A. HUMOSUS, *fragilis*, pileo carnoso tenui plano obtuso repando glabro, stipite subcavo curto aequali demum compresso *lamellisque* planis *utrinque attenuatis adfixis* (haud decurrentibus) subconfertis albidis. — In terra humosa, immo congelata, caespites stipatissimos detrusos quasi, copiosissime legimus in Decembr. usque. Stipites basi omnino connati, vix uncial., 2—3 lin. crassi, laterales adscendentes. Pilei numquam umbilicati, unciales, fusci, haud expallentes nec hygrophani.

** *pileo laetius colorato, pallido albicanteve.*

224. A. ILLUDENS, *croceus*, pileo carnoso applanato umbonato *obscurius virgato*, margine inflexo glabro, stipite solido longissimo compresso basi attenuato, lamellis decurrentibus confertissimis tenerrimis ramosis. *Schwein. Car.* n. 604. In America boreali. Extus intus unicolor, foetens, valde distinctus. *Non vidi.*

225. A. ADUNATUS, pileo carnoso firmo convexo-plano e gibboso depresso inaequali glabro udo, *demum viscoso*, stipite solido valido torto glabro compresso *deorsum attenuato candido*, lamellis adnatis inaequaliter decurrentibus confertis erosis e rufescenti-corneo sordide carneis. *Secr. n.* 820. In fagetis. Amplus, connato-caespitosus, foetidus, pileo ex albo rufescenti-tigrino demum rufo-corneo, putrescens glutino-us. *Non vidi.*

226. A. HEBEPODIUS, pileo carnoso demum plano *depresso* inaequali laevi, stipite farcto valido *lanuginoso* lamellisque decurrentibus albis. *S. M.* 1. *p.* 97. *Mich. t.* 79. *f.* 1. A. polycephal. *Myc. Eur. p.* 75. In Italia. Connato-caespitosus, pileo cinereo-pallente. A sqq. diversissimus; at *nullus Rec. legit.*

227. A. CONNATUS, candidus, pileo carnoso tenui e conico-expanso inaequali *nudo udo, umbone obtuso evanido, stipitibus cavis amplis* glabris tuberoso-connatis, lamellis inaequaliter decurrentibus angustis confertis subarcuatis. *Schum.*

*S. M.* 1. *p.* 97. *Fl. Dan. t.* 1908. Locis humidis silvarum. Amplus, sed tenuis, non viscosus. *Non vidi.* — [Secr. n. 696 potius var. expallens cujusdam spec. v. c. A. *decastis* sect. anteced.]

228. A. OPACUS, albus, pileo carnoso convexo expanso umbonato repando laevi, *micore flocсoso obducto*, *stipite farcto* subfibrilloso inaequali flexuoso, lamellis adnato-decurrentibus confertissimis albis. *With.* — *Sow. t.* 142. *Pers. M. E. n.* 162, 170, 190. A. cerussatus β., *Fr. Linn.* 1830. *Weinm. Ross. p.* 59. A. cretaceus. *Pers. syn.* — *Syst. Myc. p.* 95. A. canus *Schum.* A. leucoius. *Secr n.* 666 e quo *Paul. t.* 113. *f.* 1, 2. In silvis rarior, nunc connato-caespitosus, nunc simplex. Maxime affinis A. *cerussato*, cui *olim subjunxi* et *aliorum suasu* tantum nunc separo.

? A. MARZUOLUS, pileo carnoso compacto explanato *subdepresso* laevi repando *stipite crasso curto* lamellisque inaequaliter decurrentibus albis. *S. M. p.* 84. *Mich. t.* 74. *f.* 9. Cfr. A. obesus *With.* In alpibus Italiae «sub nive» Martio. Solitarius, pileo obscuro, forma obesa difformi insignis, affinitatis incertae. *Non vidi.*

III. INFUNDIBULIFORMES, *pileo a disco carnoso versus margines attenuato*, *demum toto infundibuliformi aut centro profunde umbilicato-depresso.* Stipes spongiosus, fibroso-corticatus. Lamellae descendentes, *primitus longe et aequaliter decurrentes.* Pileus saepe decolor vel expallens, sed non hygrophanus.

* *pileo colorato pallescenteve, superficie* (sub lente saltim) *innato-flocculosa* l. *sericea*, *bibula*, non uda.

229. A. GIGANTEUS, pileo carnoso tenui fissili *adglutinato-flocculoso laevigato*, dein squamuloso plano-infundibuliformi, disco semper depresso, *stipite solido duro obeso aequali laevi*, lamellis leviter decurrentibus confertissimis ex albo flaventibus. *Sowerb. t.* 244. *Fr. El. p.* 10. In silvaticis apricis, solo pingui, subcaespitosus, raro. Ad Femsjö unico loco abunde 1834, item Upsaliae. A sqq. diversissimus! Odor nullus. Color alutaceo-albus. Pileus plano-depressus, in stipite brevi amplissimus, tenuis, non flaccidus, sed fissilis! superficie primo uda, e villo quasi conglutinato laevigata et glabra; marginem versus demum sulcatus.

230. A. MAXIMUS, pileo carnoso tenui subflaccido sicco *sericeo-laevigato squamulosove* late infundibuliformi, disco

compacto subumbonato, stipite spongioso-farcto *compacto* elastico attenuato *fibrilloso-striato*, lamellis long. decurrentibus subconfertis albidis (vix rufescentibus). *Fl. Wett. p.* 329 ex *Alb. et Schw. p.* 215. *Secr. n.* 992. *Weinm. Ross. p.* 80. *Buxb. Cent.* 4. *t.* 1. ob stipit long. A. giganteus *Leys. et Auct.* A. infundibuliformis. *Hoffm.* A. stereopus. *Pers. M. E. p.* 72. In silvis frondosis umbrosis, praecedente elatior, olidus, alutaceo-pallescens albidusve, pileo saepe pedali et ultra, margine laevi; non priori, sed sq proximus, ut ejus filium luxuriantem omnino censeam. Cfr. *El. fung. p.* 13. *γ*.

231. A. INFUNDIBULIFORMIS, pileo carnoso e compacto molli, *primo convexo umbonato innato-sericello*, dein infundibuliformi flaccido expallente, stipite spongioso-farcto molli elastico, deorsum incrassato, lamellis longe decurrentibus vix confertis *candidis*. *Schaeff. t.* 212. *Fries El. p.* 12! *α.* gibba Cfr. *Weinm. Ross. p.* 80. (reliquas varr. ad libitum et in usum tironum separatas proponimus, licet de omnium nexu nullum dubium) A. gibbus. *Pers. syn. p.* 449. Inter muscos in campis et silvis montosis, vulgatiss. Odor *gratus*. Statura media, 2—3 unc. Pileus disco carnosior, margine tenuis (numquam udus, sed sub lente sericellus!) colore ut plurimae hujus sectionis varius, ex rufescente in alutaceum et album, at non primitus albus, optime monentibus *Alb. et Schw. p.* 217 transit. *A. Catinus n.* 247 differt pileo glabro, hinc *Secr. n.* 994 potiss. hujus loci.

* A. *membranaceus*, pileo exumbonato stipiteque tenuior. *Fr. El. p.* 13. *Fl. Dan. t.* 1012. In pinetis, inter priorem et A. squamulosum quasi medius. *A. subcyathus* Sch. et Secr. n. 993 videtur media ratio.

232. A. SQUAMULOSUS, pileo carnoso tenui obtuso *squamuloso*, *primitus obtuso profunde infundibuliformi*, stipite spongioso-farcto sursum attenuato elastico, lamellis decurrentibus distantibus albis. *Pers. syn. p.* 449! *S. M. p.* 82. *Obs.* 2. *p.* 197. *Weinm. Ross. p.* 82. In pinetis praecox, minor, flaccidus, subinodorus, pileo fuscescenti alutaceo, squamulis evidentibus obscurioribus, passim secedentibus. [Fide Auct. *Secret. n.* 1003, sed hujus lamellae confertae!]

233. A. TRULLAEFORMIS, pileo carnoso obtuso demum infundibuliformi *floccoso-villoso*, margine explanato, stipite farcto elastico aequali striato, *lamellis* decurrentibus *subdistantibus venoso-connexis* candidis. *S. M.* 1. *p.* 174. *Sommerf. Lapp.* 257. In dumetis Europ. boreal. raro. Habitus *A.*

*cyathiformis* ob pileum cinereum, sed carnosus, nec hygrophanus.

234. A. INCILIS, pileo carnoso plano umbilicato laevi opaco, *margine sericello-inflexo crenato*, stipite cavo curto sericello *deorsum attenuato*, demum compresso, lamellis adnato-decurrentibus *subdistantibus venosoreticulatis* albo-pallescentibus. In silvaticis Upsaliae, serotinus, rarus. Abnormis in hac serie, sed sq. utique affinis. Stipes dilute testaceus, micore sericeo detersili tectus, ½ unc. long. et ultra, 2—3 lin. et compressus 4—5 lin. crassus. Pileus orbicularis, lateritio-ruber, non udus, multo minus hygrophanus, 2 unc. latus. *Secr. n.* 1001 vix differt pileo albido, stipite farcto longiori; nostri pileus junior subinde farinosus.

235. A. SINOPICUS: pileo carnoso tenui plano-depresso umbilicato sicco *demum flocculoso-rivuloso*, stipite farcto aequali subfibrilloso, lamellis decurrentibus confertissimis latiusculis *e candido lutescentibus*. *S. M.* 1. *p.* 83. *El. p.* 14 Ag. squamulosus var. *Alb. et Sch. p.* 217. *Secr. n.* 989. In silv. montos. locis praecipue adustis. Minor, vernalis l. aestivalis, odore farinae recentis, facile distinctus. Variat leviter l. profunde umbilicatus; versipellis, primo vere ruber, laevis et glaber apparet, qualis in Obs. Myc. descr.; dein (eadem indiv.) evidenter flocculosus, expallens.

236. A. LENTIGINOSUS, pileo carnosulo plano profunde umbilicato *tuberculis minutis concentricis zonato*, margine (humido) striatulo, stipite cavo aequali luteo-fuscescente, lamellis longe decurrentibus confertissimis ex albido *luteis*. A. ochraceus nanus. *Secr. n.* 1004. In pinetis Helvetiae Oct. Parvus, udus, subelasticus, pileo luteo-ochraceo (margine obscuriori) et gemmato insignis. *Non vidi.*

237. A. PARILIS, pileo carnosulo convexo-plano *atomato-flocculoso*, disco depresso, margine deflexo involuto, stipite farcto fibroso tenaci firmulo nudo *fuligineo*, lamellis longe decurrentibus confertis angustis *griseo-albicantibus*. *S. M.* 1. *p.* 168. *Pers. M. Eur. p.* 81. A. cimicarius *l. c. t.* 26. *f.* 7. var. minor. A. obliquus. *Pers. ic. pict.* ad hunc ut *A. undulatus* ad *A. hirneolum* accedit. In silvis major aestate, minor autumno seriori. Ex habitu sane potissimum n. 144 et 196 proximus, sed e char. h. l. Stipes firmior, brevior, crassior, magis fuscescens quam in *A. parili*; pileus e fusco l. griseo subexpallens (non albescens) opacus, vulgo

$\frac{3}{4}$ unc. latus, sed statura multum ludit. Forma undulata major, pileo sericeo-nitente tenuiori.

** *pileo colorato pallidove glabro, udo* (jove pluvio). Colore et statura (pileus undulato-lobatus nullius momenti) variabiles.

238. A. GILVUS, pileo carnoso compacto e convexo depresso *obtuso* glabro udo, stipite carnoso solido valido glabro subaequali, lamellis decurrentibus *confertissimis* tenuibus *ramosis carneque e pallido ochraceis*. *Pers. syn. p.* 448. pr. parte. *Syst. Myc. p.* 80. *Fl. Dan. t.* 1011. *Weinm. Ross. p.* 78 In pinetis montanis. Respondent *A. giganteo*; forma primaria curta, robusta, stipite haud elastico, demum etiam cavo. Pileus vix infundibuliformis, saepe guttato-marmoratus. Lamellae non rufescunt. *Secr. n.* 1000 huic proximus, forte var.

* *A. protractus*, pileo subinfundibuliformi subtenui latissimo (4—8 unc.) subrepando, stipite subtenui elongato (4 unc). Inter folia coacervata, etiam in fagetis. Demum fragilis, extus intusque pallide ochraceus. Habitus *Bolt. t.* 22, sed ex icon. lam. non decurr.

** *A. splendens*, pileo plano-depresso excentrico subnitido margine tenuissimo, stipite curvato-adscendente subexcentrico, lamellis albis. *Pers. syn. p.* 1452. *S. M.* 1. *p.* 84. *Schum. n.* 1847. *Secr. n.* 1005. In fagetis etc. inter folia. Minor. Pileus rufescenti-gilvus, non flaccidus. Caro et lamellae albae, vetustae tamen lutescunt, cetera ut in *A. gilvo* ipso. — Proximus porro *Schum. n.* 1846 a me non visus.

239. A. GEOTROPUS, pileo carnoso e convexo plano-infundibuliformi obtuse *umbonato* compacto laevi glabro, stipite *solido* compacto fibrilloso sursum attenuato, *carne alba*, lamellis decurrentibus confertis simplicibus *albis* demum pileo concoloribus. *Bull. t.* 573. *f.* 2. *Paul. t.* 112. *Weinm. Ross. p.* 81. A. pileolarius. *Sowerb. t.* 61. *Grev. Scot. t.* 41. *Schum.* — var. b. g. *Pers. M. E. p.* 89, 90. non Bull. A. subinvolutus *Batsch f* 204! In silvis, etiam abiegnis, rarior. Respondet *A. maximo*, sed firmior, glaber, colore magis mutabilis. A praeced. notis datis, pileo tenuiori, lamellis minus confertis bene distingui potest. — Cfr. *El.* 1. *p.* 14. γ. Pileus saepe obtusus, passim evanido-guttatus. — Variat stipite curto. Cfr. *Secr. n.* 1000. et *Schum. n.* 1790.

240. A. INVERSUS, pileo carnoso *fragili e convexo infundibuliformi* glabro, margine involuto tenui, stipite e spongio-

so-farcto *cavo rigidulo* glabro, *carne pallida*, *lamellis* decurrentibus simplicibus pallidis *dein pileo concoloribus.* *Scop. Carn. p.* 445. *Schaeff. t.* 65. (epiphyllus, forma sq.) A. infundibuliformis *Bull. t.* 553. *Paul. t.* 66. *Cfr. Schum. n.* 1728! 1810, 1811. A. gilvus *Secr. n.* 988 Sub A. flaccido in *S. M. Pers. M. E.* In pinetis campestrib. Upsaliae copiose a me demum lectus. Minor, haud elasticus l. flaccidus. Respondet *A. infundibuliformi* Sch., exstatque ejus more alia forma primitus gibba rarior, alia umbone destituta frequentior, sed priori proximus, ab *A. gilvo* tota indole differt. Pileus testaceus, rufescens, dein alutaceus. Forma primaria *regularis*, solitaria, stipite sursum attenuato concolori. Frequentior *subcaespitosa*, stipitibus curvatis, compressis, pileo obtusissimo inaequali subrepando. Hujus status luxurians, ipso monente, est *A. lobatus Sowerb. t.* 186, stipite sursum incrassato, pileo subspadiceo undulato-labato. — Odor acidulus, Clusio *pernic. gen. X.*

241. A. FLACCIDUS, pileo subcarnoso *tenui flaccido ex umbilicato infundibuliformi* laevi, margine late reflexo, stipite farcto inaequali subflexuoso basi villoso, lamellis decurrentibus confertis arcuatis *lutescentibus.* *Sowerb. t* 185! *S. M.* 1. *p.* 81. *Pers. M. Eur. p.* 58. A. limbatus *Schum. Secr. n.* 999. Inter folia in silvis frondosis campestrib., saepe caespitosus immo connato-ramosus (ut in *A. ozode* Secr. n. 998.) (stipite tum, ut inter folia solet, incurvo basi attenuata repente), sed etiam solitarius, regularis. Pileus flavo-ferrugineus, rufescens, luteus, expallens, vetustus fragilis. Lamellae nunc laete, nunc acie tantum flaventes, non rufescentes. *A. flaccidum* albidum seorsum nunc propono. Vide n. 247.

242. A. CERVINUS, pileo carnoso tenui plano-infundiformi obtuso obliquo cavo glabro, *margine convexo*, stipite farcto elastico cylindrico basi tuberoso, lamellis decurrentibus confertis pallidis *acie fuscescentibus* (cervinis). *Hoffm. nomencl. t.* 2. *f.* 2. *S. M.* 1. *p.* 82. *Nees Syst. f.* 174. A. adscendens. *Schum.* Inter muscos, serotinus, cervino-cinereus, pileo irregulari subzonato ratione stipitis longi parvus et tenuis.

243. A. GARIDELLI, pileo carnoso convexo-plano *primitus umbilicato* subrepando glabro, *margine inflexo*, stipite subcavo curto firmo inaequali basi tuberoso lamellisque decurrentibus confertissimis *acie carneis.* Fung. infundib. referens, carneus. *Garid. Aix.* Hypophyll. *Paul. t.* 63. *f.* 2—4. In pinetis Gallo-provinciae. Curtus, firmus, totus extus laete

sanguineo-carneus, intus vero et ad latera lamellarum pallescit. Deliciosus, sub nomine *Pinedo* celebratus. *Non vidi.*

244. A. Parorsis, pileo carnoso tenui *primitus plano-depresso* obtuso laevi glabro, *margine patente flaccido*, stipite farcto elastico cylindrico basi bulbilloso, lamellis decurrentibus confertis *angustis candidis.* In fagetis et pinetis ad terram subapricam, at raro. Totus mollis, stipite 2 unc. l., 3 l. cr., pallente, pileo rufo l. carneo formam coloremve haud mutante.

245. A. vermicularis, pileo carnosulo ex umbilicato reflexo infundibuliformi repando laevi glabro udo expallente, *stipite cavo mox compresso glabro nitido* lamellisque decurrentibus confertissimis *tenuibus albis.* A. sinopicus. *Secret. n.* 1006. (aestival.!) In pinetis montosis Smolandiae etc. copiose. Serotinus nobis, udus, subfragilis, pileo e pulchre rubro carneove alutaceo (fere hygrophano) saepissime undulato lobato. Certe differt ab *A. diatreto n.* 267, et *A. offuciato*, vera Omphalia.

246. A. Cacabus, pileo subcarnoso flaccido infundibuliformi obtuso glabro, margine late reflexo, stipite e farcto cavo tereti elastico striato basi incrassato villoso, lamellis *longissime decurrentibus confertissimis* angustis *obscure cinereis.* A. gibbus fuligineus. *Alb. et Schw.* — *El. fung. p.* 13. Forte *Secr.* 1043. In silvis abiegnis densis raro. Habitus et odor fere *A. infundibuliformis* et A. *Catini*, et praeter colorem alienum parum distinctus.

*** *pileo candicante flocculis superficialibus* adsperso, glabratove. Cfr. *Paxillum sordarium* et *Lepistam.*

247. A. Catinus, albus decolorans, pileo carnoso tenui e plano infundibuliformi flaccido sicco *glabro*, stipite farcto elastico tereti sursum subattenuato, lamellis decurrentibus *confertis* albis. — a. stipite basi incrassata villosa. A. flaccidus var. alba. *S. M. Weinm. Ross. p.* 79. A. suavis. *Pers. M. E. p.* 59? — b. stipite aequali. A. neapolitanus. *l. c. p.* 73. *Bull. t.* 286. *Secr. n.* 993 etc. — Inter folia Fagi etc. Affinis A. *flaccido* et *infundibuliformi*, pileus glaber, umbo non distinctus, lamellae confertiores. Caro tenuis alba, odor sat gratus. Color hujus *primo albus*, nec ut in similibus per aetatem pallesc., sed sub pluviis incarnatus quoque; demumque alutaceus. Caute separandus ab A. *phyllophilo.*

248. A. Tuba, albus, pileo carnoso tenui convexo-plano *umbilicato udo, micore sericello candicante*, margine laevi,

stipite aequali mox cavo compressoque sursum nudo, lamellis *longe attenuato-decurrentibus latis confertissimis* albis pallescentibus. *Paulet. t.* 65. *f.* 2—6 (basi nuda, sed etiam villosa occurrit). Inter folia, praecipue Pini, aut. serotino frequens, gregarius. Udus albus, siccus candicans. Simillimus ceterum A. *pithyophilo*, ut pileo evidentius umbilicato et lamellis longe decurrentibus tantum differat.

249. A. ERICETORUM, albus, pileo carnoso convexo-plano concavove (*subturbinato*) glabro sicco *nitido*, stipite farcto brevi tenaci glabro deorsum attenuato, lamellis decurrentibus *distantibus* latis venoso-connexis. *Bull. t* 551, *f.* 1. *D* — *F.* Ad vias, in campis apricis v. c. Upsaliae. Odor gratus. Statura minimarum *Hygroph. pratensis* formarum, sed totus tenax, elasticus, aridus, flaccidus, nec pileus (1—2 unc. l.) hygrophanus (hinc vix Secr.) Stipes mihi uncialis, 2—3 lin. crassus, interdum compressus. — *Secr. n.* 1019 melius quadrat in nostrum n. 269.

250. A. SETISEDUS, candidus, *demum lutescens*, pileo carnosulo infundibuliformi laevi glabro, stipite farcto aequali *setis stellatis adfixo*, lamellis decurrentibus confertis tenuissimis. *Schw. Car. n.* 779. Ad folia dejecta Americ. boreal. Parvus, arescens. Setae ad basin unciales.

Sect. B. Pileus carnoso-membranaceus, vere hygrophanus (siccus colorem mutans). Caro tenuis mollis, aquosa; hygrophana. *Albi, sicci modo candidiores, praeced. adscripti.*

IV. CYATHIFORMES, *pileo carnoso-membranaceo* (e laminis 2 membranac. subcompaginato), *disco haud compacto, cum carne hygrophano, e depresso cyathiformi; lamellis* primo adnatis dein *decurrentibus* descendentibus rectis. Cfr. *Bull. t.* 575. P, Q. eximie. *Color udus sordidus.* Cfr. *Omphal. Hydrogramm.*; n. 196, 237, 246 ob colorem hoc loco forsan quaeres; n. 214 e morphosi pilei et lamellar.

251. A. CYATHIFORMIS, pileo carnoso-membranaceo e depresso infundibuliformi *laevi* subglabro udo hygrophano, margine diu involuto laevi, *stipite farcto elastico sursum attenuato fibrilloso-reticulato*, lamellis ex adnato decurrentibus postice junctis sordidis. *S. M.* 1. *p.* 173. ubi syn. *Bull. t.* 575. *f. M.* etc. [f. N. monstrum singulare ex *Weinm! Ross. p.* 83.] *Vaill. t.* 14. *f.* 1—3. — *Bolt. t.* 145. *Holmsk. ot.*

2. *t.* 41. *Sow. t.* 363; variae formae, nulla bona icon. In campis muscosis, silvis frequentiss. — etiam ad ligna putrida et minor (*Secr. n.* 1037?) ad truncos muscosos. Vulgo umbrino-nigrescens, sed variat dilutior fusco-cinereus — *item* ex incarnato-alutaceus — dilute cinnamomeus — e fuscescenti-argillaceus l. alutaceus (*Bull. l. c. f. F. H.* A. *infundibul.* Schum.) — lamellis albidis, fuscescentibus, rufis (Bolt. t. 59). Margo in exoleto expansus, immo striatulus. Plurimas hinc subministravit species *Schumachero* (Cfr. S. M.), *Personio* (A. platyceps, tardus, aereus *Myc. Eur.*) etc.

* A. *cinerascens*, minor, pileo tenui plano depresso, lamellis alboflaventibus. *Batsch. f.* 101. Ob speciei notam essentialem, *stipitem fibroso-reticulatum!* priori subjungere debui *fungum nondum lectum.*

252. A. EXPALLENS, pileo carnoso-membranaceo plano-infundibuliformi glabro laevi hygrophano *margine mox expanso striatulo*, stipite e farcto cavo aequali tenaci pallido *apice fibroso-sericeo*, lamellis subdecurrentibus leviter distantibus cinerascentibus. *Pers. syn. p.* 461. *S. M.* 1. *p.* 172. *Secr. n.* 1030. *Weinm. Ross. p.* 84. A. obcampanulat. *Schum. Buxb. Cent. IV. t.* 3. *f.* 2. et facile *Bull. t.* 575. *f. I. G.* In silvaticis ad terram. Priori praecocior, tenuior, pallidior (pileus siccus argillaceus l. albicans; *var.* alutaceus, passim cum micore albescente), margine primitus tantum inflexo pubescente et stipite laevi praecipue discernendus.

253. A. OBBATUS, pileo submembranaceo ex umbilicato infundibuliformi glabro hygrophano, margine demum striato, *stipite* cavo aequali tenaci *glabro fusco-cinereo*, *lamellis decurrentibus distantibus* primitus obscure *caesio-cinereis*, dein albido pruinosis. *Buxb. C. IV. t.* 3. *f.* 1. *Bull. t.* 248. *f. C.* habitum optime exprimit sed stipes albus pictus. A. tardus cinereus *Pers. Myc. Eur. p.* 81. *Secr. n.* 1044. In pinetis campestribus. Stipes omnino glaber! sed mollis, argenteo-striatus, saepe flexuosus, 2 lin. crass., dein complan. latior. Pileus fusco-nigricans, in disco tantum scissilis.

254. A. FRITILLIFORMIS, pileo carnoso-membranaceo e convexo-umbilicato infundibuliformi glabro *obscurato*, margine laevi flexuoso sublobato, stipite cavo *subtomentoso sursum incrassato*, lamellis decurrentibus confertis *crassiusculis pallidis. Lasch descr!* cum *specc. et ic. Larbr. t.* 20. *f.* 4, verosim. ut plurimae l. c. fictitia, habitum sat exprimit! Cfr. *Secr. n.* 1040. — In fagetis, inter ramenta lignea, folia. Ri-

gidulus, sed tenax, sapore amaro et odore forti ingrato! Pileus submollis 1½—2 unc. latus, saepe rugulosus, opacus, griseo-pallidus, exsicc. fuscescens! Stipes 1—1½ unc. longus, superne 4—6 lin. crass., glabrescens. Lamellae integerr., demum venoso-connexae (nota nullius momenti!)

255. A. CALATHUS, pileo subcarnoso e plano infundibuliformi laevi glabro hygrophano, margine mox patente laevi, *stipite solido tenaci striato-rugoso deorsum attenuato lamellisque* demum longe decurrentibus subconfertis flexuosis e *violaceo* rubellis. *Buxb. Cent. IV. t.* 12. *f.* 1. Cfr. A. *sordid.* n. 170. A. nudus *Larbr. t.* 11. *f.* 5. In nemorosis, hortis; Upsaliae in horto Linnaean. Statura A. *cyathiformis* (A. tardus Schum. e descript. huc pertineret) sed natura et colore gaudet A. *sordidi* ut ejus filium credidi. Odor fortis.

256. A. PRUINOSUS, pileo carnoso-membranaceo ex umbilicato infundibuliformi laeviusculo hygrophano, *pruina plumbea consperso*, *stipite* farcto subadscendente *fibrilloso* pallido, lamellis ex adnato decurrentibus confertis angustis e albo sordidis. *Lasch! e specc. et descr. Bull. t.* 568. *f.* 1. (nil rufi in lamellis!) In pinetis muscosis, serotinus; etiam ad truncos (Secr. n. 1037?) Tenuis, rigidulus, inodorus. Pileus 1—2 unc., brunneus, cinerascens, interdum squamulosus. Stipes 1—2 unc. l., 1—1½ lin. cr. basi solidior, incrassat. flocculosus. Lamellae subarcuatae. Similis A. *cyathiformi*, sed Hydrogrammis forte propior.

257. A. CONCAVUS, pileo submembranaceo *late et profunde umbilicato* laevi flaccido nudo hygrophano, *limbo convexo-plano undulato*, stipite farcto aequali glabro griseo, *lamellis decurrentibus* confertis angustis *fuligineis. Scop. Carn. p.* 449 plene huic convenit. A. fumigatus. *Pers. M. E. p.* 79. non obstat. In nemoribus campestr. region., Upsaliae raro. Vix odorus, obscure cinereus l. subfuligineus, pileus (1—2 unc. l.) siccus lividus l. argillaceo-canus, laevis. Stipes 1—2 unc. l., 1—2 lin. cr., totus fibroso-mollis.

258. A. VIBECINUS, pileo submembranaceo e plano infundibuliformi glabro hygrophano, *margine mox patente striato*, stipite *cavo* aequali molli *glabro subundulato* lamellisque primo adnatis, dein longe decurrentibus vix confertis griseo-albidis. *Fries Obs.* 2 *p.* 209. A. infundibulif. *Schum.* n. 1747. A. aggregat. *Pers. M. E. p.* 80. — *Secr. n.* 1038, exclus. vero τὸ «roux» qualis vero *Bull. t.* 575. *f. K. L.* forma congrua, colore recedens. An var.? Inter muscos al-

tiores, praecipue in pinetis, catervatim. A. metachroo senili simillimus. Stip. 2—3 unc. l., 2—3 lin. cr., basi albo-villosus, nec cartilagineus neque pruinatus. Pileus griseo-lividus, siccus albidus, saepe facie sericea zonataque, 1—2 unc. latus. — Habemus *subspeciem* odore farinaceo obsoleto, cui melius, quam *A. ditopo* convenit Secr. n. 1039.

259. A. SUAVEOLENS, fragrans, pileo subcarnoso e convexo-umbilicato depresso subinfundibuliformi glabro *discoideo* hygrophano, margine striatulo demum reflexo, stipite subfarcto elastico subrufescente, *basi incrassato*, lamellis decurrentibus confertis albis decoloribus. *Schum. Fl. Dan. t.* 1912. *f.* 1. *S. M.* 1. *p.* 91. (var. major.) *Weinm. Ross. p.* 58. A. hedeosmus. *Pers. Myc. Eur. n.* 121 A. pseudofragrans. *Secr. n.* 1013. Inter muscos. Odor aniseus A. *fragrantis* et *odori*; illo carnosior, magis depressus, discoque obscuriori insuper diversus. Albidus, siccus omnino albus, lam. demum sordidis.

260. A. BRUMALIS, inodorus, pileo carnoso-membranaceo ex umbilicato infundibuliformi glabro flaccido unicolori hygrophano, *margine* reflexo *laevi*, stipite subcavo aequali subincurvo *glabro albido*, lamellis decurrentibus distinctis pallidis. a.) *livescens*, stipite basi villoso. *S. M.* 1. *p.* 171. *Obs.* 2. *p.* 206. *Secr. n.* 1041. b.) aquose albidus, basi nuda. *Bull. t.* 278. A. B. In pinetis supra acus; b.) in ericetis, uterque valde serotinus. Stipes firmulus, tenuis. Pileus siccus albicans, variat lutescens. Lamellae latiusculae.

V. ORBIFORMES, *pileo subcarnoso extus intusque udo hygrophano e convexo applanato depressove polito*, nec squamuloso l. farinoso, *lamellis planis* horizontalibus tenuibus confertis *adnatis* vel denticulo tantum decurrentibus. *Color sordidus l. aquose pallescens. Species plurimae, plebejae, aegre, et jove pluvio tantum, recognoscendae ob colorem mutabilem et characteres parum acutos.* (Ag. fumosus n. 189. varr. tenuior.)

* *lamellis cinerascentibus.* Pileus primitus obscurus (etiam in 271).

261. A. ORBIFORMIS, inodorus, pileo subcarnoso convexo-plano (nec depresso) laevi glabro hygrophano, stipite farcto spongioso elastico substriato *nudo sursum attenuato*, lamellis decurrenti-adnatis subconfertis discretis planis *griseo-albidis* (*Sow. t.* 342 habitum exprimit). In pinetis locis gra-

minosis raro serotinus. Analogus (non affinis) A. *cyathiformi*, sat validus. Stipes 3 unc. l., basi incrass. villos. Pileus regularis, 2 unc. lat. griseo-fuligineus.

* A. APPLANATUS, pileo subcarnoso e convexo disco depresso tenaci flaccido (e lurido cano), stipite subcavo aequali, deorsum *fusco* albo-villoso, *sursum pallido fibroso-sericeo*, lamellis adnatis vix confertis albocinereis, postice discretis. *Secr. n.* 1035. Locis et tempor. similibus legi. Ambigit inter priorem et A. *expallentem*.

262. A. METACHROUS, inodorus, pileo subcarnoso e convexo plano depresso glabrato hygrophano, stipite e farcto cavo aequali tenaci *sursum pulveraceo-pruinato*, lamellis adnatis confertis pallide cinerascentibus. *S. M.* 1. *p.* 172. *El.* 1. *p.* 22. *Weinm. Ross. p.* 84. A. dicolor. Pers. — *Secr. n.* 1031. In pinetis siccior. abunde, praecipue aut. serot. Minor inodorus, pileus in prima infantia fuscus (*Krombh. t.* 2. *f.* 22. non male refert), adultus lividus, siccus albescens; margo demum striatulus. Stipes, ut in plerisque cavis, demum compressus. Exstat plures *varr.* alia disco obscuriori fusco; alia colore incarnato (non Secr. n. 1034); alia sordide rufescens *Batsch. f.* 102.

263. A. PAUSIACUS, olidus, pileo subcarnoso e convexo plano depressove laevi hygrophano, stipite subcavo aequali striato apice albopruinoso, lamellis obtuse adnatis semicircularibus confertis *olivaceis*. In pinetis montosis raro; inter proximos medius. Stipes tenuis ($1\frac{1}{2}$ lin.) subundulatus pileusque uncialis, primitus subumbonatus, saepe micore sericeo obductus, subolivascens cinerei. — Exstant individua statura A. *metachroi*, hinc nomine suadente *Secr. n.* 1048?

264. A. DITOPUS, graveolens, pileo subcarnoso e convexo plano depresso laevi glabro hygrophano, stipite cavo aequali subnudo, lamellis adnatis confertis tenuibus *obscure cinereis*. *S. M.* 1. *p.* 171. In pinetis, praecocior. Statura A. *metachroi*, sed *odor fortis farinae recentis!* Pileus fuscocinereus, minorum convexus, majorum inversus et undulatus, sed ad *Cyathiformes* haud referatur.

265. A. NUBILUS, inodorus, pileo subcarnoso plano depresso umbilicato glabro hygrophano, stipite farcto *gracili* aequali laevi apice pruinato, lamellis subdecurrentibus planis *subdistantibus fuscescenti-argillaceis*. In pinetis region. campestr., raro. Stipes 3 unc. usque longus, lineam l. parum

ultra crassus, pallescens, subelasticus, fragilis, nec cartilagineus. Pileus 1—1½unc. latus, saepe excentricus, udus lividus; siccus alutaceus.

266. A. OBOLUS, inodorus, pileo subcarnoso *convexo-plano* obtuso glabro hygrophano, stipite fistuloso aequali *tenui striato nudo* lamellisque adnatis confertis *lividis*. *S. M.* 1. *p.* 89. *Secr. n.* 649. In pinetis. Stipes politus, subflexuosus, sed elasticus, nec cartilagineus. Pileus orbicularis e livido cano-albicans; variat repandus et depressus. Lam. etiam subdecurrentes.

** *lamellis albidis.* Pileus pallescens.

267. A. DIATRETUS, inodorus, pileo subcarnoso e convexo-plano depresso laevi glabro hygrophano, stipite e farcto cavo aequali elastico laevi *stricto tereti* glabro apiceque nudo lamellisque *dente acuto decurrentibus confertis angustis* albis. *S. M.* 1. *p.* 83. *Obs.* 2. *p.* 200. *Weinm. Ross. p.* 85. *Secr. n.* 731. In pinetis passim. Inodorus fere. Stipes non cartil. Pileus ceteris magis carnosus, junior rigidulus, ex *incarnato alutaceus*; siccus albidus. Lamellae ut in 2 subsq. postice acuminatae, subdecurr., interdum incarnatae, pallescentes. Cfr. n. 245.

268. A. FRAGRANS, *fragrans*, pileo subcarnoso e convexo plano depressove laevi glabro unicolore hygrophano, stipite e farcto cavo elastico glabro, *lamellis subdecurrentibus confertiusculis* distinctis albidis. *Sow. t.* 10. *S. M.* 1. *p.* 171. *Pers. Myc. Eur. t.* 27. *f.* 5. *Secr. n.* 1012. *Weinm.* l. c. *Krombh. t.* 1. *f.* 34—38. A. gratus. *Schum.* Inter muscos, frequ. *Odor* fragrans, *aniseus!* Unicolor, nec disco obscurior, ex *aquose albido albicans*. Stipes subflexuosus. *Cfr. n.* 259. — A. ericetor., sec. nomen gallicum!, subsumtus a Bull. (t. 551. f. G.)

269. A. ANGUSTISSIMUS, inodorus, pileo subcarnoso plano-depresso laevi glabro hygrophano, margine patente, stipite farcto tenui nudo *flexuoso*, *lamellis subdecurrentibus angustis confertissimis* albis. *Lasch! n.* 523. An Secr. n. 1019? In silvis frondosis inter folia, muscos. Priori simillimus, ex aquoso-albido albus, sed stipes tenuior, odor nullus. Margo patens, demum striatulus.

270. A. OBSOLETUS, obsolete fragrans, pileo subcarnoso e convexo plano depressove laevi glabro hygrophano, stipite e farcto cavo elastico lamellisque *obtuse* (*fere rotundato*) *ad-*

*natis latis* confertis albidis. *Batsch. f.* 103. A. mustelinus *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 2021. A sebaceus. Pers. *M. E. p.* 188. — Secr. n. 669 hic potius quam A. olorin. (= *Secr. n.* 667?) In pinetis, praecipue juxta marg. viarum. Medius exacte in A. *fragrantem* et A. *metachroum*; odor gratus, sed non fortis aniseus. Stipes rectus, ipso apice tantum pruinatus, basi saepe villosus. Pileus junior subumbonatus siccus lutescenti-albus, udus pallide lividus l. argillaceo-incarnatus.

271. A. MORTUOSUS, inodorus, pileo subcarnoso molli plano-depresso laevissimo glabro hygrophano, stipite farcto aequali *curto glabro, lamellisque adnatis confertissimis angustis* albidis. *Fries Obs* 2. *p.* 210 aut hic aut A. *metachrous* junior — (prisco loco evanuit.) Locis graminosis nemorosis raro. Pumilus, irregularis, saepe excentricus inodorus. Stipes vix unc. l., lineam crass. saepe curvatus, adscendens, demum compressus. Pileus 1—1½ unc. latus, primo umbrinus, dein spadiceus, siccus in alutaceum transiens: omnino ut *Ag. stipatus*, quem colore refert.

272. A. GYRANS, inodorus, pileo subcarnoso convexo-umbilicato laevi glabro hygrophano, *margine late infracto convoluto, stipite cavo* tenaci aequali *glabro*, lamellis tenuibus confertis albis, apiculo decurrentibus. Hypoph. gyrans. *Paul. t.* 59. nostro paulo major. In graminosis montanis; e montibus Gottsundens. reportavit *Arenius.* Ab omnibus valde distat. (Cfr. forte Secr. n. 1017). Stipes 2 unc. l., 1—2 lin. crass., albus. Pileus disco carnosulus, uncialis, udus hyalinus, siccus albus. Inodorus, ex *Paul.* venenatus.

VI. VERSIFORMES, *pileo tenui, e convexo difformi* tenaci, *plus minus squamuloso aut furfuraceo, lamellis adnatis* (non aut denticulo tantum decurrentibus) *latis, crassiusculis ut plurimum distantibus et albo-farinosis.* — Color hygrophanus, laetus l. nitens. Stipes tenax, interdum cum velo! Cfr. *Schaeff. t.* 13., A. *bellum* etc. Species omnes nobilissimae, utpote statura, forma et colore maxime variae!

* *pileo squalente vel squamulis obscurioribus infuscato.*

273. A. DIFFORMIS, pileo submembranaceo e convexo plano subumbilicato *glabro* hygrophano, *udo striato*, sicco laevi demum subsquamuloso-rimoso, stipite cavo aequali *glabro nitido*, lamellis adnatis distantibus albidis. *Pers. syn. p.* 462. *Fries Syst. p.* 170. *Weinm. Ross. p.* 86. Locis

humidis in pinetis montanis. Facies praeced.; colore pilei udi lividi, sicci albido-nitidi, sed versiformis ut A. *laccatus*.

* A. *stygius*, pileo campanulato umbilicato, lamellis *adnexis ventricosis*, stipite longo gracili. In paludosis sphagnosis. Distinctum crederes, nisi adesset A. *laccati* prorsus analoga forma mycenoidea palustris.

274. A. INCOMTUS, pileo submembranaceo e convexo plano depresso *fibrillis nigris adglutinatis virgato* rugosove-squamuloso *viscido* (sicco nitido), stipite cavo aequali *fibrilloso-striato* cinereo, *lamellis obtuse adnatis* subdistantibus pallide cinereis. *S. M.* 1. *p.* 171. Locis humidis silvaticis, etiam autumn. Species nobilissima! Pileus vegetus vere viscosus, pellucide striatulus, olivaceo-niger, 1—2 unc. latus, primo cum umbonis rudimento. Stipes 2—3 unc. l., 2 lin. cr., apice subincrassatus. Lamellae antice latiores. Fungus in *Obs. M.* 2. *p.* 212 est status vernalis, gracilior pallidior cum Var. *stygia* prioris comparanda.

275. A. NIGROPUNCTATUS, pileo subcarnoso plano umbilicato inaequali *farinoso*, *disco nigro-punctato*, stipite cavo tenaci nigrostriato, basi incrassato incurvo, lamellis adnatis *confertis* pallescentibus *dein lutescenti-ardesiacis*. *Secr. n.* 1046. In pinetis Helvet. caespit. Elasticus, aridus, odore amaro. Pileus ex albido sordidus subnitens, margine reflexo striatulo saepe lobato. *Non vidi*, sed sq. peraffinis videtur, lamellis tenuibus confertis differt.

276. A. PACHYPHYLLUS, pileo subcarnoso convexo-planiusculo *flocculoso-squamuloso* demum rimoso, disco depresso, stipite subfarcto tenaci lamellisque adnatis crassis *distantibus luteis*. *Fries Obs.* 1. *p.* 76. A. absinthiatus β. *Lasch. l. c. n.* 120. In silvis raro, solitarius l. caespitos. Minor, uncialis l. parum ultra, odore amaro. Pileus sordide lutescens l. rufescens. Lamellae varie adnexae, subdecurrentes et interdum secedentes, omnino ut in A. *laccato*.

* A. ABSINTHIATUS, pileo subcarnoso furfuraceo-squamuloso ochraceo-brunneo, stipite subcavo deorsum attenuato fibroso-squamuloso, lamellis subdecurrentibus latissimis *canis* pallescentibus. *Lasch! l. c. n.* 120. In pinetis subgregarius, ad praeced., quo minor, accedit ut A. *amethyst.* P. ad A. laccatum.

277. A. ECTYPUS, pileo subcarnoso explanato demum depresso revolutoque hygrophano, *fibrillis fuligineis adpressis*

*subtiliter virgato*, *margine striatulo*, stipite subcavo elastico fibrilloso, lamellis adnatis subdistantibus pallescentibus, *demum rufo-maculatis* albofarinosis. *S. M.* 1. *p.* 108. In pratis paludosis passim, subcaespitosus. Pileus melleus. Odor primo gratus aniseus, demum foetens. Habitus *A. mellei* ejusque more albo-conissans. — A. *stramineofuscus* Secr. n. 811 differt tantum colore luteo, i. e. ut *A. melleus* lutescens a vulgari.

278. A. BELLUS, pileo subcarnoso e convexo depresso (*aureo*) *squamulis obscurioribus adsperso*, stipite farcto aequali tenaci rivuloso lamellisque adnatis subdistantibus venoso-connexis *luteis* demum albofarinosis. *Pers. syn. p.* 452. *S. M.* 1. p. 107. *Alb. et Schw. p.* 218. Cfr. *Secr. n.* 269. In pinetis, vulgo ad ligna carie consumta Pileus luteus, interdum rufescens et pallens, lamellis saepe ramosis et anastomosantibus.

** *pileo laeto, unicolori.*

279. A. LACCATUS, pileo submembranaceo e convexo versiformi subumbilicato, adulto *farinoso subsquamuloso* hygrophano, stipite farcto aequali tenaci fibroso lamellisque adnatis *crassis distantibus laete coloratis* demum albo-pruinosis. *Scop.* — *Syst. M.* 1. *p.* 106! *Schaeff. t.* 13. *Bull.* 570. *f.* 1. *Grev. Scot. t.* 249. *Krombh. t.* 43. *f.* 17—20. *Batt. t.* 18. *G-I.* Ubique vulgatissima species, statura infinite ludens, pileus primo et udus sublaevis — tenuium striatus; sed varr. e colore, quas tamen omnes acutiores Mycologi conjunxerunt, constantiores: a) *rufo-carnea*, pileo sicco subochraceo: A. farinaceus. *Huds. Bolt. t.* 64. *Sow. t.* 208 *Fl. Dan. t.* 1249. A. rosellus. *Batsch. f.* 99 (et 100 stipit. fistulos.). b) *lutea*, lamellis carneis. *Buxb. C. IV. t.* 30. *f.* 1. c) pileo *luteo-violaceo*, sicco ochraceo, lamellis violaceis. A. impolitus *Schum. Secr. n.* 1026. d) obscure *violacea*, pileo sicco canescente. A. amethystinus. *Bolt. t.* 63 *Sow. t.* 187. — In glareosis viarum vix A. *tortili* n. 287 major valde deformis.

280. A. SANDICINUS, pileo submembranaceo e convexo plano umbilicato difformi laevi hygrophano demum *griseo-farinaceo*, margine fasciato, stipite cavo inaequali glabro lamellisque adnatis *confertis* ventricosis purpurascentibus subnudis. *S. M.* 1. *p.* 157. — Cfr. A. bacillaris (ad spec. unic!) *Pers. M. E. p.* 200. A. janthinus *Secr. n.* 1027. In silvis, praecipue pinetis, rarius occurrunt specimina, statura valde diversa, qui peculiarem praeced. proximam ejusque modis va-

VI. COLLYBIA. Stipes fistulosus *cartilagineus* vel medullatus, cute cartilaginea, radicans. Pileus leviter carnosus, *nec sulcato-plicatus, nec corrugis, margine primo involuto.* Lamellae [membranaceae, molles] liberae vel postice obtuse adnexae tantum. *Fungi in lignis, foliis etc. immo fungis, epiphyti, sed ob radicem saepe terrestres obvii, haud crispescentes nec arescentes.*

A praecedd. *stipite cartilagineo*, et a *Clitocybis* insuper lamellarum insertione, mox differt haec tribus jam acutius limitata, exclusis *Collybiis* Marasmii generis. Hoc genus *lamellarum fabrica, substantia subcoriacea, vegetatione lenta subpersistente post exsiccationem reviviscente* acute, sed non sine acumine, discernitur. — Stipes in quibusdam v. c. A. *platyphyllo, pullo* etc. mollior, sed vegetatione, loco et habitu a Tricholomatibus facile dignoscuntur. — *Species nobilissimae, affines separari vetant!*

A. *Lam. albae aut laete coloratae, nec cinereae.* Caro alba.

1. Striaepodes, stipite valido cavo l. medulla spongiosa subdiscreta farcto sulcato fibrillosove-striato.

* *lamellis latis subdistantibus.*

285. A. radicatus, pileo carnoso tenui convexo-plano gibbo *rugoso glutinoso*, stipite farcto procero attenuato rigido glabro, demum sulcato, lamellis adnexis subsecedentibus distantibus albis. *Relhan. S. M.* 1. *p.* 116 ubi syn.! *Sow. t.* 48. *Grev. Scot. t.* 217. *Krombh. t.* 72. *f.* 26, 27. *Paul. t.* 97. *f.* 3, 4. A. clypeatus. *Huds.* A. phrygius. *Wallr. Cr.* 4. *p.* 714. Circa bases truncorum ubique, vulgo spithamaeus, sed etiam parvus et tenuis, colore pilei mutabilis. [Alienus est A. *longipes* Scop. albus, in *tenebris candelae instar lucens,* ut omnes subterranei a me omissus, quia e sexcentis subterraneis a me visis, ne unicus quidem non fuerit status personatus heliogenorum].

286. A. longipes, pileo carnoso tenui conico-expanso umbonato *sicco subvelutino-villoso*, stipite farcto procero sursum attenuato villoso demum sulcato, radice longa fusiformi, lamellis rotundatis subdistantibus albis. *Bull. t.* 232. *Larb. t.* 16. *f.* 1. A. subulatus. *Raddi in Soc. Ital.* A. pudens. *P. M. E. p.* 140. A. macrourus. 2. *Scop.* A. costatus. *Wallr. Crypt. Gesm.* 4. *p.* 709. *Batt. t.* 20. *f. A.* In silvis umbrosis, statura et colore fuscescente ceterum praecedentis, ut ejus var. olim cum Scopolio et Bulliardo dixerim. *Krombh. t.* 1. *f.* 31. minor forma.

gineo-livido albidus, margine patente demum striato. Caro alba. — Cfr. *A. murinus* n. 355.

290. A. LORIPES, *fragilis*, pileo carnoso convexo-expanso flexuoso laxo *laevi glabro*, stipite subcavo flexuoso fibrilloso-striato pallido, lamellis rotundato-liberis latis *subconfertis* fragilibus *albido-sulfureis*. In truncis frondosis Scaniae, raro, sed densis caespitibus, valde insignis. Stipes mollior, 3—4 unc. l., 3—4 lin. cr., rufescens. Pileus laxus, 3—4 unc., flavo rufescens, margine primo infracto.

291. A. LANCIPES, rigidus, pileo carnoso convexo explanato umbonato *radiato-rugoso* glabro, *margine striato*, stipite farcto striato, deorsum fusiformi-attenuato lamellisque emarginato-adnatis latis crassis distantibus *venoso-connexis carneis* immaculatis. — *Krombh. t.* 42. *f.* 6—8 staturam optime sistit, colorem ejus reliquaque nescimus. — *Paul. Ch. t.* 118 e descr. bona. Ad terram Sueciae mediae, raro. Nobilis, major, colore totius carneo-pallido A. *puri!* Medulla stipitis e fibris crispatis.

292. A. FUSIPES, tenax, pileo carnoso convexo explanato glabro laevi rimosove, umbone evanescente; stipite e farcto cavo *sulcato tumido* subtorto, basi fusiformi-radicato, *lamellis annulato-adnexis* secedentibus latis distantibus venoso-connexis ex albo subconcoloribus. *Bull. t.* 106, 516, *f.* 2. *S. M.* 1. *p.* 120. *Sowerb. t.* 129. *Krombh. t.* 42. *f.* 9—11. — *Schaeff. t.* 87, 88. *Fl. Dan. t.* 1607. — *Vaill. p.* 66. *n.* 37. *Batt. t.* 20 B. var pusilla. Ad truncos praec. Quercus caespitose; vix in Suecia media. Pileus rufescenti-vaccinus, expallens quoque sordide alutaceus. Lam. submaculatae. Statura ita mutatur, ut nesciam an sqq. tute separentur.

* A. CONTORTUS, caespitoso-connatus, pileo stipiteque torto tenuioribus, lamellis confertioribus albis. *Bull. t.* 36. *Paul. Ch. t.* 51. *Weinm. Ross. p.* 74. — *Batt. t.* 9. *f. F.* Ad truncos; vidi pileo pulverulento! Maxime differt ab A. *acervato.*

? * A. OEDEMATOPUS, subcaespitosus, pileo e conico-applanato rufo-spadiceo flocculoso, stipite valido ventricoso-fusiformi fibrilloso pulverulento, lamellis inaequaliter decurrentibus pallidis. *S. M.* 1. *p.* 96. *Weinm. Ross. p.* 71. A. bulbosus *Pall. Ross.* 1. *t.* 9. *f.* 2. A. daucipes. *Pers. M. E. p.* 147. pileo squamuloso modo differt. Ad ligna putrida. Si differret, ad CLITOCYB. *difformes* forte referatur.

** *lamellis confertis angustis.*

293. A. MACULATUS, pileo carnoso *compacto* convexo-plano obtuso laevi glabro, stipite valido ventricoso striato deorsum attenuato praemorso-radicato lamellisque liberis confertissimis linearibus albis. *Alb. et Schwein. p.* 186. *Fr. El.* 1. *p.* 17, *Secr. n.* 792. *Weinm. Ross. p.* 72. A. rubiginosus. *Schum.* A. carnosus. *Sowerb. t.* 246.] Inter ramenta Pini et locis humid. pinetorum. Major, firmus, acidulus, albus, rufo-maculatus pileusque demum rufescens.

* A. SCORZONERUS, minor, flavicans, stipite longo radicato (saepe flexuoso), lamellis flavidis. *Batsch. f.* 14 nullum melius refert. Cum priori. Pileus interdum micore sericeo!

294. A. PROLIXUS, pileo carnoso convexo-explanato gibboso *laxo* laevi glabro, stipite *solido* valido *subaequali praemorso* sulcato testaceo, lamellis liberis confertis integerrimis albis immaculatis. *S. M.* 1. *p.* 120. *Fl. Dan. t.* 1608. A. megaleus. *Pers. M. E. p.* 170 expallens. Inter ramenta lignea raro. Magnus, spithamaeus usque, stipite firmo saepe scrobiculato, pileo fragili testaceo-ferrugineo expallente.

295. A. DISTORTUS, pileo carnoso convexo-expanso laxo obtuse umbonato glabro laevi expallente. stipite subcavo *a basi* ventricosa tomentosa *attenuato subtorto* sulcato pallido, lamellis leviter adnexis subserratis angustis confertissimis albis, *dein rubiginoso-maculatis.* Ad truncos Pini gregar. In pinetis montos. Sueciae copiose. Hunc in mentem habui, cum in S. M. de formis inter A. *fusipedem* et *butyraceum* mediis locutus sum; A. fusipedi proximus, sed A. *butyraceo* simillimus, pileo lato laxo, stipite tenuiori fragili torto pallido lamellisque maculatis distinctissimus.

296. A. BUTYRACEUS, pileo carnoso convexo-expanso umbonato laevi glabro udo expallente, *carne albicante*, stipite subfarcto cartilagineo-corticato *conico striato obscure rufescente*, lamellis subliberis confertis *crenulatis* albis. *Bull. t.* 572. *S. M.* 1. *p.* 121. ubi syn. *Weinm. Ross. p.* 73. *Buxb. Cent. IV. t.* 5. *f.* 1. *Batt. t.* 16. C. — Vulgatissimus in silvis, colore pilei *mollis* valde mutabilis. Cfr. *Fr. Obs.* 2. *p.* 123. *Secr. n.* 658—662 incl. fors. subsqq., normaliter badio-rufus, sed vario modo pallescens: A. lejopus. *Pers. ic. pict. t.* 2. *f.* 1—3 (minime A. *asemus*). Interdum totus stipes villosus: A. *trichopus* P., vulgo nudus, A.*leucophyll.* P.

* A. AUROREUS, pileo tenuiori, margine striato, carne rufescente, stipite cavo. A. leucophyllus *Larbr. t.* 12. *f.* 1.

*Secr. n.* 664. In Eur. australi. Videtur diversus, *non vidi.*

297. A. PHAEOPODIUS, pileo carnoso convexo-explanato laevi glabro udo, umbone evanescente, *carne fuscescente*, stipite farcto cartilagineo-corticato glabro *utrinque incrassato atrofusco*, lamellis subliberis confertis integerrimis albis. *Bull. t.* 532. *f.* 2. *S. M.* 1. *p.* 122. *Secr. n.* 663. In silvis. Priori valde affinis. Pileus brunneo-fuscus, fere nigricans, non hygrophan.

298. A. EPHIPPIUM, pileo submembranaceo convexo-plano obtuso *discoideo viscoso*, *ad medium striato*, stipite cavo cartilagineo-glabro striato *albo*, lamellis obtuse adnatis *venoso-connexis* subcrispis candidis. In silvis raro. E priorum foedere mediante Secr. n. 662, sed tenuior, rigens, fragilis, pilei non hygrophani 2—3 unc. lati disco fusco, margine albicante. Stipes interdum compressus; an hic A. *compressus.* Sow. t. 66. (Cfr. n. 182).

299. A. ASEMUS, pileo carnoso tenui umbonato *hygrophano*, margine striato, *carne* aquosa *inferne corneo-grisea*, stipite fistuloso-cavo sursum attenuato striato *livido*, lamellis liberis confertis linearibus integerrimis albidis. *S. M.* 1. *p.* 121. *Weinm. Ross. p.* 73. Inter fol. decid. praecipue Fagi. Pileus lividus, siccus albicans, hinc formis pallentibus A. *butyracei* accedit; sed tenuior, haud rufescens etc.

300. A. STRIDULUS, pileo carnoso molli convexo-explanato *laevi udo hygrophano*, stipite subfistuloso cylindrico stricto rigido-fragili fibrilloso-striato lividofusco, basi incrassato praemorso, lamellis arcuato-adnexis confertis candidis. Ad terram, minime rarus, cum A. *melaleuco* forsan confusus. Cfr. Secr. n. Stipes tenuis. subcorneus. Pileus e nigricante l. fuligineo-expallens. Affinitas A. *cornei Weinm. Ross. p.* 659 mihi probabilis.

301. A. PULLUS, pileo carnoso tenui campanulato-expanso obtuso laevi glabro hygrophano, stipite subcavo torto striatulo molli nudo lamellisque adnexis latiusculis *transversim pellucido-striatis albidis. Schaeff. t.* 250 (modo solitarius). A. concinnus *Bolt. t.* 15. Ad truncos Betulae, vulgo caespitosus, nobilissimus (affin. n. 290) sed rariss., in Smoland. montanis lectus. Stipes praemorso-radicatus, fissilis, cuticula molli polita, non discreta. Pileus fragilis, recens badio-purpureus, siccus fusco-pallidus, variat albidus.

302. A. XYLOPHILUS, pileo carnoso e campanulato explanato obtuse umbonato laevi glabro subviscido, sicco nitido, stipite *farcto tenaci* stricto albo *apice sericeo*, deorsum attenuato radicato, lamellis adfixis *crenatis* confertis albis. *Weinm! in Linn. X. p.* 54. *Ross. p.* 659. In truncis abiegn. circa Petropolin raro. Solitar. Stipes 4—5 unc. l., 3 lin. et ultra cr. Pileus subfragilis, albido-lutescens.

303. A. RAMOSUS, *candidus*, pileo carnoso convexo-explanato obtuso *depressove* laevi *stipiteque farcto subaequali* striatulo radicato glabris, lamellis adnexis secedentibus confertis integerrimis. *Bull. t.* 102. nostro major. *S. M.* 1. *p.* 95. *Paul. Ch. t.* 111. *f.* 3. A. umbilicatus. *Scop.* Ad truncos Ulmi raro. Insignis, utplurimum connato-caespitosus: stipes gracilis adscendens. Pileus orbicularis, leviter expallens.

304. A. STRUMOSUS, *albus*, pileo tenui convexo irregulari subflexuoso glabro, margine primo inflexo villoso, *stipite cavo* aequali *flexuoso crispato-bullato-undulato* striatoque, lamellis secedentibus confertis integerrimis. Cfr. *Secr. n.* 671, sed variis notis videtur diversus! In pinetis locis humid. umbrosis muscosis, Jul.—Nov., sed unico hactenus loco (vester om Knapabo pr. Femsjö) quottannis copiose. Nulli mihi cognito rite affinis, olidus. Stipes tenaciss., tortus, 2—3 unc. l., 2 lin. cr. Pileus vix unc., udus lacteus, siccus candidus.

† A. BULBOPILIS, albus, pileo subcampanulato glutinoso, margine lutescente, stipite farcto attenuato ovato-bulboso, bulbo pilis longis obsesso, lamellis confertis. *Raddi in Soc. Ital. Mod.* 1806. *t.* 4. *f.* 12. In horto Florentino Dec. Pileus ½ unc. lat. Insignis, at ubi inseretur? *Non vidi.*

II. VESTIPEDES, stipite tenui aequali fistuloso aut medullato laevi *velutino*, *floccoso* aut *pruinoso*.

* *Lamellis latis subdistantibus.* (Cfr. n. 286).

305. A. VELUTIPES, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso glabro *viscoso*, *stipite farcto velutino badio-nigricante* radicato, lamellis adnexis distantibus lutescentibus. *Curt. Lond.* 4. *t.* 70. *S. M.* 1. *p.* 119 ubi syn. et varr.! *Bolt. t.* 135. *Sow. t.* 384. *f.* 3. *Krombh. t.* 44. *f.* 6—9. A. austriacus. *Tratt. Austr. t.* 7. *Batsch. f.* 112. var. *Paul. t.* 104. *f.* 5, 6. *Batt. t.* 22 C. (duae in descr. commixtae). Vulgatus ad trunc. Salicis, Fagi etc. Serotinus, per omnem hiemem persistens, subcaespitosus, vulgo adscendens, subexcentricus, pileo fulvo.

306. A. LAXIPES, pileo carnosulo convexo-plano obtuso

glabro *udo*, *stipite farcto rufovelutino* laxo longissimo, lamellis secedenti-liberis distantibus latis ventricosis lacteis. *Batt. t.* 9. *f. I.* — Icon praeced. *Sow. t.* 263 affinitatem cum priori indicat. Ad truncos v. c. Quercus Eur. austr. Stipes rigens. Pileus tenuis, ratione stipitis parvus lacteus. *Non vidi.*

307. A. DECLINIS, pileo carnosulo e conico campanulato umbonato udo, *demum rimuloso*, stipite flocoso-farcto aequali albo *apice flocculoso-pulverulento*, lamellis vix adnexis subdistantibus albo-pallidis, acie flocculoso-crenulatis. *Weinm. Ross. p.* 660. In pinetis ad terr. basi cohaerens, subcaesp. sed rariss. Pileus dilute fuscus, 1—2 unc. saepe fissus. Stipes 2 unc. et ultra, 2—3 l. cr. Affinitas mihi, non obvio, ut inventori, dubia.

308. A. FLOCCIPES, pileo carnosulo e campanulato convexo umbonato laevi expallente, stipite fistuloso stricto radicato pallido *squamulis floccosis punctiformibus nigris* exasperato, lamellis adnexis ventricosis subdistantibus crassis albis. Ad terram et truncis in fagetis, serotinus, rarus. Habitus Mycenae s. A. *plexipedis* (n. 350), pileo nigro-fuligineo livescente.

309. A. TROCHILUS, pileo carnosulo convexo *glabro umbilicato-depresso discoideo hyalino-striato*, stipite leviter fistuloso longo rigido superne pulverulento albo, inferne subtiliter tomentoso nigrofusco, radice fibrillosa aucto, lamellis adnatis distantibus *angustis* integerrimis albis. In humo silvar. frondos. gregarius. *Lasch!* e cujus ic. et descr. valde insignis, A. lupulet. (316) proximus. Tenax, insipidus, inodorus. Stipes $2\frac{1}{4}$—4 unc. l., vix lin. excedens. Pileus uncialis usque, fuscus l. fuscopallidus, disco sublivente. Lamellae ob pileum depressum passim denticulo decurrentes.

310. A. STIPITARIUS, pileo carnosulo convexo-plano *umbilicato velutino-squamuloso* fuscove-fibrilloso, stipite e farcto fistuloso tenaci *spadiceo hirto-fibrilloso*, lamellis secedente-liberis ventricosis subdistantibus albis. *S. M.* 1. *p.* 138. *Lasch! n.* 159. *Secr n.* 740. A. scabellus *Alb. et Schw. t.* 9. *f.* 6. non S. M. A. caulicinalis *Bull. t.* 522. *f.* 2. var. insign.! non With. Sow. Sw. etc. Ad stipites, radices graminum gregatim; copiose in region. campestr. ut Lundae, Lincop. Upsaliae, numquam in montanis et silvat. Valde insignis, parvus, pileo albido, saepe discoideo, habitu *Marasmii*, v. c. *perforantis*.

311. A. SOBOLEWSKII, pileo submembranaceo hemisphae-

rico *obtuse umbonato albo-pulverulento*, stipite fistuloso tenui obsolete *fuscescente nitido albofibrilloso* glabrove, lamellis liberis ventricosis subdistantibus candidis. *Weinm.! Ross. p.* 98. In terra turfosa, Petropoli, raro. Solitarius; stipes tenuis tenax, 1—2½ unc. longus; pileus fragilis, e candido dilute incarnatus.

312. A. ALUMNUS, albus, pileo submembranaceo e globoso campanulato expansoque glabro *striato*, stipite e basi incrassata *subulato deorsum piloso-pubescente*, lamellis adnatis latis distantibus. A. parasiticus. *Schum. p.* 308. A. tuberos. var. *Fr. Fl. Dan. t.* 2022. *f.* 1. A. alumnus *Bolt. t.* 155. hunc potius quam A. tuberosum sistit, sed lam. liberis? ab utroque differt. In fungis putridis. Minimus, stipite ½ unc. l., pil. 2 lin. lato. *Non vidi*, sed notae ab A. tuberoso evidentes.

** *lamellis perangustis confertissimis.* Cfr. 141 *, 143 —251.

313. A. HARIOLORUM, pileo carnosulo e campanulato hemisphaerico plano depressove glabro, stipite fistuloso *sursum attenuato rufescente lanato-hirsuto*, lamellis adnexo-liberis subconfertis angustis albo-pallescentibus. *Decand.* — *Bull. t.* 585. *f.* 2. *S. M.* 1. *p.* 125. A. sagarum *Secr. n.* 735. Inter folia Fagi, gregarius, subcaesp. Olidus. Pileus albido-alutaceus, margine striatulo. *Non vidi*, fide Secr. h. l. receptus.

314. A. CONFLUENS, pileo carnosulo convexo-explanato obtuso flaccido glabro hygrophano, stipite fistuloso subcompresso *rufo*, *villo albo undique pulverulento*, lamellis remote liberis linearibus confertissimis albidis. *Pers. syn. p.* 368. *Ic. pict. t.* 5. *f.* 1. *S. M.* 1. *p.* 123. *Weinm. Ross. p.* 74. *Buxb. C. IV. t.* 20. — *Batsch f.* 104. var. In silvis ubique, floccoso-cohaerens, udus rufescens, siccus albus. — *Simillimi* ex externa facie *varii Marasmii.*

415. A. INGRATUS, pileo carnosulo e globoso campanulato convexo umbonato laevi, stipite fistuloso longo *torto subcompresso*, *sursum albo-pulverulento*, *deorsum aequali umbrino*, lamellis liberis linearibus confertiss. pallidis. *Schum. p.* 304. *S. M.* 1. *p.* 123. *Fl. Dan.* — Caesp. in pinetis. Priori valde cognatus, major, odore subingrato, colore subfusco-alutaceo. Vidi tantum semel formam inter hunc et sq. amphibolam, longe minorem.

316. A. LUPULETORUM, pileo carnosulo e convexo plano depressove *laevi glabro*, stipite fistuloso arrhizo, sursum albo

squamuloso-pulverulento, *deorsum brunnescente attenuato glabro* arrhizo, lamellis adnatis confertis albis pallescentibus. *Weinm.! Syll.* 2. *p.* 88. A. dryoph. *γ. Ross. p.* 76. — *Batt. t.* 28. *f. X.* quoad ic. optime. In lupuletis etc. Livido-pallescens, l. dilute alutaceus, pileo circ. unc., stipit. 1—1½ lin. longo non compresso; basi 1, apice 2 lin. crass. Lamellae leviter ventricosae. — Similis *pileo umbonato*, sub 315 jam indicatus.

317. A. ORBICULARIS, pileo carnosulo explanato umbonato, *disco papillis minutis viscosis nigricante*, stipite farcto (?) rufescente apice incrassato albo-farinoso, lamellis aduexis confertis latiusculis albicantibus. *Secr. n.* 648. Sparsim inter muscos pinet. Helv. rariss. Statura praeced! Pileus fuscus. *Non vidi.*

318. A. MYOSURUS, pileo carnosulo orbiculari planiusculo subobtuso laevi glabro, stipite subtiliter fistuloso aequali rufescente apice albo-pulverulento, *radice elongata glabra, lamellis liberis* linearibus confertissimis albis. *S. M.* 1. *p.* 132. *Wahl. Suec.* 1904. *Secr. n.* 653. Frequens in pinetis montos. Pileus rufus l. rufofuscus, vix unc.; sed exstat var. minor tota *albo-pallescens*, pileo subumbonato, ex habitu *Batsch. f.* 95, ut citat Secr., sed pileo sericeo, lamellis adnatis admodum diversa.

319. A. CONIGENUS, pileo carnosulo planiusculo inaequali *subumbonato glabro*, stipite subtiliter fistuloso tenaci pulverulento pallescente, *radice strigoso-fibrillosa*, *lamellis liberis* linearibus confertissimis pallescentibus. *Pers. Syn. p.* 388. *S. M.* 1. *p.* 132. *Weinm. Ross. p.* 76. *Buxb. Cent.* 1. *t.* 57. *f.* 2. optim. — Var. major: A. spinipes. *Sow. t.* 206. In pinetis, ad conos etc. freq. Parvus, variabilis. Pileus e testaceo-gilvove-livido expallens, lamellis ex albo concol. — Var. primitus *pallens*, immo *albus*! minor *Alb. et Schw*! — V. *porcina*, sordide lutescens, pileo striatulo, stipite elongato filiformi. S. M· — (Secr. 652. c., minime 548.)

320. A. GLOBULARIS, albus, pileo carnosulo *globoso*, disco demum plano *subumbilicato glabro*, margine rotundato-incurvo, stipite e farcto fistuloso striatulo apice flocculoso, basi tomentoso, lamellis adnatis confertis latis. *Weinm.! Linn.* 1835. *p.* 54. *Ross. p.* 663. In pratis muscosis. Tenax, firmulus, pileo ½—1 unc. lato, stipite 1—2 lin. crasso subattenuato radicato. Affinitas cum A. *clusili* vix dubia.

321. A. CIRRHATUS, pileo carnosulo plano *sericello, demum umbilicato*, stipite subfistuloso flexuoso aequali

pallido pulverulento, radice torta fibrillosa, *lamellis adnatis* confertis angustis albis. *Schum. n.* 1773. A. tuberos. cirrhatus. *Pers. Syn. p.* 374. *Secr. n.* 742. A. ocellat. b. *S. M.* — *Weinm. Ross. p.* 99. *Cfr. infr. n.* 340. *Batsch. f.* 95 certe, licet radix glabra picta. Inter folia, quisquilias, fungos putridos etc. frequ. Parvus, tenax, albus, subrufescens.

322. A. TUBEROSUS, albus, pileo carnosulo convexo-expanso *umbonato glabrato laevi*, stipite subfistuloso obsolete pulverulento, radice glabra *tubere Sclerotioideo* sublutescente *insititio*, lamellis adnatis confertis tenuibus albis. *Bull. t.* 256, *S. M.* 1. *p.* 133. ubi syn. *Fl. Dan. t.* 1613. *Weinm. l. c. Batsch. f.* 93. In Agaricis putridis frequ. Minimus, pileo 2—3 lin. lato, stipite vero saepe elongato, interdum *prolifero* sq.!

323. A. RACEMOSUS, pileo submembranaceo convexo *papillato griseo-subtomentoso*, stipite subfarcto *pilis simplicibus capituliferis racemoso*, *basi Sclerotioidea nigra*, lamellis adnatis confertis albis. *Pers. disp. t.* 3. *f.* 8. (*Nees f.* 190). *S. M. l. c. Sow. t.* 287. *Berk. in Hook. Brit.* e litt. A. globulifer. *Brond. Cr. Ag. t.* 6. *f.* 6, 7. In Agaricis putridis rarissime, mihi semel quoque obvius. Statura prioris, colore griseo et stipite capitulis *Stilbum* aemulantibus regulariter obsito paradoxus, potius monstros. progen.

? 324. A. AUERI, pileo membranaceo expanso umbonato subtomentoso sordide flavo, stipite tenui *ramoso-racemoso ebulbi* pallide flavo, lamellis flavis. *Nees Act. Nat. Cur. IX. t.* 6. *f.* 19. In foliis Quercus Hungariae. Summopere insignis, sed affinitas et locus prorsus latent. Stipes 3—4 unc.; ramulis capitulis trigonis; glaber?, siccitate? sulcatus ut *Marasmii*, *quibus potius adscribendus.* Pileus 2—3 lin. lat. *Videre avide desidero!*

III. LAEVIPEDES, stipite tenui aequali fistuloso nudo glabro (basi haud respecta) nec conspicue striato (sub lente vero A. *dryophili* etc. striatulus.)

* *lamellis latis, laxis, vulgo plus minus distantibus.*

325, A. COLLINUS, pileo carnosulo campanulato-expanso umbonato glabro, stipite fistuloso *aequali praemorso* nudo laevi pallescente, lamellis liberis ventricosis laxis albis pallescentibus. *Scop. Carn. p.* 432. *S. M.* 1. *p.* 124. *Schaeff. t.* 220. *Fl Dan. t.* 1609. A. arundinac. *Bull. t.* 403. *f.* 1. [*Paul. t.* 104. *f.* 7—9? ex *Secr. n.* 796 a me non visae). In clivis gramin. gregar. Serotinus, rigens, habitu Mycenae,

at margo primo incurvus. Pileus irrigatus subviscidus, striatulus, siccus nitens. Color pallens.

326. A. VENTRICOSUS, pileo carnosulo campanulato-convexo umbonato glabro, stipite fistuloso laevi nudo *rufescente, basi ventricoso radicato*, lamellis arcuato-adfixis ventricosis laxis subconfertis undulatis rufescentibus. *Bull. t.* 411. *f.* 1. non Schum. In silvis Eur. Austr. frondosis raro. Praec. et A. *dryophilo* affinis, sed latior, laxior, pileo alutaceo l. isabellino. — Var. *albus:* Bull. l. c. f. B. *Non vidi.*

327. A. XANTHOPUS, pileo carnosulo convexo-expanso *subumbonato* glabro stipiteque fistuloso aequali *luteo* laevibus, *basi aequali strigoso-radicato*, lamellis truncato-liberis latis laxis tenuibus confertis albidis. *S. M.* 1. *p.* 124. *Weinm. Ross. p.* 75. — *Batsch. f.* 209 var. stipite fulvente! Sparsus in pinetis, etiam ad truncos, rarus. Tenax, pileo alutaceo-expallente, A. *dryophilo* aff., sed ab ejus communi expallente forma (Secr. 734) diversus umbone, lam. latis laxis, stipitis basi.

328. A. SUCCINEUS, pileo subcarnoso convexo-expanso *demum subdepresso* laevi stipiteque fistuloso arrhizo rufo-pallido (etiam basi) glaberrimis, lamellis obtuse *adnexis latis crassiusculis serrulatis* subdistantibus albidis. — *Schaeff. t.* 45 terrestris pictus! (alter in indice locus e syn.) Locis gramin. ad vias silv. frond. raro, sed gregar. Stipes 1—2 unc. l., 1—2 lin. cr., breviorum basi attenuata. Pileus uncialis, rufofuscus brunneusve expallens, margine facile fissus. Non Secr. 738, sed 650 in hujus formam saltim quadrat.

329. A. NUMMULARIUS, pileo carnosulo orbiculari planiusculo *circa umbonem obsoletum depresso laevi*, stipite e farcto cavo firmo subtorto glabro pallido apice incrassato, lamellis liberis latiusculis subdistantibus *tenuibus* albis. Aman. nummularia. *Lamark.* — *Bull. t.* 56. — *Batt. t.* 22. *A.* — Plurimis rationibus congruunt *Secr. n.* 795 (sed pileus fibrillis adpressis virgatus) et A. gratiosus *Lasch. n.* 141 (sed major, lamellis lutescentibus confertis, ut cum Secr. n. 808 comparetur), specim. haud visis plene jungere tamen non audeo. Inter folia, stipulas etc. Europae australior. aestate. Pulcher, aridus, albo-pallescens, luteo et passim rubello variegatus, habitu A. *dryophili.* Pileus $1\frac{1}{2}$ unc. et ultra. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. l. $1\frac{1}{2}$—2 lin. crassus, basi subfibrillosus. *Ag. aromaticus.* Scop. p. 432. (A. collino proximus) fungos Secret. et Laschii cum forma primaria jungit. *Vidi sicc.*

330. A. ESCULENTUS, pileo carnosulo planiusculo obtuso stipiteque *obsolete fistuloso* aequali tenaci stricto radicato *glaberrimis argillaceis*, lamellis adnatis laxis albidis. *Jacq. Coll.* 2. *t.* 14. f. 4. *S. M.* 1. *p.* 131. *Tratt. Essb. Schw t. F. Lenz. f.* 18. A. perpend. *Bull. t.* 422. *f.* 2. *Vaill. t.* 11. *f.* 16—18. Ubique in pascuis *primo vere.* Parvus, gregarius, sed semper discretus. Toto coelo diversus ab A. *dryophilo*, parum ab A. *tenacello.* Tubulus stipitis ut in A. *Myosuro* (analogo) angustissmus. Variat pileo fuscescente; A. dubius. P.! *Secr. n.* 729 videtur status morbosus.

331. A. TENACELLUS, pileo carnosulo planiuscolo subumbonato laevi glabro, stipite *anguste fistuloso* tenaci nudo *fulvente*, *radice strigosa*, lamellis emarginato-adnexis latis laxis subdistantibus niveis. *Pers. syn. p.* 387. *Ic. pict. t.* 1. *f.* 3, 4. *S. M.* 1. *p.* 131. *Weinm. R. p.* 98. A. griseus. *Schaeff. t.* 236. minor. In silvis etc. frequens, in hiemem usque persistens. Ut n. 319 ad 318, hic ad praeced. Pileus fusco-expallens, livens.

332. A. STOLONIFER, pileo carnosulo planiusculo obtuso (subdepresso) glabro, margine striatulo, stipite fistuloso aequali glabro *fuscescente, radice repente substolonifera* (parce fibrillosa), *lamellis rotundato-adnexis* ventricosis subdistantibus albidis. *Jungh*! *Linn.* 1830. *p.* 396. A. longicaudus *Schum.* A. tenacelli var. *Fries Mscr. Fl. Dan. t.* 2021. *f.* 2. — A. aridus *Lasch! l. c. n.* 533. var. videtur longe tenuior, stipite farcto $\frac{1}{4}$ lin. cr. Inter folia pinea, vere et aut., non raro. Pileus fuscus expallens. Radix saepe simplex, sed repens.

** *lam angustis, confertis.*

333. A. ACERVATUS, caespitosus, pileo carnosulo convexo-explanato demum umbonato glabro hygrophano, margine striatulo, stipite fistuloso aequali nudo rufo, basi radicato tomentoso, lamellis liberis linearibus confertissimis albido-incarnatis. *S. M.* 1. *p.* 122. A. erytrop. *γ. Alb. et Schw.* A. contortus. *Secr. n.* 736. non Bull. In pinetis montos. et boreal. ad basin trunc. abunde. Proximus A. *confluenti*, similis *Marasmio erythrop.* Stipes vero extus intusque glaber. Pileus udus incarnatus, siccus albidus. — A. *repens Bull. t.* 90, similis, sed alienus, ex ipso sq. monstrum, *funiculari* affine.

334. A. DRYOPHILUS, pileo carnosulo planiusculo *obtuso subdepresso* laevi glabro expallente, stipite eximie fistuloso glabro *rufescente aut lutescente*, lamellis sinuato-adnexis (denti-

culo subdecurrente) subliberis confertis angustis albis-pallescentibusve. *Bull. t.* 434.! optime. *S. M.* 1. *p.* 124 ubi syn. *El. p.* 18. *Sowerb. t.* 127. — *Schaeff. t.* 255. A vere in serum autumnum *vulgatissimus* in omni silva, protea indole fallacissimus. Pileus basio-rufus, lutescens, argillaceus, albus. Stipes nunc aequalis strictus, nunc basi inflatus (*Fl. Dan. t.* 2019. *f.* 2) nunc laxus decumbens tortuosus (var. *funicularis* S. M.) Lamellae var. luteae et alutaceo-cinnamomeae. (*Fl. Dan. l. c. f.* 1. *Secr. n.* 732.) — *Plures facile latent species*, sed notae parum evidentes; varios separat *Secretan;* Cfr. 1728 et sq. sed heterogena immixta; *Secr. n.* 734 (pileo albo, stipite luteo) in pinetis vulgatissima forma aestivalis.

335. A. AQUOSUS, pileo carnosulo planiusculo obtuso glabro *hygrophano*, *margine* striato, stipite fistuloso nudo rufo fulvente, basi fibrilloso, lamellis *rotundato-liberis* confertis angustis strictis albis pallidisve. *Bull. t.* 12. *S. M.* 1. *p.* 125. *Sommerf. lapp. p.* 284. *Secr. n.* 737. Inter muscos humidos. Pileus aquosus, ex ochraceo testaceove albicans. Propter *bonam auctoritatem* a priori separandus.

336. A. EXTUBERANS, pileo carnosulo convexo-expanso *umbonato* subimmutabili, margine subinflexo, stipiteque fistuloso tenui aequali stricto radicato glabris laevibus, lamellis subliberis confertis angustis albis. Bulla extuberans. *Batt. t.* 28. *f. I* («vere et autumno») A. melleus. *Secr. n.* 738. A. ocior. *Pers. Myc. Eur.* p. 151. Ad terram et truncos, vere iterumque autumno. Tenax; eumorphus, gregar. l. subcaespit. Pileus rufofuscus, badio-purpureus etc., irrigatus subviscidus. — *Secr. n.* 730, nobis haud rarus, medius inter hunc et A. *dryophilum*, pileo convexo, sed non umbonato.

237. A. EXSCULPTUS, pileo carnosulo tenaci convexo-expanso *umbilicato immutabili*, stipiteque fistuloso tenui incurvo brevi glabris, *lamellis* subliberis (denticulo decurrente) arcuatis confertissimis angustis *sulfureis*. Ad ligna vetusta Quercus, gregarius, at rariss. Itidem nuperius ab A. *dryophilo* separatus ob tenacitatem, colorem totius sulfureum, pileo saturatiori.

338. A. MACILENTUS, pileo carnosulo planiusculo obtuso laevi glabro, stipite *subtiliter fistuloso* tenaci nudo radicato lamellisque secedente-liberis confertis *linearibus luteis*. *S. M.* 1. *p.* 131. *Weinm. Ross. p.* 77. In pinetis montos. Eur. boreal. raro. Elegans, statura A. *Myosuri*, colore A. *cerini*.

339. A. Clavus, pileo carnosulo planiusculo *obtuso* laevi, stipite *farcto tenui glabro* stricto lamellisque adnexo-secedentibus liberis confertis *albis*. Linn. — *Bull. t.* 148. *A—C.*, 569. *F. Syst. Myc.* 1. *p.* 134 *Bolt. t.* 39. *B. Wahl. Suec.* — *Weinm. Ross. p.* 100. *Vaill. par t.* 11. *f.* 19—20. Ad stipites etc. raro, pumilus, pileo 2—4 lin. lato, colore aurantio-rubente micans. Omnino differt A. *acicula* s. *coccineus* Scop.

340. A. ocellatus, pileo carnosulo planiusculo laevi, *disco depresso obscuriori umbonato*, stipite subtiliter fistuloso filiformi *glabro* albido-fuscescente, basi radicato fibrilloso, lamellis adnexo-secedentibus confertis albis. *Fries Obs.* 1. *p.* 83.! *S. M. l. c.* (exclus. A. cirrhato) *Secr. n.* 743. bene. — *Bull. t.* 569. *f.* 1. *H. — P.* A. Güldenstedtii *Weinm. Ross. p.* 98. Locis graminosis in silvis, ad vias, raro sed valde insignis. Similis sed non affinis A. *cirrhato*. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. usque disco fusco, flavido etc., margine passim crenulato.

341. A. floridulus, pileo submembranaceo e campanulato-convexo-umbonatoque expanso obtuso *striatulo*, stipite subtiliter fistuloso laevi nudo pellucido albo, lamellis adnato-secedentibus confertis *roseo-pallidis. Mycena. Secr. n.* 950. h. loci videtur. Locis similibus in pinetis, rarus, elegantiss. Stipes strictus, $1\frac{1}{2}$ unc. longus. Pileus primo 3—4 lin. latus, dilute carneus, dein 5—8 lin. expallens, margine incurvo, ut *certe non Mycena.*

342. A. Michelianus, *candidus*, pileo submembranaceo conxexo-plano *obtuso*, *margine striatulo*, stipite farcto tenui stricto glabro, basi subincrassato, lamellis adnexis confertis angustis. *Fries Obs.* 2. *p.* 146. *Mich. gen. t.* 74. *f.* 3.! *Bolt. t.* 4. *f.* 2. aequo jure ad n. 216 citatur. — *Secr. n.* 747. *a* (b. differentias ab A. *cirrhato* saepe epiphyllo non video). A. epichizus. *Pers. M. E.* sub A. geophyllo! In radicibus graminum emortuis seriatim at raro. Stipes uncialis, pileus $\frac{1}{2}$ unc. firmulus.

343. A. muscigénus, *candidus*, pileo submembranaceo convexo-plano *obtuso laevi*, stipite farcto setaceo flaccido flexuoso aequali glabro, lamellis adnatis subconfertis linearibus Schum. — *Syst. M.* 1. *p.* 145. *Fl. Dan. t.* 2024. *f.* 1. *Secr. n.* 957. *Weinm. p.* 108. *Mich. t.* 73. *f* 4. Inter muscos, ad bases truncorum. Stipes uncialis. Pileus 1—2 lin. lat.

344. A. ludius, candidus, pileo membranaceo tenacello *subumbonato e convexo-plano*, *revoluto undulato-difformi* lobatoque laevi, stipite fistuloso capillari flexuoso nudo, *radice*

*repente ramosa fibrillosa*, lamellis attenuato-adnexis linearibus subdistantibus. — *Pers. M. E. n.* 475, si definiendus, *hic! junior.* Inter ramenta pinea in hortis (Laborat. Chemici Upsaliae) locis humidis valde gregarius et caespitosus. Siccus riget, sublutescit. E mycelio copioso surgit stipit. unc. et ultra, demum compresso latiori. Pileus 2—5 lin. latus, *marg. involuto!* saepe excentr., forma maxime ludens.

B. *Lamellae cinerascentes.* Hygrophanae.

IV. Tephrophanae. Color fuscus, cinerascens. — Affines ultimis Tricholomatibus et Clitocybis, sed stipes cartilagineus. Habitus s cundae sectionis subumbilicatae *Omphaliae*, primae subumbonatae *Mycenae* trivialis, sed spec. nobilissimae.

* *lamellis confertis sub-angustis.* Priores olentes. (n. 184.)

345. A. rancidus, graveolens, pileo carnosulo e convexo plano umbonato laevi tenaci, *micore albido sericello* irrorato, stipite fistuloso stricto rigido *eximie radicato glabro* lamellisque liberis confertis angustis cinereis. *S. M.* 1. *p.* 141. *Secr. n.* 656. *Weinm. Ross. p.* 104. *Wirtgen in Fl.* 1835. *p.* 312. In pinetis, vulgo ad terram, sed etiam in silv. frond. ad truncos, haud raro. Etiam Upsaliae. Nobilis, serotinus, odore farin. recent. subrancidus. Pileus plumbeo-niger, vix expallens, nitidus, epidermide diu irrigua *viscida. Varr.* plures: etiam pileo bullato, undulato.

A. *putidus* n. 184, inter hunc et sq. quasi medius, stipitis fabrica diversissimus, omnino est A. nitens. *Secr. n.* 554. B. C., a vero A. *nitente* (n. 180, *Pers. M. E. p.* 214). distinctissimus.

346. A. coracinus, graveolens, pileo carnosulo convexo-expanso subdifformi laevi *nudo hygrophano*, stipite *cavo rigido arrhizo* subcompresso, sursum albo-farinoso-squamuloso, lamellis adnexis secedentibus *vix confertis* latiusculis albido-griseis. Locis graminosis silvarum. Odor prioris. Stipes *eximie cartilagineus*, tenax, $1\frac{1}{2}$ unc. l. 2 lin., comprimendo 4 lin. crass., exoletus fragilis. Pileus fuscus, dein griseus, non sericellus, $1\frac{1}{2}$ unc. et ultra latus, circa margines subrugosus, carne alba scissili. Lam. demum venis connexae. — *Secr. n.* 657 medius quasi inter hunc et sqq., e loco epiphyllo in fagetis, ubi neutrum vidi, mutatus videtur.

347. A. Ozes, graveolens, pileo carnosulo campanulato explanato umbonato *nudo glabro hygrophano, margine striato,*

stipite e *medullato fistuloso striatulo gracili fragili* subflexuoso apice farinaceo, lamellis adfixis confertis subventricosis e cinereo olivaceo-fuligineis. Supra acus *Pini silvestris* Smolandiae, serotin. Odor prior. Pil. unc. et ultra, udus cinereo-fuscus; siccus fusco-argillaceo-pallens, laevis. Stipes $2\frac{1}{2}$—4 unc. l., lineam cr. concolor, basi subatten. Toto formae typo lamellisque neutiquam in coni fundo attenuato-insertis differt n. 263.

348. A. MEPHITICUS, graveolens, pileo carnosulo convexo-plano subumbonato laevi *adpresse innato-sericeo*, *stipite filiformi obsolete fistuloso tenaci cinereo* floccis albis pruinato-velutino, basi mycelio albo-lanato, lamellis obtuse adfixis secedentibus confertis albidis. Supra ramulos et folia Abietis, Upsaliae raro. Odor priorum, sed longe minor. Stipes uncialis, $\frac{1}{2}$ lin. crassus; longiorum tenuior flaccidus. Pileus $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}$ unc. l., siccus, cano-albescens, fere A. *hirneoli* facie.

349. A. INOLENS, inodorus, pileo carnosulo e campanulato-convexo expanso rigido umbonato glabro hygrophano opaco, margine striatulo, stipite e farcto fistuloso rigido *undulato basi albo-strigoso*, apice albo-squamuloso, lamellis adnexis secedentibus confertis albido-griseis. *Weinm. n.* 183. *Pers. M. E. n.* 382. (vetustus, lam. cinereis!) *non Secr.* In pinet. camp., passim Upsaliae. *Inodorus!*, lividus. Stipes 2—3 unc. l., 1—$1\frac{1}{2}$ lin. cr. sed compressus 3 lin. latus. Pileus 1—2 unc. l., saepe repando-inaequalis, lividus, siccus sericello-alutaceo-pallens.

350. A. PLEXIPES, inodorus, pileo submembranaceo campanulato *subrugoso striatulo glabro*, stipite fistuloso aequali tenaci, *fibris implexis sericeo-fibroso*, basi praemorso-radicata, lamellis liberis subconfertis albis glaucescentibus. *S. M.* 1. *p.* 146. (non Secr. qui potius n. 347). *Fl. Dan. t.* 2023. *f.* 2. habitum non bene exprimit. In fagetis, circa truncos. Distinctiss., prorsus *inodorus!*, firmus, Mycenis rigidipedibus valde similis, non affinis, sed n. 308. Pileus primo nigricans, ad marginem subalbicans, dein fuligineo-lividus.

351. A. FULIGINARIUS, inodorus, pileo submembranaceo e campanulato expanso striatulo molli *fuligine flocculosa nigra detersili consperso*, stipite brevi arrhizo *flocculoso* concolori, lamellis attenuato-subliberis angustis confertis candidis, glaucescentibus. *Batsch. f.* 40 ex *Weinm. Ross. p.* 108. A. plexipes b. *S. M.* A. sericellus. *Pers. Syn. p.* 358, nulli melius convenit. Cfr. *Secr. n.* 926. Ad truncos et terram

raro, admodum pusillus. Odor et sapor nullus. Pileus ater indumento deterso siccusque fuscus. *Non vidi*, an potius Mycena?

352. A. AMBUSTUS, inodorus, pileo submembranaceo convexo-plano *papillato striatulo glabro* hygrophano, stipite *subfarcto* brevi e pruinato glabrescente tenaci livido, lamellis adnatis confertis lanceolatis albofuscescentibus. *S. M.* 1. *p.* 157. Ad terram deustam Smoland. frequens. Pusillus, tenax, totus fuligineus; pileo obscuriori, primo laevi fusco, *margine involuto!* (hinc non Mycena), demum livido striatulo subdepresso. Stipes junior flocculoso-pruinosus. — A. anthracophilus *Lasch.! Linn. n.* 534 tota historia et facie convenit, sed lamellis distantibus (ut in A. *atrato*) differre dicitur, et *vetustus*, ex Auct. litt., odore rancidus.

** Lamellis perlatis, plus minus distantibus. *Subinodori.* (n. 289).

353. A. LACERATUS, pileo carnoso-membranaceo campanulato subretuso *udo fusco-virgato*, stipite e farcto cavo firmo torto fibroso-striato apice floccoso-pruinoso demum compresso, lamellis adnexis distantibus latis crassis albo-griseis. *Lasch! in litt.* nec obstat *Scop. p.* 439. Ag. *Secr. n.* 758 (excl. syn. ficto)—? b. major, pileo squamul. A. microlepideus *Pers. Myc. Eur. n.* 348. In humo pinetorum, circa truncos etc. subcaespitos. Pileus 1½ unc., fuligin., demum expallens, rimosus cum stipite 2—4 unc. long. nitidulus. *Heteroclitus* inter Collybias; sed A. *platyphyllo* affinis. *Vidi siccum.*

354. A. MURINUS, pileo carnosulo e campanulato-convexo expanso *umbilicato glabro dein subsquamuloso rugulosove* expallente, stipite cavo cylindrico arrhizo, lamellis leviter adnexis latis subdistantibus albis sordide pallentibus. *Batsch f.* 19. (quatenus Leucosp.) *Fries Obs.* 2. *p.* 115. A. subacidus. *Pers. Myc. Eur. p.* 349 essential. non differt.; nec — b. *minor*, lamellis arcuato-adnexis. *Lasch! n.* 528. Locis silvaticis ad terram. Pileus tenacellus, fusco-brunneus, pallescens. Stipes adcuratius adspectus subfibrillosus, immo apice flocculosus, sed glabrescens.

355. A. PROTRACTUS, pileo submembranaceo convexo-plano *nitido*, *disco carnoso depresso subpapillato* obscuriori, margine striato, stipite obsolete fistuloso laevi *glabro* griseo, *radice longa fibrilloso-strigosa*, lamellis adfixis ventricosis latissimis griseis subtiliter albo-pruinosis. A. leptorhizus a. (nec *) *Myc. Eur. n.* 441. nil obstat. In pinetis Sueciae etc. ad terram. Stipes 3 unc. l. et ultra, lin. cr. Pileus griseo-

fuscus, vix uncialis. Lamellae oblique ovatae, 3 lin. latae et ultra, hinc subconfertae. *Vix olidus*, an 349 valde diversus.

356. A. CLUSILIS, pileo submembranaceo hemisphaerico expanso umbilicato *glabro* hygrophano, margine rotundato-inflexo striatulo, stipite e floccoso-farcto fistuloso glabro flexili arrhizo, lamellis *subarcuato-adfixis* latis *semicircularibus* planis albo-pallescentibus. A. umbilicat. *Bull. t.* 411. *f.* 2.!—b minor. Inter Hypna: a. circa Upsaliam in silvis raro: b. in Smol. pratis post largas pluvias freq. Sti es mollis, politus tamen et cartilagineus, livido-pallens, 1½—2 unc. l., 1 lin. cr. basi albo-villosus. Pileus lentiformi-globosus, ½—1 unc. latus, e livido expallens. Lam. confertae denticulo decurrunt, et sic ad Omphalias accedit. *Secr. n.* 1007. magnit. recedit.

357. A. EROSUS, pileo submembranaceo hemisphaerico-expanso *striato hygrophano, sicco sericello*, stipite e flocculoso-farcto fistuloso nudo glabro fragili, basi compresso, lamellisque *latis emarginatis* denticulo adnexis latis (hinc subconfertis) albido-griseis. *S. M.* 1. *p.* 145. *Secr. n* 647. In pinetis densis. Stipes gracilis, 3 unc. Pileus ex subumbonato depressus, uncialis, griseus. siccus laevigatus opacus canus, ad A. *metatum* n. 403 accedens.

358. A. ATRATUS, pileo carnosulo plano-depresso umbilicato laevissimo glabro nitente, margine convexo, stipite farcto tenaci curto laevi glabro extus intusque fusco, lamellis adnatis latiusculis griseo-albidis. *S. M.* 1. *p.* 168. *Alb. S n.* 654. *Wein. p.* 87. Ad terram apricam, serotin. Distinctis-imus, si quis in medio inter Collybias et Omphalias positus. Stipes 1 unc. l., 1—2 lin. crass. Pil. orbicul., unc. piceoater, siccus fuscus.

359. A. TYLICOLOR, pileo carnosulo convexo plano subumbonato laevi glabro, stipite fistuloso aequali laevi pulverulento lamellisque liberis distantibus planis griseis. *S. M.* 1. *p.* 132. A. spodochrous. *P. M. Eur.* In nemoribus frondosis, raro. Parvus, totus cinereus, stipite unc., pil. ½ unc.

? 360. A. REDUCTUS, pileo carnosulo e campanulato-convexo plano laevi expallente (sericello), stipite subfistuloso aequali firmo laevi sursum albo-pulverulento, basi albo-villoso, lamellis adfixis subdistantibus *luteo-olivaceo-cinerascentibus*, acie inaequalibus. *S. M.* 1. *p.* 133. — *Secr. n.* 841? b. minor, lamellis admodum confertis. *Secr. l. c. B.* Supra folia locis humidis raro. Colore peculiari *obscuro virente-luteo subolivaceo* difficilis descriptu, facilis distinctu, sed spo-

ridia secedentia non vidi, hinc *series dubia.* — Varr. a. b. differunt ut 352 a. b, utraque a tribu aberrat.

VII. MYCENA (S. M. 1. p. 140). Stipes fistulosus, *cartilagineus.* Pileus submembranaceus, plus minus striatus, primitus conico-l. parabolico-cylindricus *ob marginem primitus rectum stipitem, sursum attenuatum, amplectentem l. parallelo-adpressum.* Lamellae haud decurrentes (tantum denticulo uncinato). *Epiphyti l. radicati, graciles, subcampanulati vix umbilicati.*

Habitu mox distincta tribus, sed character essentialis a Collybiis latuit, qui positus in *margine pilei primitus non involuto,* quare pileus (ut in tenerrimis Collybiis quoque) non primitus dilatatus. Species, sensu latiori sumtae, *nobilissimae,* determinatu et recognitu facillimae, at si e *colore staturaque mutabilibus* protei v. c. A. *purus, elegans, alcalinus, galericulatus, epipterygius* e. s. p. in decades specierum et ultra solvantur, nullus specierum finis neque ulli limites palpabiles. — Statura eadem redit inter Marasmios, ad quos referendus A. *alliaceus,* de quorum differentia sub Collybiis disseruimus. *Omphaliae Mycenariae,* artificiose separatae, lamellis vere decurrentibus, stipite sursum in pileum ampliato pileoque *saepius* umbilicato tantum recedunt.

I. Calodontes. Stipes exsuccus, nec in orbem basi dilatatus. *Lamellarum acies obscurior* subdenticulata, qua nota ab omnibus differunt, excepto n. 425, cujus stipes lactescit. *Longe nobilissimae species!*

361. A. pelianthinus, pileo subcarnoso convexo-expanso obtuso udo hygrophano, margine striato, stipite firmo sursum fibrilloso-striato aequali pallido, lamellis emarginato-adnexis eleganter reticulato-connexis *atroviolaceis acie nigrodentatis. S. M.* 1. *p.* 110. *Pers. Myc. E. p.* 229. *Batt. t.* 19. *f. F.* A. denticul. *Bolt. t.* 4. *f.* 1. A. purus. *Secr. n.* 859. — b. gracilior. *Fl. Dan. t.* 1911. *f.* 1, quae A. quadrifarius *Schum.* vix differt. In fagetis, quercetis passim. *Nobilissimus,* major sed inter Collybias et Mycenas ambiguus, sat firmus. Color exsiccati in pileo albicans, lam. vero obscurior.

362. A. balaninus, pileo carnosulo convexo-plano sicco glabro, humido striato, stipite striato villoso-radicato superne squamuloso, lamellis adnato-secedentibus reticulato-connexis *rubellis, acie nigro-purpureis. Berk. in Hook. Brit.* 3, ex quo *Lasch! in Linn. IV. p.* 550. (Leucosporum per litt. Lasch.

monuit; A. *denticulatus* Schum. magis recedit, mihi ignotus.) In nemoribus humidis, cum proximis in vivo comparandus (*siccum* tantum vidi). Minor, firmus, priori affinis at distinctus *Berk.* in litt. Cfr. *Hook. Brit.* Ad *spec. sicca* rite describere non valeo.

363. A. CRENULATUS, pileo carnosulo hemisphaerico-campanulato umbonato udo, margine striato-sulcato crenato, stipite laevi glabro basi attenuato-flexuoso, lamellis angulo obtuso adnexis *pallidioribus acie crenulatis*. *Schum. p.* 293. *S. M. l. c.* Ad terram in pinetis raro. Stipes firmus, 3—4 unc. long. Pileo lamellis obscuriori, badio-purpurascente, a prioribus mox distinctus.

368. A. PRISTOIDES, pileo carnosulo campanulato obtuso udo stipiteque rigido laevibus glabris, basi incrassata strigosa, lamellis postice attenuatis dente decurrente reticulato-connexis *albidis*, *rubro-fuscove dentatis*. *S. M.* 1. *p.* 113. Ad truncos Pini. Firmulus, pileo $\frac{1}{2}$ unc. lato expallente. A. *marginellus* P. aliis notis huic, aliis gravioribus sq. propior, ad sq. refero ne nomen pereat.

365. A. MARGINELLUS, pileo carnosulo campanulato, umbone glaberrimo obscuriori excepto, striatulo stipiteque laevi subtomentoso-radicato *subcoeruleo-flocccoso-pubescentibus*, lamellis leviter adnexis distantibus latiusculis *albidis acie flocculis obscuris* fimbriatis. *Pers. syn. p.* 309? *S M. l. c.* A. multiplex *Lasch*! Ad truncos Pini Sept. Oct., mihi vivus haud obvius, Markiae ex *Lasch* frequ. Pileus 3—4 lin. lat., non viscidus, junior subfuscus; dein ambitu cum stipite et flocculis albido et *quovis fere* colore ludens. Lamellae albae vel cinereae, flocculis vulgo coeruleis rubrisve appendiculatae. Tenuis, mirabilis spec.

366. A. AURANTIO-MARGINATUS, pileo carnosulo campanulato-expanso subumbonato laevi, stipite laevi glabro basi ventricoso strigoso, lamellis ventricosis attenuato-adnexis *virescenti-pallidis*, *acie aurantio-floccosis* penicillatis. *S. M.* 1. *p.* 113. *Fl. Dan. t.* 1292. f. 2. In pinetis raro. Sq. major, carnosior. Pileus obscurus.

367. A. ELEGANS, pileo submembranaceo campanulato striato subumbonato, stipite laevi aequali rigido basi floccoso-fibrilloso, lamellis linearibus adnatis lividis albidisve, *acie crocea* integra. *Pers. syn. p.* 391. *S. M.* 1. *p.* 149 c. syn. *Fl. Dan. t.* 2024. *f.* 2. *Weinm. p.* 112. In pinetis frequens.

Minor, pileô sublivido, lamellarum coloris intensitate varius, hinc *Secr. n.* 901—907 merae variet. (non vero h. l. veri A. *crocatus*, *cimmerius*, *chloranthus*).

368. A. AVENACEUS, pileo membranaceo campanulato obtuso striatulo, stipite laevi glabro *exsucco* fragili basi fibrilloso, lamellis adnatis linearibus candidis, *acie fusca*. *S. M.* 1. *p.* 150. *Secr. n.* 944 (aciem silet!) In fagetis umbrosis. Sparsus, sat elatus, strictus pileo fuscescente.

369. A. ATROMARGINATUS, pileo membranaceo conico-expanso obtuso sulcato viscidulo, stipite procero striato opaco glabro, lamellis attenuato-adnexis angustis albis canisve, *acie tenuissima nigra*. a. solitarius, terrestris. b. caespitosus, firmior, truncigenus. *Lasch Linn. n.* 181. (non vidi; sed vix differt). In pinetis valde serotinus; a. pluries Upsaliae legi sub duplici forma, altera elata, demum fragillima, stipite 3—4 unc. l., lin. cr. cinereo-fusco, pileo $1\frac{1}{2}$ unc. alto et lato, lamellis e cano obsolete carneis; altera tenuior, stipite gracili fusco-purpureo, pileo purpurascenti-fusco margine tantum striato, lam. albis. Nulli rite affinis, b. A. *janthinum* refert.

370. A. RUBRO-MARGINATUS, pileo submembranaceo campanulato obtuso striato hygrophano, stipite rigido laevi exsucco, lamellis adnatis distantibus albidis *purpureo* - (dein fusco-) *marginatis*. *S. M.* 1. *p.* 150 cum syn. *Secr. n.* 911. Var. *fuscopurpurea* Lasch. Linn. n. 544. Locis subhumidis ad ligna, stipulas. Minor, subfragilis, varie livido-rubescens.

371. A. STROBILINUS, *coccineus*, pileo carnosulo campanulato, umbone acuto laevi, margine striato, stipite rigido exsucco laevi albostrigoso, lamellis adnatis, acie *obscure sanguineis*. *S. M.* 1 *p.* 150. c. syn. *Fl. Dan. t.* 2025. *f.* 1. — *Sow. t.* 197 ad Pini conos! In fagetis inter folia nos legimus paucis locis abundantem. Nitidus, subfascicularis, colore persistente.

372. A. ROSELLUS, *roseus*, pileo membranaceo hemisphaerico obtuse umbonato striato, stipite tenui molli exsucco, basi albo-fibrilloso, lamellis adnatis *acie obscurioribus*. *S. M. l. c.* *Pers. M. E. n.* 414. *Weinm. Ross. p.* 113, 664. *Fl. Dan. t.* 2025. *f.* 2. A. roseus. *Pers. Syn. t.* 5. *f.* 3. *Secr. n.* 908. In pinetis copiose. Pulchellus, laxe gregarius, expallens.

II. ADONIDEAE. Stipes exsuccus, nec in orbem dilatatus. *Lamellae unicolores:* nec acie discolores, neque decolo-

rantes. *Color purus, laetus, nec fuscescens* l. *cinerascens. Simplices, terrestres* (exc. n. 382) caute a variet. albis et coloratis *Rigidipedium* separandi, sed horum lamellae ex albo pallescunt. [422 b.]

373. A. PURUS, olidus, pileo carnosulo campanulato-expanso obtuse umbonato glabro expallente, margine striato, stipite rigido laevi subnudo basi villoso, lamellis late *sinuato-adnexis latissimis reticulato-connexis* pallidioribus. *Pers. syn. p.* 339. *S. M.* 1. *p.* 151. *Weinm. p.* 113. *Paulet t.* 119. *Fl. Dan. t.* 1612, 1673. *f.* 1. roseus. *Batsch. f.* 20. A. collinus (!!) *Larbr. t.* 13. *f.* 4. *Bull. t.* 507. *Schaeff. t.* 303 (quatenus Leucosporus) *Vaill. par. p.* 67. *n.* 46. Vulgatissimus Odor Raphani. Sat tenax, statura et colore infinite ludens, plerumque roseus, lilacinus, caesius, pallidus, sed etiam totus candidus et albus pileo luteo. *H. l. Secr. n.* 856. —858, 860—865.

374. A. ZEPHIRUS, pileo carnosulo campanulato-convexo expanso obtuso, margine striato, stipite striatulo *squamuloso* lilacino-rufescente, basi lanato, lamellis attenuato-adnatis late linearibus vage venoso-connexis albis. *S. M.* 1. *p.* 147. c. syn. *Secr. n.* 952. (odore quidem recedit Raphani sed Auctor me odore pollet). In pinetis, hortis Europae saltim borealis ubique. Priori similis, *at non affinis*! potius A. *atroalbo.* Odor obsoletus, mihi indifferens. Firmulus, sed fragilis, pileo unciali, albo-incarnato subdiscoideo maculatove, livido-roseo e. s. p. Lamellae haud *reticulo definito* junctae!

Obs. A. IRIS Berkel. n. insignis spec. in *Hook. Brit.* 3., opere nondum viso.

375. A. ADONIS, pileo membranaceo conico-campanulato glabro laeviusculo, stipite tenui laevi glabro, lamellis uncinato-adnexis linearibus angustis roseo-albis candidisve. *Bull. t.* 560. *f.* 2. *S. M.* 1. *p.* 152. *Weinm. Ross. p.* 114. *Secr. n.* 909. In silvis gregarius; pileus ½ unc. albus, lutescens, roseus — etiam ex Bull. viridis (A. viridulus *P. M. E. p.* 261. *Secr. n.* 913), nisi ob pileum striatum potius sq. sit.

376. A. CHLORANTUS, pileo membranaceo cucullato-campanulato obtuso udo *striato* (*viridi*), stipite brevi glabro virente, lamellis sinuato-adnexis subventricosis albis. *Fries Obs.* 2. *p.* 156. *t.* 5. *f.* 2. *Dub. Gall.* 2. *p.* 827. *Fl. Dan. t.* 1614. *f.* 2. non Secr. Locis graminosis. Parvus, stipite unciali, pileo virente, interdum caesio-albido (*Pers. M. E. n.* 468 forte).

*f.* 2. — adhuc tenuior: A. acicola *Iungh. Linn. t.* 6. *f.* 3. (forte inter Basipedes segregandus). Supra acus Pini, Iuniperi. Semper lacteus.

582. A. GYPSEUS, fragilis, pileo tenue membranaceo conico-campanulato ad umbonem striato, stipite stricto a basi hirta sursum attenuato glabro lamellisque subdistantibus *postice attenuato-adnexis* subuncinatis *antice latioribus* albis. A. fistulosus. *Bull. t.* 563. *f.* 4. optime, sed etiam simplex. A. ochraceus *Pers. M. E. n.* 459. *Mich. t.* 73. *f.* 5. A. leucopilus. *Pers. l. c. n.* 467. *Secr. n.* 879 quoad syn. Bull. — Subcaespitosus ad truncos, solitarius ad terram. A *Rigidipedibus* colore et fragilitate differt. Color hyalino-albus. sed pileus saepe disco l. totus ochraceus. Stipes 3 unc. long.

A praecedentibus omnino differt *Mich. gen. t.* 78. *f.* 3. caespitosa, *stipite luteo, pileo lamellisque roseis,* sed Mycenam esse non liquet.

583. A. DISCRETUS, pileo tenerrimo conico *umbonato* densissime striato, stipite cavo ventricoso glabro, lamellis liberis *callo a stipite discretis remotisque* confertis albis. *Fr. El.* 1. *p.* 20. Insula St. Crucis. Totus albidus, major, solitarius.

584. A. BENZONII, pileo tenerrimo campanulato *subumbilicato* striatulo, stipite fistuloso aequali glabro, lamellis *liberis approximatis* albis. *Fr. l. c.* Cum priori. Subcaespitosus, pileo albo-fuscescente. Hic et prior *tribum propriam* a Mycenis diversam hymenophoro a stipite discreto, pileo (absque propria membrana) e lamellis, tenerrimorum Coprinorum more, junctis (at non hiascente) tantum formato, indicant.

III. RIGIDIPEDES. Stipes firmus, *rigidus*, subtenax, exsuccus, basi valide substrigoso-radicatus. Lamellae *decolorantes*, ex albo griseae, rubentes l. pallescentes, *demum venis connexae.* Pileus immutabilis l. expallens, non hygrophanus. *Tenaces, persistentes, inodori, normaliter lignatiles et valde caespitosi,* sed occurrunt simul individua solitaria et terrestria.

Grex maxime naturalis, A. *galericulato* in S. M. 1. p. 143. ex maxima parte subscripta. Plures certissime separandae species, quando *genuini* characteres indicari possunt, sed color praecipue stipitis maxime fallax in plerisque, licet in aliis constans et magnitudo maxime varia! in eodem caespite. Periculum feci; sed *examine novo comprobandae.* Cfr. A. *galericulati* Secr. n. 866—886, additis simul aliis apud eundem.

— Huc facile quaeres Collybias quasdam *tephrophanas*, praec. n. 350.

385. A. cohaerens, pileo carnosulo e campanulato expanso obsolete umbonato *velutino-molli* (fulvo-cinnamomeo) expallente, stipite *corneo* rigidissimo laevi glabro nitido badio sursum pallido, lamellis *liberis* distantibus subvenoso-connexis albo-luteo-pallescentibus. *Alb. et Schwein.*! *p.* 163. *S. M. p.* 253 nondum visus. *Secr. n.* 880. nec alius exstat, cui *Pers. syn. p.* 306. A. rigidus *Lasch*! *Linn. n.* 531. A. Ceratopus. *Pers. Myc. Eur. n.* 214. In nemoribus frondosis inter folia; sed etiam ad truncos: a me in Kongsparken Upsaliae in trunco abiegno semel fasciculatus lectus! *Nobilissimus*, habitu Marasmii v. c. *M. alliacei*, sed lamellis A. galericulato proximus. Stipes radicatus, basi spadiceus, villo albo, heterogeneo quasi, cum vicinis copulatus. Pileus *adspectu* velutinus, primo laevis, dein humidus striatus expallensque.

386. A. raeborhizus, pileo submembranaceo ex acute campanulato expanso sicco *glabro striato* (*subfulvo, pallenteve*), stipite tenaci radicato *laevi floccoso-pruinoso* pallido fulventeque, lamellis *subliberis* leviter distantibus albo-pallescentibus, demum venoso-connexis. *Lasch! l. c. n.* 539. Circa truncos Alni, Carpini. Proximis tenuior, subnitidus; in specc. ab inventore missis stipes fulvescit.

387. A. proliferus, pileo carnosulo campanulato-expanso sicco; umbone lato obscuriori, margine demum sulcato (gilvo l. alutaceo-fuscescente), stipite firmo rigido *glabro nitido striatulo* radicato, lamellis adnexis subdistinctis albo-pallescentibus. Noster fungus variis notis jungere videtur *Sow. t.* 169, A. areolarum *Pers. M. E. n.* 424. (cui hic *Vaill. t.* 12. *f.* 3, 4) etc. *Secr. n.* 870, ex quo demum pruinatus, *nota inconstans*! neutri ex omni parte vero respondens. Iuxta areolas ligneas in horto dense caesp. legi. Inodorus, demum tantum nauseosus. Stipes pallidus sursum livescens, basi e fulvello badius. Pileus primo laevis, expansus sulcatus l. siccitate fissus.

388. A. excisus, pileo campanulato-convexo, disco carnosulo subumbonato *ruguloso* (spadiceo, subfusco), stipite firmo tenaci radicato *laevi fuscescente*, lamellis ventricosis crassis distantibus venoso-connexis canis, postice *exciso-angustatis* subliberis. *Lasch! n.* 538. Forte *Secr. n.* 869. Ad truncos v. c. Pini caespitosus; ad terram etiam legimus solitarium, pileo umbone obscuriori rugoso,

ceterum membranaceo striato spadiceo lamellis subdistinctis glaucis, postice longissime maxime angustatis, denticulo tamen in stipite uncinatis.

* A. *fagetorum*, gracilior, tenuior, pileo laevi ad medium striato, stipite basi subincurvo villo foliis adglutinato, lamellis postice attenuato subliberis uncinatisque in collarium junctis. A. galeric. epiphyll. *S. M. p.* 144 in Obs. — *Secr. n.* 942. Ad folia Fagi, caespit. aut vulgo simplex. Plures tales (forsan a variis ortas?) olim in Suec. meridion. descripsi formas, Upsaliae non obvias, ut plenius observem. Alia e livido albescens, lamellis albis; alia fuliginea, lamellis glaucis.

389. A. RUGOSUS, pileo subcarnosulo campanulato-expanso tenaci *sicco rugis elevatis inaequabili* (cinereo pallescente), stipite firmo tenaci laevi glabro pallido, radice brevi obliqua strigosa, *lamellis arcuato-adnatis* uncinatis venoso-connexis subdistantibus albo-cinereis. *Bull. t.* 518. *f. K. M.* Ad et juxta truncos arborum frondosarum, saepius simplex, major, nobis pervulgatus. Stipes brevis, crassiusculus, rectus, demum compressus. Pileus subobtusus medio ut sqq. carnosulus, cum a rugis totus non obtectus ad medium striatus. Lamellae ventricosae integrae l. acie concolori serratae. A. galeric. *Krombh. t.* 1 *f.* 31 subsimilis pube differt, et potiss. A. *longipedis* status (n. 286).

390. A. SUDORUS, pileo submembranaceo convexo umbonato striato *viscoso*, stipite firmo radicato laevi sicco glabriusculo, lamellis *obtuse et edentulo-adnatis* crassiusculis subdistantibus ex albo subcarneis. *S. M.* 1. *p.* 156. *Obs. post.* 46. Ad truncos Fagi, rariss. Vulgo solitarius, major, totus albus visus. Stipes praelongus, radice longa, praemorsa, glabra, (an semper?). Pileus uncialis, *diaphanus*, saepe irregularis, non rugosus. Lamellae latae primo distinctae.

391. A. GALERICULATUS, pileo submembranaceo e conico-campanulato expanso ad umbonem striato sicco glabro (livido-fuscescente l. versicolori), stipite rigido *polito laevi glabro*, basi fusiformi-radicato, lamellis *adnatis dente decurrente* venoso-connexis albidis incarnatisque. *Scop. Carn. p.* 455. *Schaeff. t.* 52. *Bull. t.* 518. *f. C. D.—E.* (pileo stipiteque ferrugineo-rubris) *Weinm. Ross. p.* 105. *Hoffm. en. t.* 4. *f.* 1. *Paul. t.* 122. *f.* 7 (f. 8 odore recedit) A. galericul. plurr. *Secr.* Vulgatus ad truncos et maxime proteus, caespitibus plerumque stipatis. Non ita tenax et lentus ut n. 389. Sti-

piles subadscendentes, basi tomentosi radicati, colore albido, livido-fuscescente, fulvo, spadiceo etc. (e succo ligni?) varii. Varr. numerosissimae: A. *aestivus* Pers. major, solitaria, terrestris, pileo rugoso-striato. Forma subterranea: *Buxb. C.* 4. 13. *f.* 1. *Hoffm. subt. t.* 3.

392. A. POLYGRAMMUS, pileo submembranaceo conico-campanulato subumbonato sicco striato, stipite rigido tenaci *toto longitudinaliter sulcato-striato splendente* strigoso-radicato, lamellis postice attenuatis (liberis uncinatisve) albidis carneisve. *Bull. t.* 395 optime! *S. M* 1. *p.* 146. cum syn. *Sowerb. t.* 222 (minus adaequata). *Fl. Dan. t.* 1615. *f.* 1. 1498. *Batsch f.* 85. infantilis. A chloroticus. *Jungh. Linn. V. t.* 7. *f.* 1. Ad truncos frequens, simplex l. caespitos. Color fuscus, cinereus, flavescens, caerulescens idque praecipue in stipite. Variat totus *amoene candidus.* (Tres spec. ex hoc distingit *Secr. n.* 882—884.)

393. A. INCLINATUS, pileo submembranaceo e globoso-cernuo campanulato obtuso sicco ad medium striato (undique fuscescente,) margine primitus denticulato, stipite rigido tortuoso *sursum interrupte striato pruinato-fibrilloso*, lamellis simpliciter adnatis confertis distinctis mollibus albidis basi griseis. *Batt. t.* 27. *A. Hypoph. spadic. Paul t.* 110. *f.* 2. Ad truncos arb. frond. sat frequ., aut. seriori, dense caespitosus. Proximis medius sed bene distinctus! Stipes subflexuosus, albidus, fuscesc. fulvesc., minus tenax, quia inter digitos pressus in fibras longitudinaliter solvitur, apice primo incurvus, hinc pileus junior cernuus, margine incurvo (sed non involuto) demum vertice depressus, raro gibbus.

394. A. PARABOLICUS, pileo submembranaceo ex ovali-erecto parabolico obtuso discoideo expallente, ad medium striato, margine integro albicante, stipite rigido laevi glabro concolori basi strigoso tumido praemorso-radicato, lamellis simpliciter adnatis adscendentibus subdistinctis albicantibus. *Alb. et Schw. p.* 191. optime — *Secr. n.* 922. — *Sowerb. t.* 165. (pileo pallido). A. galeric. E. *Pers. M. E.* huic quoque accedunt. Ad truncos, praecipue pineos, autumno seriori per hiemem persistens, caespitosus, nobis rar.; basi barba nigricante. Stipes e coeruleo-nigricante pallet, rectus, saepius elongatus. Pileus numquam expansus, disco niger, versus marginem albicantem livido-coerulescens.

305. A. TINTINABULUM, pileo submembranaceo campanulato-convexo subobtuso laevigato unicolori (vario), udo

*viscido*, stipite rigido tenaci laevi glabro pallido strigoso-radicato, lamellis *dente decurrentibus confertis* planis tenuibus albidis. Hypoph. *Paul. t.* 111. *f.* 4. (pileo coeruleo) A. galeric. hiemalis. *Lasch! n.* 535. optime. Ad truncos frondosos, Fagi etc., per hiemem, etiam congelatus, persistens. Minor, tenax, haud rugosus, colore maxime varius, coerulescens, gilvofuscus, albidus, plerumque spadiceus. Lamellae pallescunt siccitate subincarnatae.

396. A. LAEVIGATUS, pileo carnosulo hemisphaerico-expanso obtuso udo striatulo, sicco laevigato (*albo!*) pallescente, stipite rigido *laevi glabro lubrico* strigoso-radicato, lamellis dente decurrentibus confertis distinctis postice collariato-junctis ex albo pallescentibus. *Lasch! n.* 186. A. cucullatus. *Fries Obs.* 2. *p.* 147. (Pers. ipso ut e Myc. Eur. patet dubius) non ipse A. galeric. b. S M., cui subsumtus. — *Secr. n.* 953. Copiose in pinetis udis, montosis ad truncos aestate. *Constanter albus*, sed ab A. *galericulato*, *rugoso* ceterisque albis variis caute distinguatur lamellis, pileo magis convexo laeviori, stipite minus tenaci, udo lubrico, non viscido.

IV. FRAGILIPEDES. Stipes *fragilis*, siccus, exsuccus, basi fibrillosus, vix radicans; non vero dilatatus s. insititius. Pileus hygrophanus. Lamellae *decolorantes*, demum venis subconnexae. *Tenuiores*, *fragiles*, *saepe molles*, *vulgo olidi*, *normaliter simplices et terrestres*, *pauci* (graveolentes vero) *lignatiles et caespitosi.*

397. A. ATROALBUS, firmulus, pileo carnosulo obtuse campanulato laevi glabro opaco (fusco), circa marginem albicantem striatulo, stipite *stricto nitido bicolori*, *radice bulboso-tumida* hirta, lamellis attenuato-subliberis ventricosis albis. *Bolt. t.* 137. *S. M.* 1. *p.* 141. *Secr. n.* 921. *Myc. Eur.* 426 excl. $\beta$. A. rhizogeus. *Ib. n.* 425 (pileo minori). Ad terram. Major, simplex, stipite apice obscuriori. *Similis n.* 350, affinis *n.* 394. — Var. *minor*, stipite apice pruinato ut 3 sqq. sed non constans est. A. *atrocoeruleus Desmaz.*

398. A. DISSILIENS, fragillimus, pileo submembranaceo conico-campanulato obtuso ad medium lineato-plicato, stipite attenuato *subincurvo striatulo cinereo obscuro*, *basi strigoso*, lamellis rotundatis secedente-liberis latis mollibus albidis basi griseis. A. pseudoclyp. *Bolt. t.* 154! A. metatus. *Secr. n.* 938. *Mich. gen. t.* 79. *f.* 5. *Paul. t.* 122. *f.* 8? Ad truncos et terram inter quisquil. exeunte aestate, subcaespit. Olidus, sed non nitrosus.

Stipes brevis, crassus, compressus in *lacinias elastice revolutas dissilit.* Pileus cinereo-fuscus, margine demum sursum reflexo pallidiori; reticulo — et micore albido in umbrosis obductus. *Batsch. f.* 86 certe hujus pusio l. sq. infans decolor.

399. A. ATROCYANEUS, fragilis, inodorus, pileo membranaceo campanulato-convexo sulcato polline alba detersili tecto, umbone difformi obtuso, stipite stricto (vix ½ l.) *filiformi* glabro *atrocyaneo*, basi villosa bulbillosa nuda, lamellis attenuato-adnexis lanceolatis distantibus albidis. *Batsch f.* 87 (pusio infans) *S. M.* 1. *p.* 147. Ad terram, supra acus pini etc. raro. Pileus 3—5 lin. latus unicolor, e fusco griseo-coerulescens. Lam. postice collariato-junctae. Praec. duo affines. Idem *P. M. E. n.* 442, nisi var. pruinosa praec. l. n. 394.

400. A. LEPTOCEPHALUS, fragilis, *graveolens*, *pileo* submembranaceo campanulato-expanso repando umbonato *sulcato pruinoso opaco*, stipite aequali striatulo opaco sicco, lamellis emarginatis albo-cinereis. *Pers. ic. et descr. t.* 14. *f.* 4. *Fries. Obs.* 1. *p.* 31. *Secr. n.* 898. Ad truncos et terram rariss. *Cinereus*, solitarius, odore nitroso. Meo sensu sq. forma abnormis (Cfr. S. M.) sed n. 400: 399:: 401: 398 et 402: 397.

401. A. ALCALINUS, rigido-fragilis, *graveolens*, pileo submembranaceo campanulato *obtuso nudo profunde striato* udo, *sicco nitido*, stipite glabro sublubrico nitido basi villoso, lamellis adnatis subdistantibus albo-glaucescentibus. *S. M.* 1. *p.* 142. *Weinm. Ross. p.* 105, *Wirtgen. in Fl.* 1835. *p.* 313. A. sulphur. *Scop.* — *Schaeff. t.* 31, 32 hunc potius, quam similem A. epipteryg. sistunt! Ad truncos *subcaespit.*, folia etc. [non vere terrestris ut sq] in his terris frequent. Mycena a vere ad hiemem. Odor fortis nitrosus. Nec pileus pellicula secernibili viscosa tectus, nec stipes vere viscosus! Statura et colore omnimodo variat, stipes luteus, cinereus etc.; lamellae crassiusculae, subvenoso-connexae saepe obscure cinereae, acie dilutiores, flavido-glaucescentes etc. Cum hoc et sq. conf. Secr. 892—896, 899.

402. A. AMMONIACUS, *graveolens*, pileo membranaceo conico-expanso *umbonato nudo discoideo opaco*, circa marginem pallidiorem striato, stipite firmulo laevi glabro sicco radicante, lamellis adnatis linearibus distinctis albidis. *Fries Obs.* 2. *p.* 155. (A. alcal. γ.) Cfr. *Secr. n.* 897, 900. Ad terram ipsam, in agrorum versuris etc. aut. seriori *simplex.* Habitu a priori utique, sed odor idem. Pileus normaliter

fuscus l. nigricans, sed variat cinereus. Stipes *non lutescens*, firmior, strictus, crasse filiformis, circit. 2 unc. l., ½ lin. crass. ut socii n. 416 *.

403. A. METATUS, *mollis*, *olidus*, pileo submembranaceo obtuso striato hygrophano, *sicco laevi opaco albicante*, stipite laevi glabro basi fibrilloso, lamellis adnatis tenuibus distinctis linearibus albidis. *S. M.* 1. *p.* 144. *Weinm. p.* 107. *Paul. t.* 122. *f.* 6. (forma incarnato-livida). *Buxb. C.* 4. *t.* 15. *f.* 3. A. tener. *Scop.* A. laevig. *Pers.* — *Alb. Schw.* etc. Inter muscos in pinetis copios. Odore obsolete alcalino, pileo sicco sub lente atomato-subsericeo stipiteque flaccescente mollibus, potius quam fragilibus, colore pallide cinereo (flavicante, incarnato etc.) albicante mox distincta.

404. A. PLICOSUS, fragilis, pileo membranaceo campanulato-expanso *plicato-sulcato*, sicco opaco, umbone carnosulo lato obtuso, stipite polito laevi glabro lamellisque adnatis *distantibus crassis* venoso-connexis griseis. *S. M.* 1. *p* 145. A. oligophyllus. *Lasch! n.* 542 optime convenit, sed forma A. *galop.* in litt. observ. *Secr. n.* 930? Ad terram humosam, odore humoso l. nullo. Stipes strictus, aequalis, subbrevis, griseo fuscescens, et pileus saepe fissus.

405. A. PELTATUS, pileo firmulo e convexo plano obtuso ad medium dense striatulo, *disco carnosulo orbiculari laevi plano*, stipite laevi glabro, deorsum villoso, lamellis dente decurrentibus confertis ventricosis griseis acie dilutioribus. A. ambustus. *Secr. n.* 927. Inter muscos in camp. sterilib. silvat. v. c. Smolandiae subfasciculatus. Stipes subfragilis, livescens. Pileus ¾ unc. l. humidus nigro-fuscus, siccando pelta centralis subdepressa pallens, pars striata elevata nigrescit. Inodorus, valde distinctus.

406. A. AETITES, fragilis, pileo membranaceo campanulato-convexo glabro sulcato hygrophano, *umbone lato obtuso prominente*, stipite inaequali subcompresso glabro nitido, lamellis uncinatis subarcuatis *tenuibus* venoso-connexis albidis. A. umbelliferus *Schaeff. t.* 309 optime, sed magis rufescens. A. muscorum *Schum. Saell. n.* 1704. plane. *Secr. n.* 925, 924. excl. syn. nec differt *Pers. M. E. n.* 438 nisi stipite firmumulo. Inter muscos passim catervatus. Odor amaricans, obsoletusve. Stipes 2 unc., albidus, inferne fuscescens. Pileus fuscescens expallens, margine demum nigrescens. Lamellae lineares subdistantes, primitus postice cohaerentes, ut in variis h. sect., ad latera subgriseae.

407. A. STANNEUS, pileo toto membranaceo campanulato-expanso glabro obsolete hygrophano striato, sicco *laevi sericeo-splendente*, stipite glabro *laevi nitido* pallescente, demum compresso, lamellis *denticulo decurrente* adnatis *venoso-connexis* griseo-albis. *Vaill. par. p.* 70. *n.* 1. A. griseus. *Pers. M. E. n.* 439. In graminosis silvarum, rarior. Inodorus. Stipes 2—3 unc. l., 1 lin. cr. Pileus unc. (immo 1½) usque latus, tantum pellucide striatulus et ex apice stipitis obsolete umbon. griseus, siccus stanneus. Lamellae vix confertae (= «distinctae» P.)

408. A. VITREUS, fragillimus, pileo membranaceo campanulato undique lineato-striato, *absque umbone discove carnosulo*, stipite gracili *striatulo splendente*, basi fibrilloso, lamellis *adnatis distinctis* linearibus albidis. *S. M.* 1. *p.* 146. *Secr. n.* 923. Locis humid pinetorum raro. Pileus livido-fuscus, *margine nudo*! Hae omnes longe insigniores quam e colore consimili crederes.

409. A. TENUIS, fragillimus, pileo membranaceo campanulato convexo obtuso lineato-striato, *margine crenato-fimbrito-appendiculato*, stipite *membranaceo* pellucido stricto, lamellis adnatis distantibus distinctis tenuibus aquosis albidis. *Bolt. t.* 37! A. procerus. *Ejusd. p.* 37. accurat. In dumetis umbrosis humidis; e montibus Gottsundensibus. *Arrhenius*. Totus aquosus, delicatus, *titubans*. Stipes 3 unc. et ultra, sed lin.! crassus, tantum a reliquorum cuticula constans, quo ab omnibus differt; ut pileus hyalino-albus, basi lutescens.

410. A. TENELLUS, caespitosus, pileo membranaceo campanulato-convexo obtuso pellucido, margine striatulo, stipite *gracili molli* glabro, basi villoso, lamellis uncinatis *tenuissimis confertis albo-incarnatis*. *Schum.! n.* 1759. *Raji. Syn. t.* 1. *f.* 2. A. carneifolius. *Secr. n.* 951. Ad truncos vetustos vel omnino albus vel livido-incarnatus. Pileus ½ unc. latus. Odor ingratus. *Non vidi.*

V. FILOPEDES. Stipes filiformis, lin. vix aequans, (haud superans) *flaccidus*, subtenax, radicans, siccus, exsuccus, vulgo ratione pilei longissimus. Lamellae *decolorantes*, acie subdilutiores, *distinctae*. *Gracillimi, stricti, terrestres, muscigeni, inodori, simplices* (nec caespitosi), *pileo fuscescente subpallescente, non hygrophano*, ultimi *aurantio*!

A Rigidipedibus proximis differunt vegetatione, statura; stipite flaccido, tubulo angustissimo: lamellis vix venoso-connexis. Mediam rationem sistit n. 389 *. Sed stipes filiformis inter reliquas etiam occurrit, quare ad ceteras notas attendetur, etiam Fragilipedium gracilentae obviae formae! (402).

411. A. FILOPES, pileo membranaceo obtuse campanulato expanso striato, stipite filiformi flaccido subfragili *glabro*, *basi pilosa radicato*, *lamellis liberis* lanceolatis confertis albis. *Bull. t.* 320. *S. M.* 1. *p.* 142 cum syn. *Weinm. p.* 104. *Secr. n.* 939. *Hoffm. nom. t.* 6. *f.* 1. A. pilosus. *Batsch. f.* 2. *Alb. et Schw.!* etc. *Vaill. par. p.* 65. *n.* 33. In nemoros. frequens. Ceteris fragilior! Pil. fusco-l. livido-griseus, raro albus! Lamellae attingentes tantum, demum basi pro more griseae. — *Schumacheri*, qui *Fl. Dan. t.* 2022. *f.* 2., pileo laevi utique (Secr. n. 881) differt, sed tota icon minus bona.

412. A. AMICTUS, pileo membranaceo conico-campanulato ad medium striato, stipite filiformi aequali *tenaci villoso-pulverulento*, radice torta glabra, lamellis liberis confertis linearibus griseis, acie pallentibus. *S. M.* 1. *p.* 141. *Buxb. Cent. IV. t.* 31. *f.* 2 valde rudis. Inter muscos camporum et silvar. *Nobilis*, pileo virente, caesio, livido, interd. pruinat.

413. A. IANTHINUS, pileo membranaceo conico undique striato, stipite filiformi attenuato flaccido glabro *striatulo*, lamellis attenuato-adnexis antice *latioribus* confertis albido-griseis. *S. M.* 1. *p.* 147. In silv. abiegn. mont. sphagnosis, raro. *Nobilis*, (cum A. puro! et laccato! junctus), pileo toto membranaceo, semper conico, $\frac{1}{2}$ unc. alto, vix lato, violaceo-rubellus. Stipes haud tenax, obscurior, fusco-lilacinus.

414. A. URANIUS, pileo membranaceo campanulato-convexo striatulo sicco expallente, stipite filiformi tenaci flaccido laevi glabro, basi subarrhizo flocculoso, lamellis uncinato-adnatis tenuibus albis. *S. M.* 1. *p.* 144. *Weinm. p.* 106. *Secr.* 915. (lam. crassis). *Hall. helv.* 2350. *Buxb. C.* 4. *t.* 8. *f.* 2. rudis. Inter folia, Iungermannias etc. Iunior obscure violaceus, dein expallens fuscescens.

415. A. DEBILIS, tenellus, pileo membranaceo campanulato-convexo obtuso striato, sicco laevigato ruguloso *fuscescente* opaco, stipite filiformi-capillari laxo flaccido basi arrhizo fibrilloso, lamellis late-adnatis distinctis albidis. — *Bull. t.* 518. *f.* P. A capillar. *Fl. Dan. t.* 1670. *f.* 1. A. saccharinus *Sommerf. Lapp. n.* — *Pers. Myc. Eur. n.* 415, 445,

466. *Raji Syn.* — *Secr n.* 949, 937. varr. Inter muscos camporum, jove sereno intra horam marcescens; diutius persistens in nemoribus roridis inter folia. Statura prorsus n. 425! Color ex albido, incarnato, livido etc. fuscescens ut in eodem. Umbo, si adsit, obtusus.

416. A. VITILIS, pileo membranaceo e conico expanso papillato, udo profunde striato *expallente*, stipite filiformi stricto flexili glabro exsucco nitido radicato, lamellis *attenuato-adnatis* subdistantibus albido-griseis. *Bull. t.* 518. *f. O.* A. tenuis *Sowerb. t.* 385. *f.* 5. A. stenopodius. *Pers. M. E. n.* 427 ex errore. A. pilosus *Pers.* e plurr. sententia; ipse vero ad A. *galopodem* ducit, suadente *Fl. Dan. t.* 1615. *f.* 2. A. galeric. tenuis. *Decand.* Locis similibus aeque frequens, sed persistens, stipite gracillimo 3—6 unc. longo. Pileus, 3—4 lin., nitidulus, fusco-lividus, albido-griseus etc., papilla carnosula saepe evanida, siccus laevigatus. Lamellae adscendentes, distinctae, denticulo obsoleto, acie albicantes; etiam in *var.* pileo fusco-nigricante, lamellis atro-cinereis.

* A. AMSEGETES, pileo conico-campanulato undique striato umbone obsoleto, stipite brevi crassiori ($1\frac{1}{2}$ unc. l., lineam fere crasso), lamellis ut in vulgari postice discretis, edentulis nec venoso-connexis. *Secr. n.* 943 ratio media. In pratis, ad viarum et agrorum margines. Inodorus, nec vegetus fragilis, strictus [His notis tantum recedit *Secr. n.* 943, sed potius A. dissilientis forma.]

417. A. SPEIREUS, pileo membranaceo e conico-convexo plano impolito striato, *disco obscuriori demum depresso*, stipite filiformi tenaci nitido fibrilloso-radicato, lamellis *planis, dein decurrentibus* distantibus candidis. *S. M.* 1. *p.* 159. *Secr. n.* 946. optime. *Pers. M. E. n.* 447, et A. epibryus n. 444 junior. Dense disseminatus supra truncos muscos. Quercus. Stipes 2 unc. l., $\frac{1}{2}$ lin. crass., basi pileo; apice lamellis concolor nec in pileum ampliatus ut *Omphaliae* II. Pileus 2—3 lin. lat., opacus, fusco-cinereus, interdum fibrillosus l. pruinat.

418. A. SUPINUS, pileo membranaceo campanulato-convexo striato obtuso, stipite *brevi incurvo* tenaci glabro, lamellisque *subliberis ventricosis* albis. *S. M.* 1. *p.* 142. *Lasch. Linn. Hoffm. l. c. t.* 6. *f.* 3. — *Fl. Dan. t.* 1531. *f.* 2. Locis similibus ad fagos etc. Habitus prorsus praeced., vix uncialis, pileo 2 l., sed non flaccescit, nec A. *corticali*! affinis, cum quo confundit *Secr. n.* 948.

419. A. CANESCENS, pileo membranaceo ex hemisphaerico planiusculo subumbilicato, stipite filiformi subtenaci cinereo-fuligineo basi fibrilloso, lamellis adnatis confertis albo-cinerascentibus. *Weinm.! Ross. p.* 116 Ad folia dejecta, gregr. Stipes 1—1½ unc. l. Pileus ¼—1 unc. latus; albo-canescens. E *specc. sicc.* mihi haud clarus.

420. A. COLLARIATUS, pileo membranaceo campanulato-convexo subumbonato striato expallente glabro, stipite filiformi tenaci glabro nitido, lamellis *collariato-adnatis* tenuibus confertis distinctis *albidis l. obsolete incarnatis. Fr. Obs.* 2. *p.* 164. A. tenuis *Secr. n.* 940. A. griseus. *Batsch. f.* 80 [vexatissimus ille, omnibus affinibus simul praesentibus comparatis, hic ob lam. in icone *albis tenuibus* etc.] In graminosis silvarum: Octobri in Kongsp. Upsaliae. Stipes unc. l. lin. fere crass. sub lente striatulus. Pileus ½ unc. l. ultra latus, typice fuscus, sed vulgo griseo-albicans, disco modo fuscescens; eo expanso lam. subdistant.

421. A. CIMMERIUS, pileo submembranaceo convexo striatulo sicco, stipite filiformi laevi glabro flaccido, basi fibrilloso-radicato, lamellis adnexis ventricosis *croceis*, acie albicantibus. *S. M.* 1. *p.* 150. In fagetis Scaniae raro. Stipes 3 unc. l., ½ lin. cr. Pileus flavofuscus, 4 lin. latus.

422. A. ACICULA, subtilis, pileo membranaceo campanulato-convexo glabro *miniato-aurantio*, margine striato, *stipite radicato setaceo* tenaci nitido *lamellisque* rotundato-adnexis ventricosis distantibus *luteis*, acie albicantibus. *Schaeff. t.* 222! A. Scopolii *Lasch! n.* 540. A. stipul. var. *Weinm. p.* 120. b. junior, *lamellis albis!* Lasch. l. c. A. coccineus *Scop. Carn p.* 436. A. Clavus. *Secr. n* 914. (A *vero* et A. *fibula* distinctiss.!) var. β *Schum. n.* 1813. Inter ramenta, folia in fagetis pluries legi; copiose in Näset ad Odensjö. Stipes 1½—2 unc. l., apice subpruinosus. Pileus 1—2 lin. latus, primitus subumbonatus. Lamellae subovatae, fere liberae.

VI. LACTIPEDES. Lamellae et stipes radicatus siccus fracti *lactescentes!* [E statura 423 Rigidipes, 425 filopes; reliquae Fragilipedes.]

423. A. HAEMATOPUS, caespitosus, pileo carnosulo campanulato obtuso laevi, margine denticulato, stipite rigido *albo-pulverulento, succo atrosanguineo scatente*, lamellis adnatis unicoloribus albidis. *Pers. Obs. syn. p.* 379. *S. M.* 1. *p.* 149 *Weinm. p.* 111. *Sommerf. Lapp. p.* 255. Ad truncos Fagi,

Abietis etc., copiose in Eur. boreal. Major, firmus, ex albo-rubescens. Mire hic, n. 426 aliaeque *nobilissimae* apud Secr. desunt. (*Batt. t.* 27 N. faciem refert, sed alienus).

424. A. CRUENTUS, pileo submembranaceo conico-campanulato striato, margine integerrimo, stipite stricto glabro basi villoso-radicato, *succum obscure rubrum stillante*, lamellis adnatis *unicoloribus* albidis. *S. M. l. c.* *Weinm. l. c.* — *Sowerb. t.* 385. *f.* 2, 3 («milky stipes»). Cfr. *Secr. n.* 910 (silet stipitem lactesc.) In pinetis locis humidis ad terram. Solitarius, non flaccidus, pileo fusco-rubente.

425. A. SANGUINOLENTUS, pileo membranaceo campanulato-convexo striato, stipite debili flaccido glabro, *succum dilute rubellum stillante*, lamellis adfixis rubellis *atropurpureo-marginatis*. *Alb. et Schw. p.* 196. *Fr. l. c.* *Weinm. l. c.* *Secr. n.* 912. — *Bull. t.* 518. *f. P.* dextra. Inter folia et muscos udos. Totus tenuis, ut n. 415 socius, marcescens, pallide rubellus, fuscescens.

426. A. CROCATUS, pileo submembranaceo campanulato substriato, stipite procero attenuato villoso-radicato *lacteque* (semper!) *copioso sanguineo-croceis*, lamellis attenuato-adnexis antice ventricosis albis. *Schrad.* — *S. M.* 1. *p.* 148. *Fl. Dan. t.* 1550. *f.* 1., 2024. *f.* 1. *melior.* *Weinm. p* 110. In folia humida Fagi copiose. *Nobilissimus*, absolute *inodorus*, sparsus, maxime semper undique lactescens, pileo olivaceo, cinereo, candido!

427. A. CHELIDONIUS, pileo membranaceo campanulato-convexo obtuso laeviusculo, stipite laevi glabro radicato, compresso *luteo-lactescente*, lamellis adnatis albidis lutescentibus. A. pumilus, *Sowerb. t.* 385. *f.* 4. Ad truncos Fagi, raro. Subcaespitosus, pileo luteo disco luteo-incarnato, odore subalcalino. Forte *A. alcalino* nimis affinis.

428. A. GALOPUS, pileo membranaceo campanulato subumbonato striato, stipite gracili fibrilloso-radicato, *lacte albo referto*, lamellis attenuato-adnexis albis glaucescentibus. *Schrad.* *S. M. l. c.* cum syn. *Fl. Dan. t.* 1550. *f.* 2. *Batt. t.* 28. *Q. Raji* lactesc. jam vidit. Terra muscos, humida ubique. Sparsus, tener, pileo stipiteque (saepe pruinatis) nigricantibus, cinereis etc. immo albis, papilla fuscescente. — Ag. Hoffmanni *Pers. s. Hoffm. l. c. t.* 3. *f.* 2 in memoriam mox revocans. — Marcescens exsuccus, et hunc verum suum A. *pilosum* Syn. testatur Pers. M. E. Talis *Fl. Dan. t.* 4615. *f.* 2.

VII. Glutinipedes. Stipes exsuccus, glutine vero *viscosus*. Lamellae dente demum decurrentes. Probe separandae quaedam antec. tactu tantum in stat. udo lubricae, n. 414.

429. A. epipterygius, pileo membranaceo campanulato-expanso subobtuso striato, *pellicula viscosa secernibili tecto*, stipite elongato tenaci radicato glabro viscoso *sublutescente*, lamellis adnatis dente decurrente tenuibus versicoloribus. *Scop.* *S. M.* 1. *p.* 155 ubi syn.! (Schaeff. aequo jure ad A. alcal.) *Sow. t.* 92. *Fl. Dan. t.* 2078. *f.* 2. *Weinm. Ross.* Inter muscos, folia, ad truncos ubique; colore maxime varius. Cfr. *Secr. n.* 887—890; *Secr. n.* 892, 893 odore alcalino recedunt. Nec noro veras differentias A. chameleont. *Lasch. n.* 198; an huic referendae lignicolae, margine denticulato (Sow.) et ad verum restrictum t rrestres, margine integerrimo (Fl. Dan.)

430. A. clavicularis, pileo membranaceo convexo-expanso striato sicco *epelliculoso*, *disco demum depresso*, stipite tenaci glabro viscido albido basi fibrilloso, lamellis adnatis albis. *S. M. p.* 158. — *Bull. t.* 80. Locis nemoros. Priori cognatus, sed ferme siccus; stipes modo jove udo viscidus, pileo albido, flavido fuscescente, primitus subumbonato (? *Secr. n.* 891). Pileo depresso lam. decurrunt. *Var.* tenuior pileo $\frac{1}{2}$ unc., stipite filiformi.

431. A. pelliculosus, pileo membranaceo campanulato-convexo *obtuso lineato-striato*, *pellicula viscida secernibili*, stipite brevi glabro viscido livido, lamellis *subplicaeformibus* distantibus glaucescentibus, postice conjunctis decurrentibusque. Ad terram sterilem ericetor. catervatim. Stipes apice subincrassatus, demum fuscescens fragilis. Pileus $\frac{1}{2}$-1 unc., griseus. Lamellae omnino simplices et distinctae.

432. A. vulgaris, pileo submembranaceo e convexo *depresso papillato* viscido, stipite tenaci fibrilloso-radicato viscoso cinereo, lamellis subdecurrentibus tenuibus albis. *Pers. Syn. p.* 394. *S. M.* 1. *p.* 156. *Weinm. l. c.* *Secr. n.* 935, 936. *Fl. Dan. t.* 1678. *f.* 2 (erronea!). *Inter folia Pini* catervatim, ubique. Stipes nunc brevis, nunc filiformis elongatus. Pileus fuscus l. cinereus, variat rufus et albidus papilla obscura.

433. A. citrinellus, pileo membranaceo hemisphaerico-explanato umbonato striato stipiteque tenello viscido basi vil-

loso *citrinis*, lamellis uncinatis albis. *Pers. ic. descr. t.* 11. *f.* 3. *S. M. l. c. Fl. Dan. t.* 1614. *f.* 1. *Batsch. f.* 88. In pinetis alibique. Pusillus, tenuis, expallens; var. *candida*, sicca sulfurea. *Weinm. l. c.* [ex quo A. terrenus. *Pers.*]

434. A. RORIDUS, tenerrimus, flaccescens, pileo tenuissimo convexo subumbilicato sulcato sicco, stipite *capillari insititio glutine copiosissimo limpido obducto*, lamellis decurrentibus distantibus candidis. *S. M. l. c.* (neutiquam Secr.) Ad stipulas etc. sub intensis pluviis. *Nobilissimus*, nulli affinis. Basis stipitis (capillaris, glutine 1 lin. crasso immersi) arrhiza, glaberrima. Pileus albus, flavesc., 2—3 lin.

VIII. BASIPEDES. Stipes siccus, arrhizus, *basi nuda in orbem dilatata l. bulbillosa* strigosa. *Tenelli, solitarii, flaccescentes.* (Cfr. n. 381 *, 399.)

435. A. STYLOBATES, pileo membranaceo campanulato obtuso striato subpiloso, stipite filiformi glabro basi orbiculari plana villosula striata inserto, *lamellis liberis discretis ventricosis. Pers. syn. t.* 5. *f.* 4. *S. M.* 1. *p.* 153. *Weinm. p.* 116. a. candidus — b. grisellus. *Sturm Deutsch. t.* 29. — c. coerulescens. *Fl. Dan. t.* 2025. *f.* 3. Ad stipulas etc. Tenellus, fragilis; locis suffocatis stipes 3—4 unc. long. flexuosus. *Hoffm. t.* 6 *f.* 2.

436. A. DILATATUS, pileo membranaceo convexo-plano obtuso laevi glabro, margine striatulo, stipite filiformi stricto, *basi orbiculari convexa glabra, lamellis collario connexis* liberisque sublinearibus. a. lignatilis, stipite breviori. *Fries Obs.* 1. *p.* 40. b. stipularis, gracilior. *Bull. t.* 563. *f. R. S.* In umbrosis. Tener, albus. Toto coelo differt *Marasm. torquatus.*

* A. CLAVULARIS, subcaesius, basi subrotunda, «dilatata» e descr. *Batsch f.* 81. «lam. liber.» Ad ligna. *A. Stylobati* in ind. S. M. subscripsi, sed distinctam ei affinem sistere speciem in litt. docuit *Berkeley*. Differentias a *Batschio* eruere non licet. Habitus fere A. *hiemalis*.

437. A. MUCOR, tenuissimus, pileo e conico applanato plicato glabro, stipite gracili demum torto *basi orbiculari applanata inserto, lamellis adnatis* distantibus albido-griseis. *Batsch f.* 82. *S. M.* 1. *p.* 155. *Weinm. p.* 117. Ag. integrell. *Nees f.* 187. Ad folia putrid. Subtiliss. fugax, griseus l. hyalino-albidus. [A. platypus *Nees Syst. f.* 188 est Marasmius ramealis infans.]

438. A. ECHINIPES, minimus, *albus*, pileo tenui campa-

nulato-convexo subgibbo glabro striato, stipite crassiusculo glabro basi *bulbillo hirto*, lamellis attingentibus crassis distantibus. *Lasch! Linn. n.* 193 (ic mis. optim.) A. bulbillus. *Schwein.* A. rugatus. *Secr. n.* 965. (*Batsch. f.* 94. et A. acicola *Jungh. Linn.* 1830. *t.* 6. *f.* 3 utique simillimae, sed pileo tenaci rigente, lamellis confertioribus tenuibus, villo stipitis ad basin laxo ad *Adonideas* infantiles referendae). Ad folia putrida et in humo. Pileus hyalinus, tener.

439. A. Pterigenus, tenellus, *roseus*, pileo campanulato obtuso laeviusculo stipiteque flexuoso capillari glabris, basi bulbillosa strigoso-radiata, lamellis adnatis latis distantibus integris. *S. M.* 1. *p.* 160. *Weinm. p.* 120. *Myc. Eur. t.* 28. *f.* 6. A. filicinus. *Spreng.* In rachi fol. pinnat. v. c. Sorbi, Rubi Idaei, praecipue in Filicum frequens in montanis. Elegantissimus!

440. A. trachelinus, tenerrimus, *fuscus*, pileo convexo fibrilloso-strigoso, stipite villoso-squamuloso basi bulbillosa strigoso-radiata, lamellis adnatis latis distantibus *flocoso-fimbriatis*. *S. M.* 1. *p.* 154. In humo atra umbrosa uda. Minimus tristis, at *nobilior* nullus! (Quorsum A. pilipes *Sow. t.* 245?)

IX. Insititiae. Stipes tenuissimus, *insititius* (i. e. aliis plantis sine radice, tuberculo floccisve basi innatus) siccus. Lamellae *adnatae*, denticulo decurrente uncinatae, (nec ut in *Omph. Integrellis* vere decurrentes). *Tenerrimae; sole tactae mox flaccidae.* (n. 434 solus inter priores insititius, sed valde glutinos.)

441. A corticola, pileo tenui hemisphaerico demum obsolete umbilicato sulcato-striato, stipite tenui brevi *incurvo furfurello*, lamellis late adnatis uncinatisque *latis subovatis* pallidioribus. *Schum! Saell. n.* 1689. *S. M.* 1. *p.* 159 (synon. plurr. inter hunc et sq. amphibola). *Mich. t.* 74. *f.* 8. *Lasch! Linn.* 203. Ag. gracillim. *Syll. Ratisb.* 2. *p.* 91. — b. alboflavescens. *Sommerf. Lapp. p.* 256. *Secr. n.* 920. Ad cortices inter muscos, Lichenes. Etiam pileus flocculoso-pruinatus, ut sq., legitur. Color (vulgo rufofuscus, cyaneus, cinereus) varius et hunc et sq. *certissime non distinguit!* A. *supinus* (n. 418) radicatus, tenax, non marcescens etc. Forte Secr., nullus alius, commutavit. Diversus porro: *Sowerb. t.* 243; ob pileum in icon. convexum, obtusum, glabrum omnino laevem etc. videtur status pumilus A. *Tintinabuli* (n. 407), sed Secr. n. 928 potius ex hac reg. esset.

Reliquae OMPHALIAE Auct. stipite fibroso spongiosove nullo modo a Clitocybis removeri possunt. Verarum Omphaliarum statura insuper redit inter *Canthareltos* et *Marasmios*, quos cfr. Pileus saepius quidem umbilicato-infundibuliformis, at hoc neutiquem constans l. essentiale, nec lamellae saepe ramosae.

I. COLLYBARIAE. Pileus primitus dilatatus, margine inflexo. *E lamellis abeunt in tres greges eximie naturales.*

* Hydrogrammi, vulgo *majores*, *lamellis angustis confertissimis.* Praeter stipitis notam essentialem a *Cyathiformibus* p. 73 differunt lamellis primitus vere decurrentibus confertissimis arcuatis. (Cfr. n. 241, 237.)

447. A. CHRYSOLEUCUS, pileo submembranaceo umbilicato glabro nitido, margine reflexo breve striato, stipite farcto laevi basi incrassato, lamellis decurrentibus confertissimis *subluteis.* *S. M. p.* 167. cum syn.. [*Bull. t.* 38 habitum refert, sed ut lignatilis est Lentinus]. — *Secr. n.* 998, 999 ad A. flaccid. propius acced. videntur. b. lamellis lutescenti-olivaceis. *Secr. n.* 1047. huc omnino spectare videtur. In silvis mixtis, subacerosis. Stipes manifeste cartilagineo-corticatus. Pileus albus.

448. A. VENTOSUS, pileo submembranaceo umbilicato flaccido glabro hygrophano, margine striato, stipite fistuloso glabro basi villoso subtestaceo-carneo, lamellis decurrentibus confertis *albido-carneis.* *Fries Obs.* 2. *p.* 221. — *Bull. t.* 564. *f. B. Secr. n.* 989. In fagetis Scaniae olim semel, quare in *S. M.* species notis acutis distinctas tantum respiciente, vulgari A. *pyxidato* concolori! subjungendus erat; iterum visum separo. A sq. differt vix nisi colore. Ventis agitatus tremulus, unde nomen.

449. A. HYDROGRAMMUS, pileo submembranaceo umbilicato flaccido glabro hygrophano, *margine striato* subundulato, stipite fistuloso *glabro subcompresso* basi radicato hirto lamellisque decurrentibus confertissimis *albidis. S. M. p.* 169. A. streptopus *Pers. M. E. n.* 127. A. phyllophilus vulgo, eique quoque subsumtus in *M. E n.* 107 («subgrisus» variat. Cfr. etiam *Secr. n.* 1010. b. *orthopus*, stipite recto, vix compresso. *Pers. l. c.* — *Bull. t.* 564. *f. A.* (ob marg. striatum!) Inter folia fagi locis humidis, subcaespit. Valde a n. 210 diversus. Udus lividus albidusve, siccus unicolor candicans. Ad praeced. ut n. 459 ad n. 457 acced. Inter folia coacervata stipes elongatus, undulatus. Si Secr. n. 1015 separem, ad A. *gyrantem* [*n.* 272] referrem.

cto, lamellisque decurrentibus tenuibus confertis *rubellis.* In fagetis Halland. subfascicul. Facies A. *dryophili.* Stipes 2 unc. l., 1—2 lin. crass. demum compressus latior, apice obselete pruinatus. Primitus totus obscure (fere testaceo —) carneus, dein expallens, albicans, semper regularis.

455. A. SCYPHOIDES, *candidus*, pileo submembranaceo ex umbilicato infundibuliformi inaequali laevi *sericeo*, stipite farcto brevi subvilloso, lamellis decurrentibus confertis angustis. *S M.* 1. *p.* 163. *Weinm. Ross. p.* 94. A. inconspic. *Lasch! n.* 215. A. buccin. *Secr. n.* 1021. Ad terram locis graminosis muscosis, gregar. Variabilis, saepe flexuosus l. excentricus, vulgo pusillus (2—4 l.) habeo vero regularem uncialem usque. *Non hygrophanus*, siccitate flavescens, primitus glabrellus, sed ad basin lanatus. Cfr. n. 464.

** Pyxidati, *medii*, *lamellis leviter distantibus subangustis.*

456. A. CHRYSOPHYLLUS, pileo submembranaceo primitus umbilicato flocculoso hygrophano, margine reflexo, *stipite* fistuloso aequali glabro *lamellisque* longe decurrentibus distantibus persistenter *aureo-vitellinis.* *S. M. p.* 167. c. syn. In lign. putr. Pini in montos. copiose. Major, udus; *elegans*. pileo $1\frac{1}{2}$ unc. e luteo-fusco sicco alutaceo-cano. Non commutetur cum A. *umbellifero* luteo, pileo stipiteque siccis albis, ad trunc. abiegn. Upsaliae frequente, qui A. *chrysoleucus* Pers!

457. A. PYXIDATUS, pileo submembranaceo ex umbilicato infundibuliformi glabrato hygrophano, margine striato, stipite e farcto fistuloso laevi, lamellis decurrentibus subdistantibus angustis *e carneo gilvis.* *Bull. t.* 568 *f.* 2 (lam. tam carneis f. B, C, quam lutesc. f. G—M) *S. M.* 1. *p.* 164 c. syn. *Pers. M. E. n.* 99, 98 *β.* *Weinm.! Ross. p.* 92. cum plurr. varr.! In campis, ad vias etc. ubique. Color opacus, varie rufescens, valde expallens, immo albicans, pileo sicco sub lente sericello. Lamellae *primo incarnatae* (errat Secr. n. 1008), dein gilvae. A. *ventosum*, observatis lamellis confertis, separo; sed adhuc a vulgari molli, elastico sq. puto *e jove arido* singularem lusum:

* A. HEPATICUS, tenax, rigidus, pileo *glabro subnitido undique laevi*, stipite demum compresso carneofuscescente, lamellis distantibus venoso-connexis furcatisque crassioribus pallidis. *Batsch f.* 211. *Fr. Obs.* 1. *p.* 86. Ag. turfos. *β.* *M. E. n.* 93. — Locis iisdem intercurrit et statura aeque varius (ut pileo $\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ unc. lato, majorum undulato lobato), sed magnopere differt notis indicatis, colorеque vivi subbadio,

badio, sicci fulvello-alutaceo. Stipes ut in vulgari variat nudus et pruinosus. Quin plerisque diversissimus videatur, non dubito, sed homonymus Secr. n. 990 est — A. *tricolor!*

458. A. AFFRICATUS, pileo submembranaceo umbilicato dein infundibuliformi exstrio *squamulis pilosis obscurioribus variegato*, stipite fistuloso glabro cinereo, lamellis decurrentibus subdistantibus medio latis albido-cinereis. *S. M. p.* 169. c. syn. In paludosis montosis, vere! Statura A. *umbelliferi*, pileo $\frac{1}{2}$ unc. valde insignis.

459. A. EPICHYSIUM, pileo submembranaceo planiusculo umbilicato striato glabro, dein infundibuliformi hygrophano, sicco *floccoso cano-sericeo*, margine demum patente, stipite subfistuloso brevi aequali, *lamellis plano-decurrentibus* subdistantibus lanceolatis albido-cinereis. *Pers. ic. pict. t.* 13. *f.* 1. *S. M. p.* 169. ubi syn. *Weinm! p.* 90. Ad ligna mucida freq. Tener, aquosus, e cinereo albicans, pileo vix unc. vulgo tenui margine primo deflexo, sed habemus, ut *var.*, carnosiorem 2—3 unc. l. undulatorepandum et squamoso-laceratum.

460. A. PHILONOTIS, pileo membranaceo infundibuliformi laeviusculo subflocceso hygrophano, margine demum erecto, stipite subfarcto elongato sursum attenuato, lamellis longe decurrentibus subdistantibus linearibus albido-fuligineis. *Lasch! Linn. n.* 226. A. Epichys. icmadoph. *Vulgo.* In paludosis, etiam vere. Pileus junior profunde et acute umbilicatus! Priori obscurior, nigricante-fuligineus, constans; at e *loco* vix dubie ortus. Lamellae rectae et fere erectae!

461. A. GLAUCOPHYLLUS, pileo membranaceo infundibuliformi plicato-striato glabrello hygrophano, sicco expallente laeviusculo, stipite farcto firmo, lamellis decurrentibus subdistantibus lanceolatis *olivaceis. Lasch! l. c. n.* 217. — *A. n. sp. Desmaz!* [Cfr. *M. E. n.* 98. *a.* cum var. umbrina, et *Secr. n.* 1050 cum fungo expallido.] Ad terram in silvis, gregr. *A. pyxidato* cognatus, minor (pileus vix $\frac{1}{2}$ unc.), murinus.

462. A. ONISCUS, pileo submembranaceo convexo plano-depresso remote radiato-striato glabro hygrophano, sicco glabro, stipite subfistuloso firmo aequali lamellisque adnato-decurrentibus rectis subdistantibus lividis albidisve. *S. M. p.* 172. *Weinm. Ross. p.* 86. A. caespitosus. *Bolt. t.* 41. C. optime, e loco, nec e *situ* dictus (contra *Secr. n.* 1049, sed parum diversus). Locis turfosis gregarius, raro. Fragilis. Pileus unc. usque, lamellis obscurior, expallens vero, albicans,

margine subcrenulatus, an A. *murali* affinior?

463. A. RUSTICUS, pileo membranaceo convexulo umbilicato striato glabro hygrophano, sicco laevi sericello, stipite subfarcto gracili glabro griseo-fusco, lamellis decurrentibus crassis subdistantibus utrinque aequaliter attenuatis griseis, acie arcuata. A. ericetor. ex parte. *Pers. Obs. Myc.* 1. *t.* 4. *f.* 12. optime (contra textum!) var. γ. *Alb. et Schw. n.* 663. In ericet. humid. locis incultis (nec cultis ut n. 469) rarior, a me nuper lectus. Stipes unc. et infra, ½ lin. cr., nunc aequalis fuscus, nunc sursum incrass. griseus. Pileus vere membr., 3—5 lin. lat. e griseo albicans l. fuscescens; ad viarum latera obliquus, excentr.! Valde differt a n. 467. Obs. 2 *in M. E. p.* 88 ad *A. hirneolum* spectat!

464. A. SCYPHIFORMIS, albus, pileo membranaceo e convexo infundibuliformi glabro, margine striatulo, sicco laevi, stipite subfistuloso tenui brevi glabro, lamellis decurrentibus tenuibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 221. — *Batsch. f.* 214 atypicus! (lamellae ex ipso *laxe distant*). Ad terram nudam. Simillimus n. 455, ejusque typo varius, sed lamellis etc. separandus.

*** Umbelliferi, *lamellis valde distantibus latis vulgo crassis*, (n. 283.) *Xerotus turfosus.*

465. A. TRICOLOR, pileo submembranaceo umbilicato laeviusculo glabro expallente, stipite farcto tenui sursum incrassato flavescente, lamellis decurrentibus valde distantibus crassis aurantiis, primo roseo-pruinatis. *Alb. et Schw. t.* 9. *f.* 5 optime! *S. M. p.* 166. A. hepaticus. *Secr. n.* 990, non Batsch; errorque errores parit. Cfr. *Secr. n.* 1023, sed vix serium fuit Auctoris A. *tricol.* ad suum n. 843. c. ducere. In versuris, pascuis. Eximius, tenacellus, pileo 3—4 l. ex ochreo albente, stipite concolori nudo l. deorsum nigricante pruinoso. Lamellae primo pruinatae, dein nudae, non vero ut A. *laccatus* et aff. e sporidiis farinosae.

466. A. MURALIS, pileo submembranaceo umbilicato radiato-striato glabro, margine crenulato stipiteque subfarcto brevi tenaci fusco-rufescentibus, lamellis decurrentibus distant. pallidioribus. *Swartz* — *Weinm. Ross. p.* 91. — *Sowerb. t.* 322 pileo laevi, stipite crassiori, lamellis sordide lutescentibus recedere videtur. Pileus demum infundibuliformis. *Non legi;* e specc. haud satis clarus; an huc referatur A. *hepaticus.* A sq. certe differt.

467. A. UMBELLIFERUS, pileo carnosulo-membranaceo e

convexo-plano obconico fragili radiato-striato, sicco expallente laevi sericeo, margine primo inflexo crenato, stipite subfistuloso aequali basi pubente, lamellis decurrentibus valde distantibus postice latissimis (hinc *triangulis*!) *Linn!* — *Fr. El. p.* 22. c. syn. *Weinm. p.* 90. A. ericetor. *P. pr. p. Alb. et Schw. a,* — *S. M. p.* 165. cum omnib. varr.! *Hedw. fil. Obs. t.* 3. *A. Holmsk.* 2. *t.* 34. A. hygrophilus, Merul. turfos. etc. *Pers. M. E.* In paludibus turfosis, lignis cariosis, saepibus umbrosis etc. in Eur. boreali, omnium facile per annum vulgatiss. spec.; ceterum in alpinis. Pileus junior subcarnosus, vix umbilicatus, rariss. papillat., (*Sow. t.* 107 prima stamina sat bene refert); striis in vegeto obscuris, siccus versipellis: variat aquose albidus, siccus modo albicans sublutescens (*Fl. Dan. t.* 1015), flavus, viridis (*Fl. Dan. t.* 1672. *f.* 1.) griseus (*Buxb. C.* 2. *t.* 50. *f.* 4), *fuscus*; ut etiam stipes (vix unc.) exoletus subinde velutinus. *Hinc levibus Auctt. crux!* Cfr. probos *Lasch*, *Weinman*, *Sommerfelt* e. s. p. Lamellae saepe dichotomae, basi crassae; acie acuta, in adultis rectilinea; albidae, flavae (*Sommerf. Lapp!*, Upsaliae in trunc. abiegnis = A. *chrysoleucus* Pers.!) griseae, umbrinae (*Mer. fuscus* With., A. *pyriformis* P. plene congruit). Exstat var. gracilior: *Lasch. n.* 218, cui *Bull. t.* 276 proprior, quam alii descripto.

468. A. RETOSTUS, pileo carnoso-membranaceo planodepresso laevi glabro expallente, margine *convexo involuto integro*, stipite fistuloso curto tenaci glabro, lamellis leviter decurrentibus *segmentoideis* latis distantibus pileo pallidioribus. Supra folia coacervata, catervatim, eximius, rariss. Totus hactenus *umbrinus* visus, 5—8 lin. altus et latus.

469. A. GRISEO-PALLIDUS, pileo carnosulo convexo-plano umbilicato glabro *laevi nitido* hygrophano, *margine recto deflexo*, stipite farcto stricto glabro aequali fusco, lamellis decurrentibus distantibus crassiusculis pileo obscurioribus. *Desmaz. Exs. n.* 120. *M. E. n.* 137. *t.* 28. *f.* 3. In maceriis, hortis etc. haud raro. Perpusillus, e griseo expallens subrufescens, raro 6—8 lin. l. lamellis tum valde distantibus; facilis cum n. 463 et 467 commutatu. Huic minor, illo firmior, at re ipsa 478 forsan proximus ob marginem vix involutum. *Secr. n.* 1054, e solitis atypicis formis ad latera viarum, h. l. videtur.

470. A. STELLATUS, albus, pileo membranaceo convexo umbilicato *glabro striato diaphano*, stipite subfarcto aequali

fragili basi floccoso-radiata, lamellis decurrentibus *tenuibus* latis valde distantibus. *S. M. p.* 163. [*Sow. t.* 107 ex stipitis basi etc., sed pileo carnosulo etc. potius pusio n. 467]. Ag. integrellus *Auctt.* ex p. — *β. Alb. et Schw. p.* 197. *Secr. n.* 959. *C.* Ad truncos et ligna uda, gregar. Forma, tenuitate pilei passim excentrici lamellarumque (alternis dimidiat.) ab A. *umbellifero* distinctus. Siccus lutescit.

II. Mycenariae. Pileus primitus campanulatus, margine recto, stipiti [sicco, sursum incrassato] primitus adpresso. Myc. Omphalar. *S. M.* (*Char. ess.* a Mycenis non in umbilico, ubique fallaci, sed in lamellis vere decurrentibus; contra *Secr.* 1. *p.* 137, positus est.) Cfr. *n.* 432, 434. stipite viscoso, n. 415 lam. primo adnat.

* Campanellae, *lamellis latis perfectis inaequalibus.*

471. A. umbraculatus, pileo membranaceo umbilicato striato, stipite fistuloso elongato *corneo spadiceo*, *basi glabro ramentaceo-repente*, lamellis decurrentibus distantibus distinctis pallidis. *Klotsch*! Insula Mauritii. *Tilfair.* Caespitosus, sq. proximus, sed Marasmium refert. Pil. 4 lin. fusco-pallens in sicco.

472. A. Campanella, pileo membranaceo convexo umbilicato striato hygrophano, stipite fistuloso *corneo spadiceo basi attenuato fulvo-strigoso*, lamellis decurrentibus arcuatis venoso-connexis luteis. *Batsch. S. M. p.* 166. ubi syn. *Schaeff. t.* 230. *Weinm. p.* 88. *Secr. n.* 978. Trunc. Pini in alpinis et Europ. boreali ubique copiosiss. per annum. Caespitosus, luteo-ferrugineus. Duae memorabiles *varr.* ad terram gregariae: b) *badipus*, stipite farcto subfibrilloso, basi bulbillo fulvo-tomentoso *l. c.* — c. *papillata*, pileo acute conico, demum circa papillam depresso. *Sporidiis albiss.!* neutiquam Galeris comparandus.

473. A. pictus, pileo membranaceo campanulato-cucullato umbilicato glabro striato, stipite farcto corneo spadiceo glabro, basi membranula radiosa fulvente, lamellis subdecurrentibus latissimis distinctis distantibus convexis pallidis. *S. M. l. c. c. syn. Fl. Dan. t.* 1730. *Weinm. p.* 89. Ad ligna in fagetis, ad quisquilias ad terram, rariss. Simplex, *nobilissimus*, pileo fuscescente, *disco subluteo*, margine pallidiori, numquam expanso, quare lam. multo latiores, quam longae! Var. b. *concolor* (disco) basi nuda ad terram, habitu plene *Batsch* f. 86! — c. pileo conico papillato! A. *olivascens* Syll. Ratisb. 2. p. 90. — Cfr. *Secr. n.* 945. major.

474. A. UMBRATILIS, pileo submembranaceo campanulato-convexo dein umbilicato laevi glabro, margine striatulo, stipite farcto tenaci glabro fuscescente, lamellis adnato-decurrentibus arcuatis latis confertis tenuibus albis fuscescentibus. *S. M. p.* 157. *Weinm. p.* 88. *Vaill. n.* 39. Ad margines fossarum. Pil. uncialis circ., *umbrino-fuscus.* Differunt n. 352, 358 *primitus* lam. non decurr., pil. margine involuto, ut habitum taceam.

475. A. RECLINIS, pileo submembranaceo obtuse campanulato mox expanso umbilicato l. toto inverso infundibuliformi hygrophano, margine reflexo striato, stipite fistuloso laevi glabro tenaci basi fuscescente, lamellisque adnato — dein longissime decurrentibus subconfertis crassis albis griseisque. — *Secr. n.* 1020, 1045. Vulgatus in pinet. montos. udis, cum *A. difformi* (n. 273) valde diverso, a Persoonio ipso forsan, junctus. Color pilei lividus, in albidum et lutescent. transit. Pilei forma ad typum A. *fibulae* mutatur.

476. A. GRISEUS, pileo submembranaceo e campanulato convexo glabro striato hygrophano, stipite fistuloso firmulo glabro unicolori lamellisque leviter decurrentibus arcuatis crassiusculis subdistantibus albido-griseis. *S. M. p.* 158 non Alior. *Secr. n.* 930 hic potiss. *Cfr. n.* 404. Locis gramin. in pinetis. Forma A. *Campanellae* regularis, pileo e griseo cano-albido, nunc papillato, nunc leviter umbilic. [Proximi dubii, *a. b.* S M. in not., sunt veri Cantharelli.]

477. A. SETIPES, pileo membranaceo e conico convexo undique striato (fusco-griseo), stipite filiformi stricto basi pubescente lamellisque longe decurrentibus subdistantibus venoso-connexis albido-griseis. *S. M. l. c.* *Weinm. p.* 119. *Bull. t.* 560. *f.* 3. A. variegatus. *P. Secr. n.* 929. *S. M.* non Scop. (n. 102) A. hypnicola. *P. M. E.* p. 87. Inter muscos. Minor, statura sq., a quo *acute non differt*, hic vero frequentius papillatus, sq. umbilicatus; uterque vero variat una cum pileo, stipite (rarius pruinoso) pubentibus albicans. *Cfr. Secr. n.* 962.

478. A. FIBULA, pileo membranaceo e cucullato expanso subumbilicato striato expallente, sicco laevi stipiteque *subsetaceo* debili subaurantiis, lamellis longe decurrentibus distinctis albidioribus. *Bull. t.* 186, 550. *f.* 1. *S. M. p.* 163 c. syn.! *Sowerb. t.* 45. *Myc. Eur. n.* 100—102. *Lasch!*

*Linn.* 204, 212, 213! Locis humidis, inter muscos etc. ubique. Admodum tenellus; (*Fl. Dan. t.* 1071. *f.* 2 Var. firmior, in alpibus), pileo passim conico papillato, demum toto infundibulif., rarius fusco, cinereo etc, sed passim totus *candidus!* (*Mich. t.* 73. *f.* 6) quidquid fingant coloristae! Stipes 1—2 uncialis, pileo (*prioris lamellis!*) concolor; in var. *Swartzii*, apice fusco-violaceus, unde pileus discoideus. [*Secr. n.* 960 a var. alba nihilo recedit.]

479. A. GRACILLIMUS, *niveus*; pileo membranaceo hemisphaerico *subflocculoso* ad latera sulcato, stipite filiformi tenui brevi basi floccoso, lamellis decurrentibus tenuibus, alternis subdimidiatis. *Weinm! Ross. p.* 121. A. menthicola *Lasch! n.* 205. *Vaill. p.* 71. *n.* 6! *Secr. n.* 958. Locis paludosis ad stipulas etc. Iunior subflocculosus; pileus medio nunc depressus, nunc papillatus, 2—3 lin. latus. Stipes 3—6 lin. long.

** Integrelli, *lamellis plicaeformibus angustis subaequalibus.*

Potius Cantharellis adscribendi! sed ultima species singulae antec. sect. in hos abit. Olim omnes sub A. integrello junctos nunc fide *Laschii* recipio

480. A. INTEGRELLUS, albus, fragilis, pileo membranaceo hemisphaerico expanso pellucido-striato, stipite tenuissimo brevi deorsum pubescente, lamellis decurrentibus distantibus subramosis, acie acutis. *Pers. ic. et descr. t.* 13. *f.* 5. *S. M. p.* 161. *Secr. n.* 959. — In terra, ligno putrescente. Pil. 2—3 lin. latus.

481. A. MICROSCOPICUS, minimus, diaphanus, pileo primitus umbilicato tenuissimo 4—6 — sulcato, stipite capillari aequali, lamellis angustissimis arcuatis. *Wirtg. in Fl.* 1835. *p.* 321. Ad ligna putr. Ob pileum *primitus infundibuliformem* 1—2 lin. lat. notabilis. *Non vidi.*

482. A. POLYADELPHUS, minutissimus, niveus, tenacellus, pileo tenuissimo hemisphaerico sulcato flocculoso, stipite tenerrimo basi floccoso, lamellis decurrentibus rugaeformibus. *Lasch! Linn. n.* 208. *Secr. n.* 961 (non A. capillaris b. Fr.; nec A. acicularis *Hoffm.* cui lamellae latiusculae. *Mich. t.* 80. *f*, 11. anceps.) Denso agmine ad folia Quercus, Fagi putrida, dense gregarius. Stipes pro ratione longior; pil. 1 lin. — Distinguit insuper *Lasch* A. caricicolam *l. c. n.* 209, ad stipulas caricinas, versus A. *integrellum* medium.

IX. PLEUROTUS. Leucosporus. Stipes excentricus, lateralis vel nullus (*haud cartilagineus!*) *Parasitici* [rarissime unus alterve exacte dimidiatus terrestris], *irregulares*, *carnosi l. membranacei.*

A Chondropodibus (VI—VIII) facillime dignoscuntur; sed a reliquis hymenio cum stipite carnoso contiguo (III—V) saepe tantum loco epixylo. Nam permulti *Pleuroti* sect. 1. verticaliter nati v. c. A. *corticatus*, *ulmarius* stipitem habent exacte centralem et pileum regularem horizontalem. E contrario omnes antecedd. sect. in situ obliquo, praecipue ad viarum latera, excentricae obviam veniunt et obliquae. Inter *Galorrheos*, *Russulas*, *Cantharellos*, *Marasmios*, *Lentinos* omniaque ultima AGARICINORUM genera occurrunt simul Pleuroti.

I. EXCENTRICI. Pileus integer lateraliter productus, ut passim lateralis appareat; attentius vero observatus etiam in latere mutilo observatur tenuis margo (Cfr. *Batt. t.* 9. *E*), quo ejusmodi individua a typice dimidiatis facile differunt.

* *Velo annulato squamosove.* Lepiotaria.

483. A. CORTICATUS, pileo compacto integro villo denso demum floccoso-squamoso obducto, stipite firmo radicato subexcentrico fibrilloso, annulo membranaceo lacero, lamellis decurrentibus subdistantibus divisis postice anastomosantibus. *S. M.* 1. *p.* 179. *Weinm. p.* 122. *Lasch. n.* 547. *Pers. Myc. E. n.* 44, 59 — *Secr. n.* 52, nisi synon. pro more omnia confunderent. Trunc. Amplus, saepe caespit. pileo e griseo-tomentoso albicans, interdum cum lamellis albis lutesc. [*Schaeff. t.* 225 habitum sat exprimit; e textu *Lactarii* status].

* A. TEPHROTRICHUS, minor, exannulatus, margine stipiteque villosis *l. c. Secr. n.* 1060. *Lasch. n.* 240. Iuxta terram radicans, praec. in pinetis. An separandus?

484. A. ALBERTINI, pileo convexo dimidiato squamulis pilosis nigricantibus adsperso, stipite verticali firmo infra annulum fuligineum nigricante-squamuloso, lamellis decurrentibus latis subdistinctis. *S. M. l. c.* — *Alb. et Schw n.* 672. Trunc. abiegn. *semel.* Non vidi.

485. A. DRYINUS, pileo compacto duro obliquo glabriusculo, squamis maculaeformibus fuscescentibus variegato, velo fugaci lacero albo appendiculato, stipite *sublaterali* obeso, lamellis decurrentibus angustis subsimplicibus *Pers.* — *S. M. p.* 180 .*Schaeff. t.* 233. *Secr. n.* 1055. Ad trunc. Quercus etc. Mi-

nor. Hae tres unius varr. videntur. Est *Clusii esc. gen. IX. spec.* 2.

486. A. SPONGIOSUS, pileo pulvinato *spongioso-molli subtomentoso*, velo lacero fugaci appendiculato, stipite brevissimo excentrico tomentoso, lamellis sinuato-adnatis confertis albis. — *Lasch. n.* 548 lam. angustis tantum a nostro differt. Trunc. Fagi, rar. Subsessilis, crassus, pileo cinereo, habitu *Polyp. betulini.* Lamellae haud anastomos. — Hic a prior. valde diversus, mox verminosus.

487. A. ORNATUS, pileo carnoso *umbonato squamulis flocculosis fulvofuscescentibus secedentibus velato*, stipite spongioso-farcto excentrico glabro lamellisque obtuse adnatis perlatis distinctis subdistantibus luteis. Ad truncos Pini, trans Näs Upsaliae. Caute ab A. *rutilante*, cui similis, distinguendus. Stipes 1—2½ unc. l., ½ unc. crass. l. infra, apice vix pruinos. Pileus 2—5 unc. lat., non depress. l. hygrophanus. Caro mollis, albido-lutea, margine tenuis. Ob colorem et locum cfr. cum hoc n. 278, cum sq. n. 137.

488. A. DECORUS, pileo carnoso convexo-explanato *subdepresso, squamulis adnatis pilosis nigricantibus scabro*, stipite farcto aequali molli lamellisque obtuse adnatis confertis latis distinctis luteis. *S. M.* 1. *p.* 108. Ad truncos abiegnos rariss; in Smoland. pinet. montos. abundat. Elegantiss., fragilis, nunc centralis, nunc excentricus, absque velo distincto, luteus, hygrophanus. *Var.* l. c.

** *Lamellis emarginatis l. obtuse adnatis.* Aegeritaria.

489. A. ULMARIUS, pileo carnoso compacto convexo-plano glabro submaculato udo, stipite subexcentrico valido deorsum incrassato subtomentoso, lamellis *adnexis* (*emarginatis rotundatisve*) subconfertis latis albidis *Bull. t.* 510. *S. M. p.* 186 c. syn. *Sowerb t.* 67. *Vittad. Mang. t.* 23. *Myc. Eur. n.* 63. β. 64—66. — b. verticalis, stipite centrali. A. inclusus. *Scop.* A. Ursipes *Lasch! n.* 510. Trunc. Ulmi, Fagi, Quercus, Populi, frequ. E statura Tricholoma! magnus, stipite valido tenaci elastico basi vel undique villoso. [A. *dasypus* P.] Pil. pallescens, passim tessulato-rimosus (*Weinm. Ross. p.* 126), sed haec forma non est sq. Odor acidulus.

490. A. TESSULATUS, pileo carnoso compacto convexo-plano glabro guttato-marmorato irregulari, stipite excentrico brevi deorsum attenuato glabro, lamellis uncinato-adnatis confertis albis. *Bull. t.* 513. *f.* 1. *S. M. l. c. Myc. Eur.*

*n.* 63, 47, *t.* 23. *f.* 4. Ad trunc. arb. frondos.; Upsaliae e Liljeconvaljeholmen allatus a *Lindgren.* Priori valde affinis, sed spec. Bulliardiana — minor, firmior, pileo fulvente nitido. Odor farinac.

491. A. SUBPALMATUS, pileo carnoso molli convexo-plano obtuso laevi glabro, stipite excentrico incurvo aequali «fibrilloso-striato», lamellis adnatis confertis latis rufescentibus. *Sowerb. t.* 62. *S. M. l. c. Secr. n.* 1065. Ad truncos caespitosus. Totus rufescens, sed per pl. annos a me non iterum repertus [*Bulliardi* fungus Upsaliae lectus sporidia spargit ferrugin. An praesens certe Leucosp.?]

492. A. CORIIPELLIS, pileo carnoso rigido glabro udo, pellicula crassa subcoriacea separabili, disco compacto umbonato, stipite excentrico erecto fibrilloso-striato tenaci, lamellis leviter arcuato-adnatis (denticulo decurrente) planis confertis albis. Ad basin trunc. Quercus. rariss. solitarius. Alii vix affinis. Stipes 2—3 unc. l., ½ unc. cr., sordide albus, intus subrubescens. Pileus spadiceo-brunneus fere nigricans, siccus cervinus l. lutescenti-brunneus, disco excepto tenuis, carne albo-fusca.

493. A. CRASPEDIUS, pileo carnoso molli convexo-plano depressove undulato-lobato subpruinato, stipite solido excentrico brevi inaequali, lamellisque adnatis vix confertis latis albidis. *S. M. p.* 187. *Paul. t.* 44. *f.* 3. optime. *Fl. D. t.* 891. Ad bases trunc. Caespitosus, haud compactus, inodorus, dilute griseus, disco e fusco cinereo.

494. A. FIMBRIATUS, pileo carnoso tenui e plano infundibuliformi laevi *hygrophano*, margine demum sinuato lobatoque, stipite subexcentrico e farcto compresso firmo brevi arrhizo villoso, lamellis adnatis tenuibus confertissimis subfurcatis albis. *Bolt. t.* 61. *S. M. p.* 94 cum syn. *Sterb. t.* 15. B. — *Secr. n.* 678 junior; B bene convenit. Ad bases trunc. ligna carie soluta Fagi etc. Sq. valde affin., junior sine dubio pileo stipiteque vestitis, sed adultus (qualem praecipue legi) denudatis, odore farinae obsoleto, e hyalino candicans.

* A. LACHNOPUS, irregularis, pileo subcompacto repando *subnudo cinereo*, stipite farcto brevi villoso, lamellis crasiusculis *subvenosis* confertis candidis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 18. *Secr. n.* 679 ex quo *Paul t.* 114. *f.* 6, 7 (a me non visa). Cum proximis rarius, quibus *medius*; quoad lamellas fere monstrosus, quare pro autonomo proponere nolui. Nec priorem, nisi species *antiquae mihi sanctae*, distinguerem.

495. A. LIGNATILIS, pileo carnoso tenaci irregulari convexo-plano subumbilicatoque *flocculoso-pruinoso*, *stipite e farcto cavo subtenui* irregulari flexuoso subvilloso, lamellis adnatis confertis angustis candidis. *S. M. l. c.* c. syn! *El. p.* 23. *Weinm. p.* 127. *Secr. n.* 680. *Fl. Dan.! t.* 1797. etiam *Pers*! est hujus status. A. Marklini. *Tratt. austr. t* 28. Ad ligna putrida, fr. Sordide albus, odore forti farinae, summopere *versiformis*; sub pluviis glabratus.

496. A. CIRCINATUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso *orbiculari micore sericello candicante*, stipite farcto elastico brevi aequali *glabro radicato*, lamellis adnatis (subdecurrentibus) confertis albis. — *Secr. n.* 670. Ad ligna putrida Betulae. Semel d. 14 Oct. 1834 in Smoland. legi. Solitarius, eximie regularis, subcentralis, tenax, totus albus, non hygrophanus, odore debili grato nec farinaceo. Tota facies n. 213.

*** *Lamellis longe decurrentibus.* Concharia.

497. A. PULVINATUS, pileo compacto horizontali integro subrepando *glabro*, *disco rivuloso*, stipite obliquo brevissimo *duro subbulboso*, lamellis decurrentibus confertis albis. *Pers. syn. p.* 370. Ad truncos; e Juglande vetusta delapsum vidi. Pil. albo-incarnat. pallesc. 4—6 unc. l. *Spec. melius observ.*

498. A. AQUIFOLII, pileo carnoso molli convexo-plano subrepando sicco *glabro*, stipite excentrico recto valido compacto aequali subcompresso albo, lamellis decurrentibus *crassis subdistantibus obscurioribus*, postice annulato-junctis. *Paul. p.* 132. *t.* 38 (duplex, altera pileo rubro, altera pileo obscure alutaceo.) Cfr. *Batt. t.* 9. A. e fig. potius hic, quam A. *ulmarius*. Sub Ilice Galliae. Magnus, admodum deliciosus. Tribus, immo genus incerta (sq. proximus dicitur) quia *non vidi*.

499. A. ERYNGII, pileo carnoso tenaci convexo-expanso demum depresso irregulari *virgato-scabro*, stipite solido subexcentrico nudo albicante, basi subattenuato, lamellis decurrentibus subdistantibus latis albido-carneis. *Dec.* — *S. M. p.* 84. *ubi syn. cop. Vittad. t. X. f.* 2.! *Paul. t.* 39. *Mich. gen. t.* 73. *f.* 2. Ad radices Eryngii campestris Eur. austr. Pileus junior subtomentosus griseo-rufescens, demum flavescens, etiam centralis et lateralis. Sporidia in lutescentem tendunt. Esculentus.

500. A. POMETI, pileo carnoso subflaccido convexo laevi glabro, disco depresso, stipite excentrico solido tenaci elastico *villoso-radicato*, lamellis decurrentibus *confertis postice*

*discretis* albis. Hypoph. pometi. *Paul. t.* 23. *f.* 1.! In truncis cariosis pomariorum: Lugnet Upsaliae. Totus *albus*, exsicc. tenax, flaccidus, pallesc., mollis, pileo irregulari involuto. Stipes 2—3 unc. l., 3—4 lin. cr. in meis, ut optima ic., geminatim connatus. [Sat accedit *M. E. t.* 25. *f.* 1 sed potius A. *corticati* forma. Cfr *A. S. n.* 671 *β*.]

501. A. SPODOLEUCUS, pileo carnoso *subfragili* integro horizontali plano convexo glabro, stipite subexcentrico inaequali sursum basique praemorsa incrassato glabro, lamellisque decurrentibus *confertis simplicibus* albis. *S. M. p.* 182. *Paul. t.* 22 bis! — var. forte stipite (ad modum n. 489) tomentoso: *Secr. n.* 1059. Ad trunc. Fagi, Quercus, solitar. l. caespit. Pileus cinereus, subviolascens, dein expallens; praeced. magis affinis, quam sq.

502. A. GLANDULOSUS, pileo carnoso molli conchato udo glabro expallente, stipite excentrico lateralique irregulari brevi crasso, lamellis decurrentibus latis *glandulosis* candidis, postice anastomosantibus. *Bull. t.* 426. *S. M. p.* 182. *c. s.* — b. *Secr. n.* 1056. *Paul. t.* 28. Ad truncos, subcaespitosus. Pileus obscurus, glandulis exceptis sq. similis, servandus, cum a *Bull.* distinctus!

503. A. OSTREATUS, pileo carnoso molli subdimidiato conchato adscendente expallente, stipite abbreviato (obsoletove) firmo elastico basi strigoso, lamellis decurrentibus subdistantibus *eglandulosis postice anastomosantibus albidis. Iacq. Austr. t.* 288. *S. M. p.* 182, cum *syn. et varr.! Sow. t.* 241. *Vittad. Mang. t.* 4. *Lenz. f.* 19. *Krombh. t.* 41. *Tratt. essb. Sch. t. O.* [*Austr. t.* 40. var.] Species insuper centies picta! Cfr. S. M. Ad trunc. arborum frondos. frequens, a sero autumno in ver. Subcaespitosus, interdum paene centralis, saepe subsessilis, color e nigricante l. coerulescente expallet; pilei cuticula saepe squamato-lacerata. Antiquitus cum proximis ut edulis celebratus; certe *Clusii esc. g. VI* etc. [Singulas formas, species spurias, syn. Paulet. Secr. etc. loci angusties exponere vetat.] Bull. et Vittadini ad species vix affines extendunt.

504. A. SALIGNUS, pileo e compacto spongioso subdimidiato horizontali, primo pulvinato laevi, dein disco depresso substrigoso, stipite brevi albo tomentoso, lamellis decurrentibus eglandulosis *subramosis erosis basi discretis* subconcoloribus. *Abbild d. Schw.* 3. — *S. M. n.* 172. *Tratt. Austr. t.* 8. *Weinm. Ross. p.* 124. A. brumalis *Scop. p.* 459. *Paul.*

*t.* 22. Ad truncos. Subsolitarius, compactior, lamellis etc. distinguendus. Etiam sporidia sordidescunt. Var. *ochracea* sistit modo specimina vetusta exoleta. Cum *Pano conchato* (demum coriaceo! nec molli) hic et prior neutiquam confundendi.

505. A. ACERINUS, *candidus*, *tenax*, pileo carnoso inaequali *sericeo-villoso*, stipite sublaterali tenui obsoletove villoso, lamellis decurrentibus *confertissimis tenuibus*, demum lutescentibus. Ad truncos Aceris. Statura A. *lignatilis*. Pileus 1—4 unc. latus, non hygroph.

506. A. MUTILUS, *albus*, *mollis*, pileo carnosulo molli versiformi sicco sericeo glabrescente, stipite excentrico brevi sublateralique tereti erecto basi villoso, lamellis decurrentibus angustis *crassiusculis* subconfertis. *S. M. p.* 191. *Lasch n.* 253. A. putatus *Myc. Eur. n.* 33, 37. Omphal. mutilus. *Batt. t. IX. E.* Ad terram raro. Vix umquam duo conformia individua videre licet: major et minor, spathulatus, excentricus etc. Affinis n. 455, sed carnosior.

II, DIMIDIATI, pileo definite laterali, postice immarginato, non vero primitus resupinato.

507. A. GEOGENIUS, erectus, pileo carnoso *semiinfundibuliformi* laevi glabro, margine undulato reflexo, stipite laterali brevissimo crasso *tuberoso*, lamellis decurrentibus confertis *candidis*. *Decand. in litt.* 1822! *Mich. gen. t.* 65. *f.* 2. *Paul. t.* 25. *f.* 1, 2 var. alba. — *Pers. M. E. n.* 39, 67. *Secr. n.* 1061. (male S. M. citat) excl. syn. Ad terram Eur. austr. Pileus fuscescens, subinde lobis circumscriptis quasi integer. A sq. ceterum vix satis differt.

508. A. PETALOIDES, adscendens, pileo carnoso *spathulato* integro, disco depresso stipiteque *compresso* villosis, lamellis decurrentibus confertis linearibus albidis. *Bull. t.* 226, 557. *S. M. p.* 183.! *Weinm. p.* 125. *Lère in M. E. t.* 25. *f.* 6 (var. eximia, pileo rubro!.) *Pers. Obs. t.* 4. *f.* 1. *Secr. n.* 1075. Ad truncos et terram (nullo modo diversus, Upsaliae, Odensjö etc. legi copiose terrestr.). Stipes majorum canalic. Pileus fuscus, expallens. Lamellae, optime docente Bull., ex albo cinereae l. lutescentes.

509. A. PULMONARIUS, horizontalis, pileo carnoso molli *convexulo obovato* reniformique glabro, stipite laterali tereti brevissimo villoso, lamellis planodecurrentibus simplicibus *albis* livescentibus. *S. M. p.* 187. *Weinm. p.* 128. A. petaloid.

*Sommerf. Lapp.* p. 258. (*Paul. t.* 22. bis var. laxior.) Ad Betulae, Sorbi etc. trunc. in Eur. boreal. Pileus e griseo alutac.

510. A. SEROTINUS, pileo carnoso compacto viscoso, stipite laterali crasso *punctis fuligineis squamuloso*, lamellis determinatis confertis *flavis* pallidisve. *Schrad. Abbild. Schw.* 3. *S. M. p.* 187. c. syn. *Weinm. p.* 128. *Secr. n.* 1078. *Sommerf. l. c. Fl. D. t.* 1293. *f.* 2. *Buxb. C. V. t.* 2. *f.* 2. Ad trunc. arb. frondos, Eur. boreal. ubique. Serotinus hiemalisque, pileo luteo-viridi, fuligineo-olivaceo, primo pellicula viscida tectus.

511. A. MITIS, pileo carnosulo tenaci reniformi laevi glabro expallente, stipite laterali compresso *sursum dilatato albo-squamuloso*, lamellis determinatis confertis distinctis albis. *Pers.* (non Obs. Myc. ic.) *S. M. p.* 188. *Weinm. p.* 129. *Sommerf.* l. c. Ad ligna et ramulos Pini silv. bruma vulgatiss. Minor, totus albus pileove rufescente (A. laccat. *Schultz*). Forma similis sed cinnamomeus *A. stipticus* Bull. est Panus.

512. A. LIMPIDUS, horizontalis, pileo carnosulo obovato-reniformi laevi glabro hygrophano, postice stipitiformi-attenuato, lamellis linearibus confertis *ad basin decurrentibus* albis. A. lacteus. *Scop. p.* 458. Ad fagos; jam aestate. Udus hyalino-albus, siccus candidus, planus, subuncialis stipitis rudimento nec villoso nec squamuloso.

513. A. PLANUS, pileo carnosulo semi-orbiculari, demum *applanato fragili* glabro udo, margine striato, stipite brevissimo basi tomentoso, lamellis determinatis distinctis *incarnatis. Fr. Elench. p.* 23. *Alb. S. p.* 230. *β.* Ad ligna fagi hieme. Subsessilis, pusillus, vix unc. e violaceo carneus. *Non vidi* vivum, certe Leucosp.!

514. A. TREMULUS, pileo carnosulo reniformi depresso tenaci laevi, stipite marginali *distincto subtereti adscendente* villoso, lamellis adnatis determinatis linearibus distantibus griseis. *Schaeff. t.* 224 (sed fig. 1, 2 stipite canalic. certe ad n. 508 deflectunt) *Sowerb. t.* 242. *S. M. p.* 191. *c. syn! Sommerf. l. c. Weinm. l. c.* — b. *Secr. n.* 1062! Inter muscios. Griseus, rigens. Stipes saepe gracilescens, *fibrillis muscis adfixus*, solitar. Habemus var. pileo 1—2 unc. lobis circumscriptis infundibuliformi undulato, stipite unciali.

515. A. ACEROSUS, pileo membranaceo reniformi plano striato sublobato hygrophano, stipite *brevissimo obsoletove* laterali basi substrigoso, lamellis determinatis linearibus *confer-*

*tis* simplicibus *griseis.* *S. M. p.* 191. — *Bolt. t.* 72. *f.* 3. In pinetis ad ligna cariosa, acus; in glarea viarum; haud raro. Versiformis, flaccidus, fusco-griseo-expallens etiam zonatus et strigosus obvius; plures stipites interdum concrescunt (Cfr. S. M. l. c.) — var. *Canth. lobati* (a. C. *muscig.*) facie, subsessilis in mycelio effuso albo, glauca, sicca fuligineo-fusca-supra Sphagna.

516. A. DICTYORHIZUS, *candidus*, subsessilis, pileo membranaceo orbiculari sinuato, *basi reticulato-fibrillosa lateraliter inserto*, lamellis simplicibus inaequalibus. *Dec. fr.* 2. *p.* 594. *Fl. Dan. t.* 1552. *f.* 2. Ad terram. Delicatus, A. *Byssesisedum* omnino refert.

III. RESUPINATI. Pileo *primitus resupinato*, lamellis in centro concurrentibus, dein subreflexo sessili.

* *pileo carnoso uniformi.*

517. A. PORRIGENS, *albus*, pileo carnoso tenaci primo resupinato, dein *adscendente* e *basi porrecta auriformi sursum glabro*, lamellis angustissimis linearibus. *Pers.* — *S. M. p.* 184. c. syn. *Fl. Dan t.* — *Weinm. p.* 130. Ad trunc. Pini in montanis abunde, jam aestate. *Schrader* primus legit! Primo pelta plana excentrica, dein A. petaloidem refert.

518. A. PINSITUS, albidus, pileo carnoso molli, primo resupinato dein *expanso sessili sericeo-villoso* undulato, lamellis latis distinctis. *S. M.* l. c. *Weinm.* l. c. — *Schaeff. t.* 213. *f.* 2 ex habitu. Cfr. *Secr. n.* 1066. Ad truncos raro. Colore tam externo, quam sporidiorum sordido distinctus, hygrophanus.

519. A. NIDULANS, pileo carnoso, primo resupinato, dein expanso sessili reniformi tomentoso, lamellis latis *aurantio-fulvis.* *Pers. ic. et descr. t.* 6. *f.* 4 (squalido colore) *S. M. p.* 189. c. syn. *Weinm. l. c. Lasch. n.* 250. Ad ligna cariosa Pini, fagi, haud raro. Colore *luteo-aurantio*, tomento concolori l. albicante, micat. Mollis, neutiquam coriaceus (ut *Secr. n.* 1080 ad siccum forte.)

520. A. SEPTICUS, candidus, pileo carnosulo tenui e resupinato reflexo laevi pubescente, *stipite tenui incurvo* pubescente evanescente, radiculis byssoideis, lamellis distantibus. *S. M.* ubi syn. *Weinm. p.* 132. *Sow. t.* 321. Ad ramos, stipulas. A. *variabilem* refert, sed lamellae non decolorant, pusillus, tam versiformis, ut idem indiv. diversa aetate aegre agnoscas.

** *pileo carnoso*, *strato superiori* (pellicula crassa) *gelatinoso.*

521. A. MASTRUCATUS, pileo carnoso, strato sup. gelatinoso, primo resupinato, dein expanso sessili lobato *squamoso*, lamellis griseo-albis. *S. M. p.* 190. *Sowerb. t.* 99. Ad truncos cariosos, nobis haud rarus in fagetis. Major, pil. fusco, pellem tetram referente.

522. A. ATROCOERULEUS, pileo carnoso, strato sup. gelatinoso, primo resupinato, dein obovato reniformi *tomentoso*, lamellis confertis albolutescentibus. *S. M. l. c. Lasch! n.* 549. *Schaeff. t.* 246. *f.* 3, 8. 9. Ad truncos Populi etc. Pileus atrocoeruleus, fuscus etc., expallens.

523. A. ALGIDUS, pileo carnoso, pellicula gelatinosa, primo resupinato, dein expanso reniformi *glabro*, lamellis latiusculis confertis pallido-lutescentibus. *S. M. l. c. Lasch. n.* 251. *Fl. Dan.* 1552. *f.* 1556. *f.* 2. A. cynotis. *M.. Eur. t.* 23. *f.* 5 Ad truncos Betulae. Minor. Pil. umbrino-rufus — in b. caesius, lam. cand.

524. A FLUXILIS ,*sessilis*, pileo carnosulo superne *gelatinoso-fluxili* reniformi, lamellis distantibus albidis, paucis integris. *S. M. p.* 189. *Secr. n.* 1063. Muscos in truncis laxe adhaeret. Tenuis, pellicula summa disparente, subumbrinus, «olivascens».

525. A. UNGUICULARIS, pileo carnosulo superne gelatinoso-viscido, *stipite brevissimo adscendente glabro evanido*, reflexo, lamellis determinatis distantibus albis. *Fr. El. p.* 24. In rimis corticum hieme. Perpusillus, pileo aterrimo griseove, villoso. *Myc. Eur. t.* 26. *f.* 9 habitum exprimit).

526. A. CYPHELLAEFORMIS. Berk. *in Hook. Brit.* (non vidi).

*** *pileo membranaceo, haud viscido.*

527. A. NIGER, ater, pileo membranaceo, primo resupinato medio adfixo pulveraceo, dein reflexo, *margine plicato*, lamellis latis acie cinereis. *Schwein.* — *El. p.* 29. Trunc. Iuglandis albae. 2—3 lin lat.

528. A. APPLICATUS, obscure cinereus, pileo submembranaceo *firmulo* e resupinato-reflexo striatulo subpruinato basi villoso, lamellis laxis dilutioribus. *Batsch. f.* 125. *Sow. t.* 301. *Bull. t.* 581. *f.* 2. *S M. p.* 192. c. syn. *Weinm. p.* 133. *Myc. Eur. n.* 1 *α*, *γ*., 2, 3 (nisi A. unguicul.) *t.* 28. *f.* 8. Ad ligna cariosa. Pusillus, subcarnosulus, colore varians.

529. A. STRIATULUS, dilute cinereus, pileo *tenerrimo striato* flaccido glabro, lamellis paucis distantibus. *S. M. p.* 193. c. syn. Pers.? A. membran. *Scop.* a) obconico-campanulatus persistens; ad paginam infer. lignorum prostratorum Pini. b. im-

bricatus, subreflexus; in ramulis coryleis etc. — c. stipitum, irregularis *M. E. t.* 25. *f.* 3. Neuter nobis rarus, sed siccus mox corrugatus oculos fugit. (Icon *Pers. Obs. M.* 2 *t.* 5. *f.* 8, 9 valde aliena).

530. A. PERPUSILLUS, candidus, pileo *tenerrimo* e resupinato reflexo *laevi* glabro, lamellis paucis latis. *S. M. l. c.* cum syn. *Weinm. p.* 133. *Fl. Dan. t.* 1295. *f.* 1. *Buxb. C. V. t.* 7. *f.* 3. Ad ramulos etc. hieme. Siccatus lutescit. Nondum adest stipitellus ut in n. 520, cui affin. — *Bolt. t.* 72. *f* 2 ad utramque citare licet. = A. *ringens* etc. vide Lentinum.

---

Ser. II. HYPORHODII, sporidiis roseis rubellisque. Vel. partiale o.

X. VOLVARIA (S. M. 1. p. 277). Rhodosporus. Velum universale persistens, primitus contiguum, ab epidermide pilei discretum (*volva*). Hymenophorum a stipite *discretum. Est Amanita sporidiis rubellis. Hinc Psalliotis, illinc Pluteis affines, inter se nimis cognati. Lamellae liberae, ventricosae, albo-rubentes* — omnibus eaedem.

* *pileo sericeo aut fibrilloso.*

531. A. LEJOCEPHALUS, *candidus*, pileo carnoso convexo plano obtuso sericeo sicco, stipite solido *brevi firmo*; volva amplissima, lamellis liberis immutatis. *Decand.* — *S. M.* 1. *p.* 277. In Eur. medit. Candidus, maximus, suaveolens, deliciosus. *Non vidi*, forte ab A. *regio* non satis diversus.

532. A. BOMBYCINUS, pileo carnoso molli campanulato-expanso subumbonato *sericeo-fibrilloso unicolori*, stipite solido attenuato glabro, volva amplissima, lamellis liberis carneis. *Schaeff. t.* 98. *S. M. p.* 217. c. s. *Kromb. t.* 23. *f.* 15—21. Ad truncos. Spectabilis, candidus. Notab. *var. paludosa:* stipite subbulboso sericeo-fibroso, lamell. distantibus. *Lasch. Linn. n.* 419. — Idem l. affinis ex America merid. *Plum. fil. t.* 167. *f. F.*

533. A. VOLVACEUS, pileo carnoso molli campanulato-expanso obtuso *fibrillis adpressis nigro-virgato*, stipite solido subaequali, volva laxa, lam. u. s. *Bull. t.* 262. *S. M. p.* 272. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1731. *f.* 2. *Letell. t.* 623. *Act. Nat. Cur. XVI. t.* 7. *Weinm. p.* 237. In vaporariis, stabulis bovinis etc. Tenuior, pil. fuliginoso.

* A *rhodomelas*, pileo squamuloso-villoso viscido, volva exigua. *Lasch. l. c. n.* 586. *Paul. t.* 151. *f.* 8. Sow.

t. 1. media ratio. In fimetis Lundae, vineis *Paul.*, fagetis Lasch. Stipite pubesc. ad n. 537 transit.

534. A. Loveianus, pileo carnoso tenui *convexo-explanato obtuso* alboserίceo, stipite farcto attenuato, volva laxa lobata, lam. u. s. *Berk. in Hook. E. Fl!* V. p. 104. In Agarico nebulari parasitat! Gregarius, subcaespitosus, tenuis, candidus; stip. 2. unc. l. Pil. $2\frac{1}{2}$ unc. latus. *Berkeley in litt; non vidi.*

535. A. parvulus, pileo carnosulo *conico-expanso umbonato* sicco stipiteque farcto aequali sericeis, volva exigua, l. u. s. *Weinm. Ross. p.* 238. A. pusillus *S. M. p.* 279. cum syn. *Bull. t.* 330. *Pers. Obs. t.* 4. *f.* 4, 5 stipite fistuloso. — b. major, pileo plumuloso, volva vaginali. *Weinm. l. c.* A. plumulosus. *Lasch! Secr. n.* 37. In vaporariis, hortis, sed in silvis quoque var. magis candida.

** *pileo glabro subviscoso* (exoleto vero sericeo-nitente.)

536. A. regius, pileo carnoso *compacto* convexo explanato *glabro laevi subrufescente*, stipite solido firmo glabro fuscescente, volva amplissima *circumscissa*, l. u. s. Richione *Porta.* Fung. regius odorat. *Bauh.* etc. *Paul. t.* 153. *f.* 3—5. In Eur. mediterr. raro. Major, albida, firma, speciosa; lam. evidenter carneae, qui in n. 531 albae persistere dicuntur. Cum hoc jungerem tamen, nisi certiss. *Pauletii* synon. ad A. ovoideum citaret Auctor. Deliciosus, fragrans.

537. A. speciosus, pileo carnoso molli campanulato-expanso obtuso glabro *laevi viscoso disco griseo*, stipite solido attenuato subbulboso volvaque laxa *villosis*, lam. u. s. *S. M. p.* 278. *Fl. Dan. t.* 1737. *Krombh. t.* 26. *f.* 1—8. *Weinm. p.* 238. *Secr. n.* 36. In ruderatis, sterquilin. Amplus, robustus, albicans; spec. esculenta dicta, sed mihi valde nauseosa, suspecta.

538. A. medius, pileo carnoso convexo-plano *obtuso viscoso unicolori*, margine laevi, stipiteque solido aequali *glabris*, volva vaginali lobata, l. u. s. *Schum.* — *S. M. l. c. Fl. Dan. t.* 1676. *Larbr. t.* 9. *f.* 4 ex icone. In silv. Totus albus, minor; ad praec. accedens, ut A. *parvulus* ad A. volvac.

539. A. viperinus, pileo carnoso *persistenter conico* acuto laevi (sicco sericeo nitente), stipite solido aequali, volva tenui integra *coarctata vaginato*, lamellis liberis albo-flavescentibus. A. conicus. *Pico in Mem. Soc. med. Par.* 1781. *t.* 12. *f.* 4, 6. *Paul. Ch. t.* 151. *f.* 4, 5. A. glojoceph. *Larbr. t.* 9. *f.* 5. (copia) Ad margines viarum in Eur. Austr.

Gracilis, stipite subflexuoso, pileo cinereo, pro ratione parvo. Venenosus et a ceteris valde diversus. *Non vidi.*

540. A. GLOJOCEPHALUS, pileo carnoso convexo-plano umbonato glutinoso, *margine striato*, stipite solido aequali glabro, volva *tuberosa subobliterata*, lamellis liberis albo-carneis. *Dec.* — *S. M.* l. c. — *Letell. t.* 645 ex Berkel. sistit potius A. specios. In pratis ad Monspelium. Quoad descr. a proximis diversus, *non vidi.*

HYPORRHODIOS stipite annulato haud novi — cfr tamen Psalliotas — et si exsistant a sq. vix separandi; est sane annuli praesentia parum essentialis etiam inter Lepiotas!

XI. PLUTEUS. Rhodosporus. Velum o l. potius universale cum epidermide pilei concretum. Hymenophorum a stipite fibroso discretum, hinc lamellae *primitus rotundato-liberae*, *cohaerentes*, molles.

Tribus praeced., immo lamellarum indole *Coprinis* proxima, neutiquam confundenda cum spec. seqq. tribuum lamellis tantum secedenti-liberis. Respondet Lepiotis in priori serie. Agarici hymenophoro discreto a reliquis olim genere separandi. *Plutei* omnes, exc. ultimo abnormi, *lignicolae*: ut Volvariae ita affines ut unam speciem primariam forsan sistant; sed unum alterumve individ. terrestre utique reperire licet et formae ita constantes, ut facile separentur cum optim. Auctoribus.

* *pilei cute in fibras l. floccos secedente.*

541. A. [PLUTEUS] CERVINUS, pileo carnoso campanulato-expanso laevigato *glabro*, *dein in fibrillas squamulasve secedente*, margine nudo, stipite solido *nigro-fibrilloso*, lam. liberis confertis albo-carneis. *Schaeff. t.* 10. *S. M. p.* 199. c. syn. cop.! *Sow. t.* 108. *Batsch. f.* 76. *Krombh. t.* 2. *f.* 7—10. *Sturm. t.* 28. Vulgatiss. ad truncos etc. Major, (3 unc. et ultra) e fuligineo cute disparente virgatus et expallens, interdum fusco-lutescens (*Fl. Dan. t.* 1067. *f.* 2. *Cfr. n.* 548.) Hic proteus est: cfr. *Secr. n.* 540—542, 544.

* A. RIGENS, pileo cinereo nigro-virgato squamulosove, stipite subnitido *l. c.* Cum priori, jove sicciori, magis rigens, prioris quasi forma excoriata. (Haud multum, cfr. descr, distat *Paul. t.* 134. *f.* 3).

542. A. UMBROSUS, pileo carnoso campanulato-expanso *lacunoso-rugoso*, *primitus villoso* margineque ciliato-fimbriato, stipite solido *villoso-squamoso*, lamellis liberis (subfuligeneo) fimbriato-marginatis. *S. M. p* 200. *Weinm. p.* 137. — *Pers. ic. et descr. t.* 2. *f.* 5. 6 certe est forma ad priorem

revergens. Ad truncos ipsamve terram locis valde umbrosis. Umbrino-nigrescens, statura prior.

543. A. EPHEBEUS, pileo carnoso convexo-explanato obtuso *villoso* margine simplici, stipite *farcto glabro striatulo*, lamellis liberis unicoloribus ochraceo-carneis. *S M. p.* 238. A. villos. *Bull. t.* 214 non Scop. et alior. Ad truncos rarior. Medius, pileo purpureo — l. fusco-violaceo, dein floccoso-squamuloso. Lamellae forte typice albo-carneae (*Secr. n.* 538. *Weinm. n.* 134) et colore lutescente ut varii h. trib. ludunt.

544. A. SALICINUS, pileo carnosulo convexo-plano subumbonato, *disco obscuriori* flocoso-ruguloso, stipite farcto *fibrilloso albido-coeruleo*, lamellis liberis subroseis. *Pers. syn. p.* 344 a. *β.* *S. M. p.* 202. *Secr. n.* 545. Ad Salices cavas. Minor (1, raro 2 unc.), pileo caesio-cinereo.

545. A. HISPIDULUS, pileo carnosulo convexo-plano sublaevi piloso sericeove, stipite *fistuloso-glabro* laevi argenteo, lamellis liberis albo-carneis. *S. M. p.* 201. Huic proximus: *Secr. n.* 547. Ad truncos Fagi. Perpusillus (pil. ½ unc. l., stip. 1 lin. cr.), pil. griseo. [*Batsch. f.* 25 staturam exprimit].

546. A. PELLITUS, *albus*, pileo carnosulo convexo-plano laevi sicco sericeo, stipite *farcto glabro* laevi subnitido, lam. u. s. *Pers.* — *S. M. p.* 198. *Secr. n.* 557. Ad et circa truncos in terra graminosa. Mollis, inodorus, mediae staturae.

** *pileo atomato-pruinato subpulverulento.*

547. A. PLAUTUS, pileo carnosulo campanulato-expanso laevi glabro, rore fuligineo adflato, stipite *fistuloso velutino-molli fusco-nigricante*, lam. u. s. *Weinm.! Ross. p.* 136. Ad ramenta lignea. Minor, fragilis, subgraveolens, pil. alutaceo udo.

548. A. NANUS, pileo carnosulo convexo-plano ruguloso obtuso, fuligine flocculoso-pruinosa consperso, stipite *solido rigido* brevi striato albo, lam. u. s. *Pers.* — *S. M. p.* 200. *Secr. n.* 543. — b. lutescens. A. leoninus *β.* *Lasch. n.* 267. — *Bull. t.* 547. *f.* 3. Ad truncos. Pumilus, sed firmus, pil. umbrino.

? 549. A. MELANODON, pileo carnosulo convexo-plano umbonato pulverulento, margine striatulo, stipite *fistuloso gracili firmo glabro* nitido, lam. liberis albo-carneis, acie nigro-crenulatis. *Secr. n.* 550. Ad truncos Fagi. Tenax, stip. 3 unc. l. sed vix lin. cr. pileo «aurore mat» 8—12 lin. lat. *Non vidi.*

550. A. SEMIBULBOSUS, pileo carnosulo hemisphaerico obtuso atomato-molli *sulcato*, stipite subtiliter *fistuloso pube-*

*scente*, basi bullato, lamellis liberis crassiusculis unicoloribus albo-carneis. *Lasch!* Ramos decid. Populi, Betulae incolit. Pusillus albus.

*** *pileo nudo glabro.* (541 junior).

551. A. Petasatus, pileo carnoso campanulato-expanso umbonato *glaberrimo viscido pelliculoso*, ad medium membranaceo demumque striato, stipite solido procero rigido fibrilloso-striato a basi aequaliter attenuato, lamellis liberis latissimis ($\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ unc.) confertissimis arescentibus ex albo rubellis (acie subfulventibus). In sterquilinis straminibusque coacervatis, Upsaliae. Habitus plene *Volvariae*, ut, simul loco congruo, diu at frustra volvam quaesiverim, licet in stipitis basi adpresse sericea volvae rudimentum forsan videre liceat. At A. *Pluteo* (Cfr. Weinm. n. 232) maxime cognatus. Stipes 6 unc. l. firmus pallidus, demum fulvescens. Pil. 5—6 unc. l., pellicula separabili (ut in A. pluteo vegeto juniori) albido-ciner., subspadiceus etc. Cfr. *Secr. n.* 537, sed syn. diversis.

552. A. roseo-albus, pileo leviter carnoso convexo-expanso *laevi* glabro, margine nudo, stipite solido attenuato *albo-pruinoso*, lamellis liberis subdistantibus carneis. *Fl. Dan. t.* 1679. *S. M. p.* 199. *Lasch. n.* 555. Ad truncos. Medius, firmus, pileo carneo.

553. A. leoninus, pileo submembranaceo campanulato-expanso glabro nudo, margine striato, stipite *solido glabro striato*, lamellis liberis flavido-carneis. *Schaeff. t.* 48. *Pers.* ic. *descr. t.* 1. *f.* 3, 4. *S. M. l. c.* Ad truncos Fagi. Elatior, erectus, aquosus, fragilis, pileo luteo. Vulgo cum n. 548 lutesc. confusus. [*Secr n.* 546 videtur exoletus status].

554. A. chrysophaeus, pileo submembranaceo campanulato-expanso nudo erugi glabro subvirgatove, *margine striato*, *stipite cavo* glabro, lamellis liberis albo-carneis. *Schaeff. t.* 253. A. molliusc. *Sow. t.* 174. *Grev. Scot. t.* 173. A. phlebophor.? vascipes. *S. M. Secr. n.* 539. Cum priori, ejusque statura sed pileus colore cinnamomeo l. dilute umbrino gaudet.

555. A. phlebophorus, pileo carnosulo convexo-expanso *venoso-rugoso* margineque exstrio nudis, stipite fistuloso glabro incurvo nitido, lamellis liberis albo-carneis. *Dittm.* — *Sturm. t.* 15. *Nees Syst. f.* 202. *S. M. p.* 200 c. syn. Cum priorib. Pileus umbrinus et statura est A. *nani*, ceterum prioris forma videtur contracta. Cfr. El.

556. A umbrinellus, pileo carnosulo convexo laevi *margine fimbriato*, stipiteque fistuloso radicato tenaci gla-

bro nitidis, lamellis liberis albo-carneis. *Sommerf.! Lapp. p.* 259. *El. p.* 27. — Cfr. *Secr. n.* 548 (sed quomodo *Leucosporus* citetur?) Ad terram in subalpinis. Color et statura prioris, terrestris, radicatus, tenax. (v. s.)

XII. ENTOLOMA. Rhodosporus. Velum non distinctum (fibrillae stipitis pileive). Stipes carnosus l. fibrosus, mollis, interdum ceraceus. Hymenophorum cum stipite contiguum, lamellis postice sinuato-adnexis secedentibusve. *Plus minus carnosi, saepe terrestres, numquam primitus umbilicati.*

Tricholomatibus respondent, cautius ab Hebelomatibus separandi. Species nobilissimae, distinctissimae, sed, neglectis notis primariis, synonymia difficillima, ut in sq. tribubus. Plurimae *Pauletii* tab. in scientiae detrimentum mihi desunt. *Secretani* spec. immixtis alienis ad seriem aegre retuli; ut conferendas sub affinibus indico. Negligitur vulgo sporidiorum color, stipitis fabrica, marginis primaria directio etc. sine quibus de his colore variis nil certi statuendum.

I. Genuini. Pileus glaber, udus l. subviscidus, nec exsiccatus hygrophanus l. sericeus.

557. A. sinuatus, pileo carnoso convexo-expanso subrepando laevi glabro, stipite *solido compacto* valido *fibrilloso* candido, lamellis leviter adnexis latissimis confertis pallido-rufescentibus. *S. M. p.* 197. *Pers. M. E. n.* 281. — *Bull. t.* 547. *f.* 1, 590. i. e. A. fertilis *Pers. ex parte, Secr. n.* 577. — b. *Camelinus*, brevipes. *Lasch! n.* 553. [*Bull. t.* 579. *f.* 1. e statura, sed nunc mihi videtur Hebeloma]. In silvis frondosis Scaniae et Eur. med. Vulgo magnus, amplus, compactus; odore dulci grato nec farinae. Pileus primo gibbus, dein depressus albo-lutescens. Valde differt *n.* 573.

558. A. lividus, pileo carnoso convexo-expanso glabro laevi disco *nigropunctato*, stipite solido valido aequali albo, lamellis liberis confertis latis crenulatis ex albo-rufescentibus. *Bull. t.* 382. Ad terram. Bull. cum A. *Pluteo* ipse junxit, sed ex *Secr. n.* 588 *stipes sursum farinosus* demum rimoso-squamulosus, pileus albo-lutescens, pellicula demum in fibrilles secedente, odore forti alcalino. — Inodorum, saporem passim farinae rec. observat Bull., hinc forte sq. duplo major. *Non vidi.*

559. A. prunuloides, pileo carnoso campanulato-expanso *umbonato* laevi glabro *subviscoso, stipite solido* inaequali

*glabro* substriato albo, lamellis liberis ventricosis albo-carneis. *S. M. p.* 198. In collibus muscosis, passim. Statura exacte *A. Plutei* (lamell. insertione diversus). Odor A. *Prunuli*, sed A. *livido* Bull. simillimus, ni idem duplo triplove minor. Pileus albus, lutescens, cinerasc., demum longitud. rimosus. Lam. emarginatae, raro rotundatae, primo leviter adnexae.

560. A. Placenta, pileo carnoso convexo-explanato umbonato regulari glabro, stipiteque *solido aequali fibroso-striato brunneis*, lamellis emarginato-adnexis confertis crassiusculis incarnato-pallidis. *Batsch. f.* 18. *Fries Spic. Hyporh. p.* 5. Ad saepes humidas. Serotinus, inodorus, sapor demum acris. In nostro, a *Laschio* communic., stip. 2 unc. tantum (Cfr. *Secr.* 552. (Lapsum calami odoro in citat. Bull. t. 54 *lam. longe decurr.*! — et praeced. *lam. liberis* ad A. Pruuul.!)

561. A. elodes, pileo leviter carnoso convexo-plano subumbonato glabrato udo, stipite cavo pallido fibrilloso, basi subincrassato, lamellis emarginato adnexis *subdistantibus ex albo* incarnatis. *S. M. p.* 196. *Alb. Schw. n.* 509. *Lasch*! In palud. turfos. Eur. boreal. Odor farinae distinctus! Pileus livido-purpurasc., fuligineus; vetustus expallens, tigrinus, non hygrophanus. Variat squamulosus. [Vix Secr. n. 600, potius 597].

562. A. Batschianus, pileo leviter carnoso ex umbonato-convexo plano-depresso *viscido* glabro, stipite fistuloso tenaci fibrillis adpressis striato, basi attenuato lamellisque *postice attenuato-adnexis* planis *cinereis*. *Fr. Spic. p.* 5 *Batsch. f.* 19 [quatenus Hyporrhod.] Ad saepes humidas in silv. aestate. Odor obsoletus. Pileus fuligineo — l. olivaceo-niger, siccus nitens, glaber. Stip. aequal. l. utrinque atten.

563. A. Cudon, *cartilagineo-tenax*, pileo carnosulo conico acuto laxo laevi glabro, margine infracto sinuoso, stipite farcto brevi glabro pallido, lamellis *attenuato adnatis* confertis *purpureo-fuligeneis*. *Fries l. c. p.* 4. *Buxb. C.* 4. *t.* 21. *f.* 2. bona. Ad viarum margines rariss. Diversissimus, rigidus; subcoriaceus, inodorus, stipes fibrosus, nec politus. Pileus umbrino-niger, siccus nitens, nec expallens.

564. A. madidus, mollis, pileo leviter carnoso campanulato-expanso obtuso glabro *viscido*, stipite cavo clavato molli fibrilloso *violaceo*, basi albo, lamellis leviter adnexis secedentibus ventricosis albo-griseis. *Fr. Sp. p.* 6. *Fl. Dan. t.*

2148. A. subglobosus. *Schum!* Cfr. *Paul. t.* 82. *f.* 4. *Secr. n.* 622. — b. duplo minor, quam vidi. *Bolt. t.* 41. *B.* exacte e descr. hic l. e Pers., n. 141. utique similes formas offerens. Inter muscos in umbros. irriguis. Odor fortis pungens, fere Russulae foetentis. Pileus primo atro-violaceus, dein cinereus.

565. A. ARDOSIACUS, fragilis, pileo leviter carnoso e convexo-expanso *depresso* laevi glabro udo, stipite cavo elongato *chalybaeo*, a basi alba attenuato, lamellis subliberis confertis griseo-incarnatis. *Bull. t.* 348. *S. M. p.* 198. In pratis humidis Galliae. Pileus chalybaeo-cinereus, subvirens, interdum zonatus. *Non vidi*, in S. M. etiam e Bull. descripsi, quare «evidenter» non alius. Non videtur Leptonia!

566. A. RUBELLUS, pileo leviter carnoso convexo-expanso obtuso laevi glabro viscidulo, stipite cavo firmulo subaequali *villosulo albo*, lamellis adnexis confertis crenulatis roseis. *Scop. Carn. p.* 445. *Fr. Spic. p.* 4 *Weinm! p.* 665. In fagetis; in humo intra Alni truncum. W. Pulcher, stip. $1\frac{1}{2}$ unc. l. basi leviter incrass., pileo $1-1\frac{1}{2}$ unc. roseo l. fuscescenti-incarnato.

II. LEPTONIDEI. Pileus flocculosus, subsquamosus, absolute siccus nec hygrophanus.

567. A. SCABIOSUS, pileo subcarnoso e campanulato plano obtuso umbonato, *squamis papillosis stipatis erectis* scabro, stipite cavo attenuato fibrilloso fuligineo, lamellis subliberis ventricosis albo-griseis. *Fr Spic. p.* 3. *Batt. t.* 9. *f.* B. Ad terram silv. raro. Majusculus, admodum fragilis, pileo murino-fuligineo.

568. A. JUBATUS, pileo subcarnoso campanulato-expanso umbonato villoso-squamoso fibrillosove, stipite cavo aequali fuscescenti-fibrilloso, lamellis leviter adnexis secedentibus ventricosis confertis *fuligineis*. *S. M. p.* 196. In pratis muscosis, siccis et humidis. Proximis medius, *nobilis*, lam. demum purpurasc. Stipes rigens, totus fibrosus, haud nitens. Pil. murinus.

569. A. RESUTUS, pileo subcarnoso convexo *obtuso discoideo* adpresse squamoso fibrillosove, *stipite* subfarcto aequali molli glabro lamellisque leviter adnexis ventricosis crassiusculis *subgriseis*. In silvis raro. Stipes $1\frac{1}{2}-2$ unc. et ultra l., 1 lin. cr. glaber, sed mere fibrosus, sursum cavus. Pil. unc. fuscescens, centro obscur. non umbilic.

470. A. GRISEO-CYANEUS, pileo subcarnoso campanulato-convexo obtuso floccoso-squamoso, stipite *cavo flocoso-fi-*

*brilloso e pallido coerulescente*, lamellis adnexis secedentibus ex albido incarnatis. *S. M. p.* 202 («Synon. minus bene congruunt.») In provinc. montos. Sueciae vulgatissimus in collibus graminos. Habitus Leptoniae, sed humilior, mollis, stipes totus fibrosus, 2—3 lin. crass. junior albus. Pileus griseus l. in lilac. vergens.

571. A. DICHROUS, pileo subcarnoso campanulato-expanso umbonato sericello, stipite *farcto fibrilloso-farinoso violascente*, lamellis adnexis confertis incarnato-griseis. *Pers. syn. p.* 343. *S. M. l. c.* Cfr. *Paul. t.* 114. *f.* 4—5, non vidi, sed descr. congrua. Ad terram. Minor, pileo violaceo expallente, umbone rufescente. *Vidi sicc.*

572. A. SERICELLUS, pileo subcarnoso convexo-plano depressove *sericeo* demum squamuloso, stipite subfistuloso fibrilloso *albo-pallescente*, lamellis adnatis secedentibus leviter distantibus ex albo carneis. *S. M.* 1. *p.* 196. *Alb. et Schw. n.* 528. *Secr. n.* 612, 613. *Weinm*! *p.* 135. A. molliusc. *Lasch! n.* 265 et forte *Lasch.*! *n.* 551 status umbrosus. A. squamosus. *Scop.* [*Bull. t.* 524. *f.* 2 aegre definienda, etiam h. l. citari posset]. In graminosis vulgatus. Tenuis, proteus, colore albo pileove lutescente, non hygroph. facile distinctus. Stipes demum *subpolitus*, glaber. Margo pilei primitus inflexus albofloccos. Lamellae primo adnatae cum dente, dein emargin.

A. *sericeus* Pers. ic. descr. t. 6. f. 2., mihi non obvius, differt statura majori, stipite subbulboso, pileo campan., lam. confertis — an distinctus? l. *potius n.* 587 var? Cfr. Secr. n. 611.

III. NOLANIDEI. Pileus tenuis, *hygrophanus*, siccus subsericeus. *Saepe undulati, difformes.* A Nolanis, praeter stipitem, differunt margine pilei inflexo, sed in *n.* 575 *et* 577? rectus!

573. A. CLYPEATUS, pileo leviter carnoso e campanulato explanato umbonato glabro hygrophano, stipite floccoso-*farcto attenuato fibrilloso pallescente*, lamellis rotundato-adnexis secedentibus serrulatis sordido incarnatis. *Linn. Suec. n.* 1216! A. fertilis. *Alb. Schw. p.* 171. *Sommerf. p.* 259. *Weinm. p.* 136 et Pers. ex part. A. phoenosp. *Bull. t.* 534. *Bolt. t.* 69. *Buxb. C.* 4. *t.* 6. Cfr. *Secr. n.* 589. Fung. clypeatus. *Vaill. p.* 53. In cultis, ruderatis, pratis Eur. praec. bor. praec. vere. Magnus, gregarius, vegetus luridus ingratusque, sicc. griseus subnitens *virgatus tigrinusque*. Stip. apice subpruinatus. Lam. sporidiis obscur. pulverulentae.

574. A. RHODOPOLIUS, pileo leviter carnoso campanulato-expanso e gibbo subdepresso hygrophano, margine flexuoso primo infracto, stipite cavo subaequali *glabro candido* sursum pruinato, lamellis ex adnato sinuatis ex albo roseis. *S. M. p.* 197. c. syn. *Bolt. t.* 6. *Fl. Dan. t.* 1736. *Krombh. t.* 55. *f.* 17—22. Locis humidis silvar., copiose in regione Fagi. Fragilis, vulgo major (stipite subatten.) Pileus junior fibrillosus, mox glaber, udus lividus l. fuscesc., margine striatulo, siccus isabellino-livens sericeo-splendens. Lam. dein rotundatae l. emarginatae, pileo depresso subdecurr. Noster vix olet et vix differt A. *politus* Secr. n. 597.

575. A. TURBIDUS, pileo leviter carnoso campanulato-convexo umbonato hygrophano, *margine primo recto adpresso*, dein subfisso striatoque, stipite cavo inflato-clavato glabro laevi argenteo-splendente, lamellis emarginato-liberis confertis ventricosis albo-griseis. *S. M. p.* 205. *Secr. n.* 599. *Alb. Schw. n.* 604. — *Paul. t.* 56 var. In silvis, sub varr. formis, si lubet, separandis. Major, inodorus, pileo subfusco, sicco griseo. Lam. subundulatae, non pulverulentae ut n. 673. Forte latent 2 spec. a) *pinetorum mollior* — b. *Betuletorum.*

576. A. MAJALIS, pileo carnoso-membr. campanulato-convexo *umbonato* laevi glabro hygrophano, margine explanato repando, stipite fistuloso *torto striato* basi albo-tomentoso, lamellis subliberis crenatis e pallido-roseis. *S. M. p.* 205. In silv. abiegn. subcaespitosus, vere. Major, gracilis, pileo cinnamomeo, sicco ochrac. *Pileus*, ut in sq., tantum e laminis 2 scissilibus compaginatus. — Exstat var. mollior, dilutior, aestivalis *Sow. t.* 174 bene referens.

577. A. COSTATUS, pileo carn. membr. e convexo-bullato planiusculo *subumbilicato* undulato glabro hygrophano, stipite cavo brevi difformi substriato griseo, apice albo-squamuloso, lamellis subliberis integerrimis transverse costatis pallidis. *S. M. p.* 206. *Secr. n.* 598. In pratis paludosis, dense saepe caespitosus, quibusdam tantum annis. Fragilis, inodorus. Stip. 2 unc. l., 3—4 lin. cr. Pileus 2—3 unc. latus, fuscolividus l. sole adustus nitens. Lam. subundulatae.

578. A. SERICEUS, pileo carn.membr. convexo-explanato glabro hygrophano, sicco sericeo, margine inflexo repando striatulo, stipite *fistuloso brevi fibrilloso*, lamellis emarginatis planis subdistantibus griseis. *Bull. t.* 413. *f.* 1. optime! *Fries Spic. p.* 3. A. pascuus. *Pers. syn. et vulgo:* non Comm. Schaeff. In pratis post pluvias aestiv. frequens. Ab A. *pascuo*, cui in

S. M. subsumtus, separandus odore farinae recent. forti, pilei [udi umbrini] forma margineque involuto, lamellis integerrimis a stipite versus marg. attenuatis. Cfr. *Secr. n.* 600.

579. A. NIDOROSUS, pileo carn.membr. convexo-expanso subdepresso glabro hygrophano, sicco sericeo nitente, stipite *farcto aequali glabro* albo-pallescente, apice albo-pruinoso, lamellis emarginato liberis latis subdistantibus flexuosis pallido-incarnatis. In nemoribus frondos. circa Upsaliam. *Alcalino* — olens, A. *rhodopolio* subsimili longe tenuior, fragilis Stipes 2—3 unc. lon., 1—2 lin. crass. Pileus 3 unc. usque latus, difformis, rimosus, udus subcervinus. Cfr. *Secr. n.* 592, lam. subdecurr.!, numquam mihi obvius.

580. A. SPECULUM, *candicans*, pileo carn. membr. convexo-expanso subdepresso glaberrimo hygrophano, sicco splendente, margine infracto flexuoso, stipite fistuloso aequali fragillimo striato, lamellis emarginatis latis ventricosis distantibus albo-carneis. *Fr. Spec. p.* 4. *Batt.* 20. *f. D—F.*! Inter gramina pinguia, ramentis ligneis stercorata. Subcaespitosus, fragillimus, *inodorus*, udus pulchre pallescit, siccus argenteo-splendens. *Secr. n.* 591 manifeste differt: odore, stipite solido.

XIII. CLITOPILUS. Rhodosporus. Stipes carnosus l. fibrosus, sursum in pileum, margine primo involutum, diffusus. Hymenophorum cum stipite contiguum, lamellis postice aequaliter attenuatis subdecurrentibus, nec secedentibus sinuatisve. *Terrestres, saepe olidi, pileo plus minus depresso umbilicatove, umbilico similari.* Respondet Clitocybis; in S. M. etiam duas praec. tribus complectitur constantius separandas, licet formae quaedam Entolomatis, lam. spurie decurrentibus dein vero secedentibus, fallaces.

I. ORCELLI. Lamellae longe decurrentes. *Pileus irregularis, subexcentricus, flexuosus, vix hygrophanus, margine primo flocculoso.* Mouceron S. M., sed id vagum nomen, confusionis mater, ubique omittendum. *Cfr. p.* 44.

581. A. PRUNULUS, pileo carnoso *compacto, primo convexo regulari*, demum depresso repando pruinato sicco, stipite solido *ventricoso* nudo *striato*, lamellis longe decurrentibus subdistantibus ex albo incarnatis. *Scop. Carn. p.* 437 *et omn. Rec Systematic.* [non Patrum Cfr. p. 43] *S. M. p.* 193. *Secr. n.* 559. *Schaeff. t.* 78. *Sowerb. t.* 143. *Lenz. f.* 26. *Krombh. t.* 55. *f.* 9, 10. In silvis, praec. Eur. boreal. Pileus durus semper, albus cinereusve, numquam viscidus, zonatus, maculatusve. Odor farinae gratus.

582. A. Orcella, pileo carnoso *molli plano-depresso primitus irregulari* sericello, udo subviscido, stipite solido curto *flocculoso sursum incrassato*, lamellis longe decurrentibus confertis albido-lutescenti-incarnatis. *Bull. t.* 573. *f.* 1. 591. *S. M. p.* 180. (e Bull.) *Vittad! t.* 12. *f.* 2. *Secr. n.* 558. A. obesus. *Batsch. f.* 216. A. truncatus. *Pers.* — *Batt. t.* 39. *A. B.* In silvis, frequentior in Eur. austr. Gregarius, farinam olens, subexcentricus, saepe minor, pileo albo, lutescente, fuscescente etc. saepe maculato et zonato, undulato-lobato, ut Cantharellus, hinc *Clus. esc. gen. XIV. sp.* 1.

583. A. mundulus, pileo carnoso *tenui tenaci* plano-depresso inaequali impolito sicco, stipite farcto tenui flocculoso utrinque incrassato, *intus demum nigrescente*, lamellis longe decurrentibus confertissimis angustis pallidis. *Lasch! l. c. n.* 518. A. alutac. *Batsch f* 119. *Batt. t.* 16. *f. F.*—b. carne tota nigrescente. A. nigrescens. *Lasch! n.* 521. In nemoribus, inter folia etc. Albidus, vix unc, odore nullo, sapore ingrato amaricante, celerum priori nimis cognatus, ut in cibariis rejiciendus distinctus.

584. A. popinalis, pileo subcarnoso inaequali subrepando *flaccido glabro*, stipite farcto tenui aequali nudo subflexuoso, lamellis longe decurrentibus confertis lanceolatis obscure griseis. *S. M. p.* 194. In Scaniae versuris, saepe caespitos. Odor gratus farinae, sed co or sqq.! Pileus convexus depressusve, 1—2 unc. cum carne griseus, opacus. Stipes 1—2 unc. l., 2 lin. cr.

585. A. undatus, pileo subcarnoso profunde umbilicato undulato fragili *expallente*, *sicco sericello opaco*, stipiteque cavo brevi inaequalibus, lamellis longe decurrentibus tenuibus vix confertis obscure cinereis. A. hirneolus. *Secr. n.* 606. ex syn. — var. *β. S. M. ex parte.* In clivis graminosis passim jam aestate. Inodorus. Stipes mollis, vix unc. 2 lin. crass. basi subattenuatus albo villosus. Pileus $1\frac{1}{2}$ unc. latus, fuligineo-cinereus, saepe infundibuliformis et zonatus. Sporidia prior. obscurius rufescentia. Spec. *distinctissima*, a me olim cum A. *hirneolo undulato* (ut ejusd. status vegetus) confusus; laetor, me uno loco Secretano concedere posse. — Affinis vel *var.* pileo tenuiori *membranaceo* flaccido, stipite *farcto* glabro — ad latera viarum. Pileus valde inaequalis, excentricus, e griseo canus subnitidus, glaber, zona una alterave obscuriori notatus.

586. A. CANCRINUS, pileo carn. membr. ex umbilicato-convexo expanso inaequali exstrio expallente, stipite e farcto fistuloso tenaci curto glabro albo, lamellis decurrentibus *distantibus arcuatis ex albo* pallide incarnatis. In graminosis pinguibus, ad vias etc. Upsaliae. Stipes varius, aequalis l. apice incrassatus, teres l. compress., adscendens etc., vix unc. l., 2 lin. crass., basi villo albo humum conglobans. Pileus e dilutiss. carneo-albo alutaceo-albus, azonus, flocculosus, laevigatus, azonus, vix unc. Lam. crassiusculae distinct.

II. SERICELLI. Lamellae adnatae, leviter decurrentes. *Pileus regularis, sericeo l. hygrophano-sericeo, margine nudo.* Eccilíae in vivo (aegr. ex Auct. descr.) facile dignoscuntur stipite cartilagineo polito, colorato, lam. longe decurr.; difficilius lusus macri unius alteriusve *Entolomatis* lam. adnatis, nondum sinuatis (n. 572, 574 et forte 579.)

587. A. CARNEO-ALBUS, *albus*, pileo subcarnoso convexo-plano orbiculari laevi sericello subdiscoideo, stipite farcto inaequali fibroso-striato albo, lamellis adnato-decurrentibus tenuibus confertis ex albo carneis.. *With. arr. IV. p.* 170. *Vaill. par. p.* 55. *n.* 31. A. leucocarneus. *Secr. n.* 610. In silvis frondosis raro. Inodorus, gregarius, 1—2 unc., albus, disco pilei demum depressi subrufesc. *Vidi sicc.*

588. A. ANGUSTUS, pileo subcarnoso convexo-plano subumbonato glabro, sicco sericeo-nitente, stipite farcto *glabro albo*, basi incurvo villoso, lamellis adnato-decurrentibus confertis subincarnatis. *Pers. syn. p.* 345. *S. M. p.* 195. *Secr. n.* 609. Inter folia decid. sparsim, sat ambiguus. Pileus caesio-cinereus.

589. A. NIDUS AVIS, pileo subcarnoso e plano umbilicato fragili *flocculoso-furfuraceo* sericello, demum repando, stipite subcavo firmo flocculoso utrinque incrassato basi albolanato, lamellis breviter decurrentibus latis crassiusculis subconfertis ex albido carneis. *Secr. n.* 605. A. riparius. *Lasch. n.* 289 nomen antiquius, sed spectat ad *var.* pileo squamulo-fibrilloso, lam. subdistantibus — in ripis graminosis. In pinetis. Priori cognatus, subolens, pileo 1—2 unc. griseo-fusco, margine substriato.

590. A. VILIS, pileo submembranaceo convexo umbilicato striatulo sericeo-flocculoso molli hygrophano, stipiteque cavo tenui aequali *fibrilloso-striato griseis*, lamellis adnato-decurrentibus confertis albidis griseisve. A. parilis *Lasch*! *n.* 565. non multum obstat (alienus n. 237). In pinetis inter

muscos, serotinus, rarus, maxime trivialis, sed nescio cum quo comparandus. Stipes 2—3 unc. l., lin. l. parum ultra cr., sat tenax, sed fibroso-fissilis. Pil. unc., siccus laevis opacus flocculoso-mollis.

*Sequentes Laschianos depictos tantum vidi.*

591. A. CICATRISATUS, pileo submembranaceo convexo umbilicato *glabro exstrio, adulto rivuloso-ruguloso*, stipite farcto laevi basi *radicato strigoso*, lamellis adnato-decurrentibus latis subconfertis pallidis. *Lasch! n.* 286. Inter muscos in pinetis et betuletis. Subuncialis, pileo fusco. Insignis videtur.

592. A. NEGLECTUS, pileo submembranaceo e convexo umbilicato *exstrio fibrilloso-flocculoso*, stipite solido debili subfibrilloso albido, lamellis adnato-decurrentibus albido-carneis. *Lasch n.* 287. In collibus graminosis. Statura prioris. Pileus isabellino-pallidus. Odor farinae recent.

XIV. LEPTONIA. (S. M. p. 201) Rhodosporus. Stipes *cartilagineus*, tubulosus (tubulo farcto cavove), politus subnitens. Pileus tenuis, umbilicatus aut disco obscuriori notatus, cuticula fibrillosa aut in squamas *obscuriores* secedente; *margine primo incurvo.* Lamellae primo adnexae l. adnatae (immo cum denticulo decurrente) sed *secedentes. Minores, elegantes, inodori, Collybiis respondentes.*

Tribus elegans, neglecto vero fallaci stipitis colore, ne species quidem tute separante, quare plurimae *Eccilia*e S. M. huc migrant. Species nobiles, sed loco umbroso et palustri admodum mutantur, ut varias Auctorum et in Scaniae campis humidis olim lectas (saepe vernales) in praesente omittere consultius visum est. Statura et color supra omnem modum mutabiles. *Lamell. color primarius indicatur.*

a. *Lamellis albidis.* Pileus carnosulus, exstrius, non hygroph.

593. A. LINKII, pileo carnosulo convexo-plano fibrilloso-virgato squamulosove, disco obscuriori, stipite solido fibroso-striato nudo fumoso, basi incurvo, lamellis adnexis secedentibus *albidis, acie nigris. S. M. p.* 204. *Weinm. n.* 140. *Secr. n.* 549 (excl. nom. et syn.) Ad truncos. Nunc major subumbon., nunc minor subumbil., pileo e nigricante-fuligineo griseo. Stipes obsolete coerulesc.

594. A. PLACIDUS, pileo carnosulo campanulato-convexo obtuso *primitus fibrilloso-squamoso, disco obscuriori*, stipite farcto *glabro* violaceo apice punctato albo-pruinato, lamellis

adnexis latis albidis unicol. *S. M. p.* 202. *Secr. n.* 626. A. elegans. *Scop.* Ad et juxta truncos Fagi. Pileus albido-griseus, subinde cyaneo-griseus, fuliginosus, squamis obscurioribus, passim pulchre concentr. Major et minor, stipite nudo.

595. A. ANATINUS, pileo carnosulo convexo-campanulato obscurius umbonato squamoso-fibrilloso, stipite subcavo coerulescente *primo coeruleo pruinoso, dein squamuloso* coerulescente basi albo-villoso, lamellis adnexis secedentibus confertis latis albido-carneis. *Lasch.! n* 561. A. jopod *Secr. n.* 625. ad truncos vix differt. n pascuis. Habitus prorsus A. *griseo-cyanei*; pileo fusco-griseo. Insign. *var.* pileo conico, longit. rimoso l. c.

596. A. LAPPULA, pileo carnosulo convexo-plano, fibrillis brevibus erectis muriculatis in *umbilico obscuriori* stipatis nigropunctato, stipite fistuloso striatulo lilacino-fusco apice nudo nigro-punctato, lamellis adnato-secedentibus ovatis confertis albidis. Inter folia Fagi. Pilei fundus (non laceratus) griseus, primo flocculosus. Stip. saepe atro-purpureus. Lam. primo adnatae cum dentic. decurr.

597. A. LAMPROPUS, pileo carnosulo obtuso *convexo*-explanato exstrio, *demum depresso* squamuloso floccoso-diffracto, stipite subfistuloso laevi epunctato chalybaeo-violaceo, lamellis adnatis ventricosis albidis. *S. M.* 1. *p.* 203. A. asprellus. *Sommerf. Lapp. p.* 260. *Bull. t.* 521. *f.* 1 anceps, hic e colore! In clivis gram., nobis copiose. Stipes brevis, crassiusculus. Pileus recens opacus, nec umbilicatus nec papillatus, e murino l. chalybaeo griseus, primo subcontiguus. Intercurrit *minor*, stipite longiori tenuiori, pileo minori submembranaceo, lam. prorsus albis.

598. A. AETHIOPS, pileo carnosulo *plano-depresso* exstrio nitido *innato-fibrilloso*, stipite tenui glabro fusco-nigricante sursum nigropunctato, lamellis adnatis linearibus albidis unicoloribus. *Scop. Hist. Nat. IV. p.* 147. A. nigrella *Pers?* sed lam. non decurr. Inter sequentem, cui simillimus, pileo e nigro fuliginoso, stipitisque colore vario, sed lamellis angustis numquam caesiis nigrove-marginatis diversus. A priori differt pileo tenuiori, nitente, glabro primitus depresso.

* A. SOLSTITIALIS, pileo carnosulo depresso *centro papillato* ruguloso obsolete innato-fibrilloso, stipite subfistuloso glabro fumoso, lamellis emarginatis latis albidis. In pratis humidis Scaniae medio Iun. Pileus fuscescens. Cum aliis loc. ind. melius observandus. Cum praecc. *montanis simul* comparare non licuit.

b. *Lamellis primitus coeruleis cyanellisve.*

599. A. SERRULATUS, pileo carnoso-membr. hemisphaerico-expanso umbilicato subsquamoso, stipite fistuloso glabro sursum punctato nigro, lamellis adnatis secedentibusque latis segmentoideis e *caesio* griseo-incarnatis, *acie nigra serrulata.* *Pers. syn.* p. 463. *S. M.* p. 204. *Holmsk. Ot.* 2. t. 38 *Weinm.* p. 139. *Sommerf* l. c. — b pallidior. *Bull.* t. 413. f. 1.! In collibus, silvis etc. Eur. boreal. montos. vulgatissimus; primus in Lapponia detexit *Rudbeck.* Rigens. Stipes niger, cyaneus, glaucus, griseus! Pileus primo atrocoeruleus exstrius, sole adustus niger nitens, jove udo explicatus fuliginosus striatulusque, in nemoribus humidis gracilior, fusco-griseus, virellus etc., nigro-virgatus.

600. A. EUCHROUS, pileo carnosulo campanulato - convexo obtuso squamuloso-fibrilloso, stipite farcto glabro violaceo, lamellis adnexis ventricosis *violaceis*, acie *obscuriori integra.* *S. M.* p. 203. c. syn. *Secr.* n. 617. b. caespitosus. *Pers. syn.* p. 343. Ad truncos Coryli, Alni. Pileus violaceus.

601. A. CHALYBAEUS, pileo carnosulo convexo *subumbonato exstrio*, primitus flocculoso dein squamuloso, stipite farcto glabro cyaneo, lamellis emarginato adnexis latis ventricosis *caesio-albidis*, acie subdilutioribus. *Pers. syn.* p. 343. *S. M.* p. 203 c. syn. *Sowerb.* t. 161. *Krombh.* t. 2. f. 11, 12. In collibus graminosis. Firmulus. Color pilei et habitus prorsus A. *lamprop.* n. 597.

602. A. LAZULINUS, pileo submembranaceo campanulato-expanso obtuso *discoideo primo laevi udo striato*, stipite fistuloso glabro subcoeruleo, lamellis adnatis confertis aequaliter attenuatis pallide cyaneis. A. chalyb. b *S. M.* l. c. (*Bull.* t. 521 e pileo striat.) *Pers. ic. pict* t. 4. f 3, 4. Cum priori. b. A. atrocyaneus. *Pers. syn.* stipite pallido. Gregarius, fragilis, pileo primo glabro a) *atrocyaneo* b) *spadiceo - murino*, dein fuliginoso rimoso-squamuloso obsolete umbilicato. *Nolanis* valde affinis, sed in praec. videtur transire.

c. *Lamellis fusco — l. obscure purpurascentibus.*

603. A. CALIMORPHUS, pileo carnoso membranaceo conico-convexo umbonato dense squamuloso, stipite fistuloso tenui nigro-purpurascente, lamellis subliberis ventricosis *purpureo-micantibus nigro-marginatis.* *Weinm.! Ross.* p. 139. Ad terram Rossiae. Gracilis, pileo vix unc. nigro fuligineo.

604. A. GORTERI, pileo carn. membr. convexo obtuso velutino-squamuloso, *margine albo-fimbriato*, stipite fistuloso purpureo-violaceo, lamellis adnexis confertis unicoloribus fusco-

purpureo-micantibus. *Weinm.! l. c.* Cum priori locis humidis. Fragilis, pileo griseo-expallente.

605. A. AQUILUS, pileo submembranaceo convexo-plano profunde umbilicato squamuloso, stipite farcto brevi subfibrilloso, apice incrassato, lamellis *sinuato-adnexis* latissimis *subcordatis* umbrino-purpurascentibus. *S. M. p.* 209. Ad ripas, 2 locis saepe mihi redux; a nemine ceterum lectus. Pumilus, firmulus, umbrino-spadiceus.

d. *Lamellis pallidis.* Expallentes, virentes aut lutei.

606. A. INCANUS, pileo submembranaceo convexo-plano umbilicato sericello-glabro virgatove margine striato, stipite fistuloso nitido *glabro fusco-virente*, lamellis adnatis secedentibus latis subdistantibus albo-virentibus. *S. M. p.* 209. *Secr. n.* 630. A. murinus. *Sowerb. t.* 162. In graminosis silvat. Firmulus. Pileo planiusculo, rarius disco fibrilloso, colore e fusco et viridi vario facile distinctus. Stipes basi nudus, ex Secr., etiam coerulesc.

607. A. EUCHLORUS, pileo submembr. campanulato-convexo exstrio fusco-fibrilloso subsquamuloso, disco obscuriori impresso, stipite fistuloso *squamuloso-fibrilloso* virenti-luteo, *basi aerugineo-tomentoso*, lamellis adnatis subdistantibus pallidis. *Lasch! ad spec. et ic. — Mich. t.* 75. *f.* 5? sed olidus. In pascuis. Statura A. *campropr.*, proximis firmior, fractus aeruginascens, Pileus non explanat. junior fusco- dein luteo-viridis.

608. A. FORMOSUS, pileo submembranaceo convexo-plano subumbilicato striatulo, fibrillis adpressis squamulosis fuscesc. adsperso, stipite subfarcto striato *glabro nitido luteo*, lamellis adnatis subdistantibus flavido-pallidis. *S. M. p.* 208. *Secr. n.* 616. In silvis, raro. A. *asprellum* refert, colore luteo distinctus, sed stipes variat fuscescens et coerulescens: A. suavis *Lasch l. c. n.* 285.

e. *Lamellis griseis glaucisve.* Hygrophani, pileo substriato.

609. A. ASPRELLUS, pileo submembranaceo convexo-explanato *striato hygrophano umbilico obscuriori* squamuloso-fibrilloso, stipite fistuloso tenui glabro, lamellis adnatis secedentibus subdistantibus aequaliter attenuatis albido-griseis. *S. M. p.* 208. *Secr. n.* 621. var.! stip. coerul. Frequens in pratis siccis montanis denso agmine, mixtis saepe individuis stipite livido, fusco, viridi, coeruleo! Pileus primo fuligineus l. murinus, mox planus semper livido-grisens, umbil. excepto vulgo glaber.

610. A. SCABROSUS, pileo submembranaceo convexo-pla-

no primitus umbilicato *exstrio squamuloso* hygrophano, stipite farcto firmulo glabro *chalybaeo*, lamellis adnatis planis *segmentoideis* griseis. In pinetis locis graminosis raro. Pileus 1—2 unc. latus, fuligineo-griseus, umbilico similari.

611. A. NEFRENS, pileo membranaceo convexo-plano demum *infundibuliformi* hygrophano, umbilico profundo obscuriori, stipite fistuloso brevi glabro fusco-livido, lamellis adnexis secedentibus latis pallide griseis, acie tenui *nigrella* integerrima. *S. M. p.* 209. *Krombh. t.* 2.? *f.* 22. Cfr. *Secr. n* 604. In graminosis, saepe paludosis, raro. Habitus A. *Epichysii*, A. *serrulato* affinitate certe proximus. Pileus obsolete fibrillosus fuligineo-lividus, subundulatus, 1—2 unc.

612. A. SARCITUS, pileo membranaceo convexo-explanato *radiato-striato uniformi* hygrophano, in squamas fibrillosas lacerato, stipite farcto brevi glabro, lamellis adnexo-secedentibus linearibus distantibus crassis glaucis. Locis graminos. circa truncos Quercus, raro. Totus fragilis. Pileus subrepandus, demum plano-concavus, sed absque disco umbilicove discolori, fuligineus, siccus canus, stipitis longitud. latior. Non affinis reliquis.

XV. NOLANEA. (S. M. 1. p. 204) Stipes fistulosus, tubulo rarius medullato, *cartilagineus*. Pileus submembranaceus, campanulatus subpapillatus striatus (interdum laevis flocculis *dilutioribus* conspersus), *margine primitus recto stipiti adpresso*, nec involuto. Lamellae adnexae, subsecedentes liberae, nec decurrentes. *Graciles, subterrestres*, Mycenis *respondentes; toto vegetationis typo a Leptoniis distincti, paucissimi disco obscuriori impolito, ceterum non fibrillosi.* (Cfr. n. 575).

a. *Lamellis griseis fuscisve.* Pileus obscurus, hygrophanus.

613. A. PASCUUS, pileo membranaceo conico-expanso subumbonato glabro striato hygrophano, sicco sericeo-nitente, stipite fistuloso fragili *sericeo-fibroso striato*, lamellis postice attenuatis subliberis ventricosis confertis sordidis subgriseis. *Pers. Com. in Schaeff. t.* 229! (non Syn.) *S. M. p.* 205 (latiori sensu) *Buxb. C.* 4. *t.* 21. *f.* 1. *Batt. t.* 25. *E.* A. mammosus *L.* (*incl. n.* 616). *Bolt. t.* 35! Ubique in pascuis et silvis. Valde fragilis, inodorus, aquosus, colore squalido, sed vario: fuligineo (A. fuligineus *P. syn.*), fusco (Cfr. Secr. n. 554), livido-isaballino, testaceo-pallido etc. Plurimis jam segregatis adhuc proteus, etiam pileo repando, stipite compresso etc. varius, sed facile a reliquis differt *stipite fibroso*, licet gracili et rigido.

614. A. PROLETARIUS, pileo submembr. campanulato-expanso obtuso laevi, *disco obscuriori villoso* (non depresso, lacero), stipite fistuloso fibroso-molli fragillimo lamellisque secedente-liberis subdistantibus aquosis fuligineo griseis. *Fries Spic. p.* 8. *Batt. t.* 18. *D.* optime. Inter muscos udos. Valde aquosus inodorus, pileo subumbrino. *Similem* habeo statura majori, margine inflexo, forte L-ucosporum et n. 183 affinem

615. A. LIMOSUS, pileo subm. campanulato obtuso laevi glabro hygrophano, sicco canosericeo, stipite fistuloso *polito glabro nudo basi inflato*, lamellis adnatis ventricosis (medio $\frac{1}{2}$ unc. l.) griseis. *Fr. Elench. p.* 27. In limo exsicc. paludum turfosarum. Rigidus, subtenax, eximie cartilagineo stipite, odore forti farinae, pileo fuligineo.

616. A. MAMMOSUS, pileo subm. conico-campanulato papillato striato glabro hygrophano, sicco isabellino-sericeo, stipite fistuloso rigido *polito laevi glabro apice albo-farinaceo*, lamellis adfixis secedentibus subconfertis griseis. *Linn. Suec. n.* 1218 et Auct. *Fr. Spic. p.* 7. *Bull. t.* 526. *Batsch. f.* 5. Vulgatus in graminosis. Odor proprius. Stipes elongatus, nitens, fragilis, apice subincrass. Pileus fuscus. Lamellae numquam albae, ut in *Secr. n.* 597.

617. A. CLANDESTINUS, pileo subm. hemisphaerico umbonato striatulo glabro hygrophano, sicco sericeo, stipite fistuloso *brevi nudo glabro* lamellisque adnato-secedentibus *crassis distantibus ex umbrino* - purpurascentibus. *S. M. p.* 206. Locis humosis umbrosis silv. sparsus; dense gregarius inter olera in hortis. Priori minor firmior, colore umbrino et habitu A. *icterini* facilis distinctu.

618. A. JUNCEUS, pileo membr. e conico expanso *radiato-striato* nitido hygrophano, *disco umbilicato* subsquamuloso, stipite fistuloso gracili glabro fusco, lamellis adnexo-secedentibus adscendentibus obovatis subdistantibus e griseo-fusco purpurascentibus. *S. M.* 1. *p.* 208. *Secr. n.* 608 (at meus non viret). In paludibus Sphagnosis. Fragilis, elongatus, inodorus, umbrinus fuligineusve. — In siccis legi stipite brevi, disco uniformi laevi.

b. *lamellis flavidis pallidisve.* Laetius colorati. (613)

619. A. NIGRIPES, pileo submembr. campanulato obtuso exstrio, *flocculis dilutioribus tecto*, stipite fistuloso torto glabro *nigro*, lamellis subliberis ventricosis tenuibus luteo-incarnatis. *Trog in Flor.* 1832. *p.* 527. In paludosis Helvetiae

inter Iuncos. Foetens, Stipes 4—5 unc., subflexus. Pil. $1\frac{1}{2}$ unc. lat. fuscus, indumento lutesc., sat tenax. Insignis videtur *non visus*.

620 A. VINACEUS, pileo membr. campanulato-convexo obtuso striatulo nitidulo *furfuraceo*, stipite fistuloso glabro laevi *flavido*, lamellis adnatis emarginatisque distantibus subtenuibus albido-incarnatis. *Scop. Carn. p.*444. A. rufus *Lasch.!* Circa truncos Alni inter musc. Inodorus. Stipes 2—$2\frac{1}{2}$ unc. l., lin. cr., subtenax. Pileus $1-1\frac{1}{2}$ unc. latus, interdum glaber, rufescens l. aeneo-rufus. Sq., e Lasch, proximus.

621. A. CETRATUS, pileo membr. e campanulato explanato obtuso *furcato-radiato-sulcato glabro* hygrophano, margine crenulato, stipite fistuloso fragili glabro *flavido*, lamellis subadnexis linearibus flavo-pallidis. *S. M. p.* 207. *Lasch. n.* 563. — *Sterb. t.* 16 *C.* habitum exprimit. In fagetis inter folia. Major, admodum fragilis, pulcher, pileo flavido nitido. In paludosis habemus *var.* pileo fuscescenti-squamuloso lacero, stipite ad medium fere peronato-villoso.

622. A. CARNEO-VIRENS, pileo subm. campanulato profunde striato stipiteque *solido* aequali *obscure aeruginoso* glabris nitidis, lamellis liberis latis distantibus e pallido incarnatis. *Jungh. Linn. V. t.* 6. *f.* 2. In dumetis Hercyn. Solitarius, firmulus, inodorus, luteo-virens, stipite subflexo obscuriori apice cavo. Sporidia fuscescenti-rubella (forte sub micr. tantum!) *Non vidi.*

623. A. ICTERINUS, pileo subm. campanulato-convexo *papillato* striatulo hygrophano, stipite subfarcto brevi rigido *flocculoso-farinaceo*, lamellis adfixis liberisve distantibus ventricosis pallidis. *S. M. p.* 207. *Secr. n.* 615. (nec 616) In areolis hortorum subcaesp, in silvis solit. Distinctissimus, valde versiformis minor, numquam umbilic. l. squamoso-lacerus, sed papill. etiam evanescit, et passim floccis superficial. sdspersus. Color flavoviridis, luteus, stipite vero et papilla subinde fuscis, fungo putrescente cum lamellarum croceus.

624. A. PLEOPODIUS, pileo carn.-membr. conico-expanso subumbonato laevi stipiteque farcto rigido *albo-lutescente* apice subpruinato nitidis, lamellis postice attenuatis adnexis subliberis confertis e pallido rufescentibus. *Bull. t.* 556. *f.* 2. *S. M. l. c. Secr. n.* 614. *Krombh. t* 2. *f.* 17—20. In pascuis gregarius; in Eur. austr. Pileus lutescens non hygrophanus. Stipes subfibrosus. A *sericello*, sed etiam priori affinis.

c. *Lamellis e candido roseis.* Hygrophani.

625. A. HIRTIPES, *fragilis*, pileo subm. conico-campanulato obtuso striatulo hygrophano, stipite fistuloso gracili glabro fuscescente, deorsum hirto, lamellis liberis *obovatis* roseis. *Schum.* — *S. M. p.* 206. *Fl. Dan. t.* 1730. *f.* 2. *Weinm. p.* 142. — Folia Pini in Eur. boreal. Elongatus, pileo fuscescente.

626. A. INFULA, *tenacissimus*, pileo membr. conico-expanso papillato nitido sublaevi hygrophano, stipite subfistuloso rigido glabro nudo fusco, lamellis tenuibus *angustis confertissimis e candidissimo* roseis. *Fr. Sp. p.* 8. *Buxb C.* 4. *t.* 28. *f.* 2, certe, sed male. Ad terram in montosis copiose. Maxime versiformis (ad typum n. 475], *nobilis*, inodorus. Pileus semper nitens, minorum densissime striatulus, majorum repandus et difformis, immo infundibuliformis, papilla persistente, subcervinus, siccus lividus.

d. *Lamellis albidis.* Pileus non hygrophanus.

627. A. VERECUNDUS, pileo campanulato-convexo, disco carnoso glabro subumbonato, *versus marginem tenui striatulo flocculoso*, stipite fistuloso firmulo pallescente apice farinaceo, lamellis adnatis albidis. *Fr. Spic. p.* 6 In clivis graminos. catervatim. *Nobilissimus*, ab omnibus distans (statura *Schaeff. t.* 309). Pileus incarnato-albus; flocculi superficiales!

628. A. COELESTINUS, pileo membr. campanulato obtuso striatulo glabro, disco obscuriori scabello, stipite fistuloso glabro laevi *atrocyaneo* apice pruinato, lamellis adnatis latissimis albidis. Ad truncos Quercus. Utique affinis A. *placido* sed typus manifeste Nolanae. Pileus intense coeruleus.

629. A. EXILIS, pileo membr. conico-expanso striato glabro, *disco obscuriori subpapillato*, stipite fistuloso filiformi tenaci glabro nudo *virescenti-caesio*, lamellis adnexis subconfertis albidis. *S. M. p.* 206. *Lasch. l. c.* *Secr. n.* 623. Locis subhumidis graminos., inter folia. Tenellus, pileo $\frac{1}{2}$ unc. caesio-livido, in lilacinum passim vergente. — Inter Sphagna *var.* longior, gracilior, lam. acie fuscescentibus?

630. A. COCLES, pileo membr. cucullato furcato-sulcato glabro, *disco umbilicato scabroso obscuriori*, demum explanato, stipite tenui glabro livido, lamellis adnatis latis distantibus albo-rubellis. — Fungo expanso lamellae liberae apparent: cfr. hinc *Secr. n.* 553. In collibus sterilibus, valde distinctus, sed sparsus, pusillus oculos fugiens. Pileus nitens, umbrinus, sulcis fusco-nigris variegatus.

XVI. ECCILIA (S. M. p. 207 excl. specc.) Stipes *cartilagineus*, tubulosus (tubo cavo farctove) sursum expansus in *pileum* submembranaceum; margine primitus *inflexum*. Lamellae postice attenuatae, vere decurrentes (pileoque depresso magis, nec priorum instar secedentes). *Respondet Omphaliis et ad earum normam reformata tribus.* [An ultimi Clitopili, a me non visi, huc referendi, inquiretur.]

631. A. POLITUS, pileo submembranaceo umbilicato glabro hygrophano, sicco nitente, margine striato, stipite fistuloso aequali livido apice subpruinato, lamellis decurrentibus *confertis* ex albido incarnatis. *Pers. syn. p.* 465 (certe non Secr 594) *S. M. p.* 209. *Weinm. p.* 142. *Secr. n.* 593. — b. minor, stipite tenui farcto. *Lasch! n.* 290 (forte separandus). In fagetis legi olidum, inodorum in paludosis, fr. Major, quasi *A. hydrogrammus rhodosporus*, stipite 2—3 unc. pileo quoque livido.

632. A. APICULATUS, pileo carn.-membr. e convexo depresso *umbonato* laevi hygrophano, sicco sericeo, stipiteque fistuloso aequali glabro laevi lividis, lamellis ex adnato longe decurrentibus *subdistantibus griseis.* In pratis silvaticis. Gregarius, minor, tenax, lividus, umbone centrali facile distinctus.

633. A. ATROPUNCTUS, pileo carn.-membr. convexo *molli* [cinereo], stipite tenaci nitido livido *squamulis punctiformibus nigris*, lamellis decurrentibus distantibus pallidis. *Pers. syn. p.* 353. *S. M. p.* 195. Cfr. *Secr. n.* 602. In fagetis. Parvus, pileo 4—6 lin. *Non vidi;* fingo ad A. *Lappulam* accedere ut sq. ad A. *serrulatum.*

634. A. ATRIDES, pileo submembr. plano profunde umbilicato striatulo *subfibrilloso-virgato*, stipite subfistuloso pallescente *sursum nigro-punctato*, lamellis vere decurrentibus postice attenuatis subconfertis pallido-incarnatis acie nigra denticulata. *Lasch! n.* 560. A. nigrella. *Pers. ex Weinm.! p.* 143. Cfr. n. 598. et *Secr. n.* 603. Locis nemorosis humidis minime rarus, pro A. *serrulati* lusu a me semper sumtus (lam. etiam dilute cyaneae), at constantem video. Pileus non mollis, niger, fuscus, pallescens, albidus nigrovirgatus.

A. cyanellus *Lasch! n.* 562. A. cyanofilopes. *Secr. n.* 627, pileo tenuissimo flocculoso striato coeruleo griseofuscove, stipite filiformi atrocoeruleo-eodem modo ad A. *placidum* accedunt. Metuo ex ista regione plures species.

635. a. A. GRISEO-RUBELLUS, pileo membranaceo con-

639. A. Vahlii, pileo carnoso *molli* hemisphaerico-expanso *laevi subpulverulento*, stipite solido valido basi incrassato annuloque amplo extus ferrugineo-pulverulentis, lamellis adnexis confertis ex albo ferrugineis. *Schum!* — *S. M. p.* 240. *Fl. Dan. t.* 1496. *Weinm.! p.* 195. Ad terram. Magnificus, elatus, aurantio-ferrugineus. Fungus Schum. pileo glabro (qualem etiam in Norvegia legit Sommerf.) non differt a *Weinmanni* pileo sicco saltim subvelutino. — A. elasticus *Bolt. t.* 17 minori et juniori proximus.

640. A. Secretani, pileo carnoso convexo-plano obtuso, *squamulis obscurioribus secedentibus* glabro, stipite solido bulboso infra annulum flocculosum squamuloso, lamellis adnatis tenuibus ex aureo aurantiis. — A. muricatus. *Secr. n.* 76, a vero sane differt. In pinetis montosis graminosis. Minor, aureo-luteus, carne stipiteque, 1¼ unc. l., 2 l. cr., compactis luteis. *Non vidi.*

641. A. arrhenii. pileo carnoso tenui campanulato expanso glabro exstrio, stipite fistuloso rigido *fibroso-strigoso fuscescente* apice pallido, annulo integro distante, lamellis adnato-secedentibus ventricosis antice angustatis lutescentibus. In hortis. — Gracilis, stipite 3—4 unc. long. 1½ lin. cr., intus fuscus, apice lutescens. Pileus mollis, sublacunosus, siccus, 1½ unc. latus, carne lutesc., Lam. nec fuscesc. nec cinnamomeae, sporidiis ferrug. Color fere *A. hypnorum* ochraceus, statura *A. squamosi.*

642. A. togularis, pileo carnoso convexo-explanato *laevi glabro hygrophano*, stipite cavo fibrilloso striato pallido, annulo integro distante, lamellis adnato-secedentibus ventricosis ex argillaceo ferrugineis. *Bull. t.* 595. *f.* 2. (medius fere inter hunc et praeced.; ad hunc e colore refero). *S. M. p.* 242. *El. p.* 33. Cfr *Weinm. n.* 376. In graminosis. Noster *Bulliardi* multo major, udus dilute ferrugineus, pileo (3 unc. subexstrio) sicco argillaceo. Caro alba. Stipes firmus, 3—5 lin. cr. *Secr. n.* 79. statura magis convenit, sed aliis notis ad proximos accedit, pileoque albo-sericeo, stipite solido differt.

643. A. strophosus, pileo carnoso convexo-plano disco *subumbonato obscuriori*, versus marginem laevem *superficiali sericeo*, stipite cavo curto aequali sericeo ipso apice floccoso-annulato, lamellis ex adnexo liberis confertis ventricosis e pallido aquose cinnamomeis. In Smolandiae pinetis locis graminosis. *A. punctato* maxime affinis (pileus primo viscidus crustallinus, margine subalutaceo, etiam disco guttato legitur)

sed *stipes* [1—2 unc. l., sordide pallidus deorsum intusque fuscescit] *apice annulatus*. Lamellae subliberae, primo *carneae*.

644. A. EREBIUS, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso glabro hygrophano, *margine striato*, stipite cavo aequali pallido *annuloque apicali* campanulato-reflexo striatis, lamellis *adnatis* subdistantibus sordide cinnamomeis. *S. M. p.* 246. *S. Bot. t.* 584. *Weinm. p.* 231. [*Secr. n.* 81 annulo distante et statura sq. recedit.] Locis graminosis. — Gregarius, subfragilis, 2 unc., pileo saepe ruguloso lurido, sicco ochraceo-argillaceo.

645. A. BLATTARIUS, pileo carnosulo mox explanato subumbonato glabro *hygrophano*, *margine striato*, stipite fistuloso aequali stricto sericeo annuloque integro distante albis, *lamellis rotundato-liberis* ventricosis confertis aquose cinnamomeis. *S. M. l. c. Dub. Syn. p.* 812. *Secr. n.* 82. *Weinm. p.* 203. Locis cultis, ad pagos. — Elegans, pusillus, vix uncialis, pileo ferrugineo.

** PHAEOTI, lamellis sporidiisque fuscescenti-ferrugineis.

646. A. DURUS, pileo subcompacto convexo-plano glabro demum areolato-rimoso, margine laevi, stipite farcto *duro extus fibroso*, *apice subincrassato* farinaceo, annulo sublacero, lamellis adnatis (saepe cum dente) ventricosis e livido fusco-ferrugineis. *Bolt. t.* 67. *f.* 1. *A. molestus Lasch. n.* 434. A. obtusatus *Krombh. t.* 28. *f.* 14—22. A. praecox var. *Vulgo. Secr. n.* 98. In hortis (Laboratorii Chem. Upsaliens.), vaporariis. Sporidia ochreo-brunnea, fere ferruginea. Pileus fulvus alutaceo-fuscescens. Suasu plurimorum Auctor. hunc et subsequ. ab. *A. praecoci* P. distinxi, sed inde multiplex in Syn. oritur difficultas, immo cum diversissimo *hygrophano! A. togulari* collidere videntur. Sic A. vaporarium *Weinm. n.* 376 et *A. praecocem Fl. Dan. t.* 2076, huic proximos, ob colorem lam. paene cinnamomeum ad illum referres.

648. A. PRAECOX, pileo carnoso *molli* convexo-plano obtuso glabrescente laevi, stipite e medullato cavo *cylindrico* farinoso-pubescente, dein glabro annuloque albo, lamellis emarginato-adnexis confertis ex *albo*-fuscescentibus. *Pers. Syn. p.* 420. *S. M. p.* 282. *Lenz. p.* 51. *Weinm. p.* 232. — *Schaeff. t.* 217! [*Letell. t.* 6. non vidi.] In graminosis. Pileus albo-lutescens. Lamellae dente decurr. in olivaceum, nec ferrugineum, transeuntes. Sporidia brunnea fuscesc. Var. minor et annulo lacero-appendiculato: *Batt. t.* 20. *C.* etc.

648. A. SPHALÈROMORPHUS, pileo carnoso tenui convexo-plano laevi, stipite subfarcto *basi incrassato* sericeo, annulo distante integro membranaceo, lamellis arcuato-decurrentibus aridis *albo-lutescentibus*, demum fuscescentibus. *Bull. t.* 540. *f.* 2. *Weinm.! Ross. p.* 232. In humosis; in vaporariis major, annulo amplo. Lamellae diu lutescenti-argillaceae [*Secr. n.* 66, si hic, junior, pileo simul sericello] sed ex *Weinmann*, cui debeo, cum sporidiis demum fusco-nigricantes. Cfr *A. recalvus Lasch. l. c. n.* 431.

649. A. CORONILLUS, pileo carnosulo convexo laevi glabro viscidulo, demum circa discum depresso, stipite e farcto cavo *tenui glabro annuloque distante* albis, hymenophoro contiguo, lamellis rotundato-adnexis ventricosis ex albo-griseo ferruginascentibus. *Bull. t.* 597. *f.* 1. *S. M. l. c.* Cfr *Secr. n.* 69. colore et statura sequentis. Ad terram pinguem. Pusillus, firmulus, uncialis circiter, pileo fulvo.

650. A. GIBBEROSUS, pileo carnosulo planiusculo laevi sicco, disco gibbo obscuriori, stipite fistuloso tenui aequali glabriusculo annuloque lacero albis, *hymenophoro discreto*, lamellis absolute liberis confertissimis griseo-fuscis. — b. *A. dilutus*, pileo pallido, umbone roseo. *Pers. Syn. p.* 261 (nondum a me lectus). — Ad vias, in pratis in pineto-montanis. Admodum fragilis. Stipes 1—2 unc. l. medulla laxa bombycina. Pileus plano-orbicularis, uncialis, alutaceus, umbone fusco, non viscidus, quia cutis (vix sensibile) sericella. Lamellae *Plutei!* sed aridae, ad latera albidae, sporidiis ochreo-fuscis.

B. TRUNCIGENEI, *lignatiles l. epiphyti, subcaespitosi.* (Passim ad basin truncorum obviae, spurie terrestres). Subdivisiones *e lamellarum colore* maxime naturales.

* Lamellis e *pallido* fuscescentibus, olivaceis, argillaceis etc.

651. A. RADICOSUS, pileo carnoso aequali obtuso laevi glabro maculoso, stipite solido radicato supra annulum distantem farinaceo, *infra concentrice squamoso-squarroso, lamellis liberis* ventricosis e pallido rufescentibus. *Bull. t.* 160. *S. M. p.* 242! *Krombh. t.* 62. *f.* 6—10. *Secr. n.* 88. In regione Fagi locis umbrosis juxta truncos, subsimplex. Magnus, speciosus, odorus, pileo subargillaceo. Proximus, nisi idem detersus, *Paul. t.* 143. *f.* 1.

652. A. PUDICUS, pileo carnoso convexo-expanso obtuso *laevi sicco glabro*, stipite solido subaequali laevi, annulo patulo persistente, lamellis rotundato-adnatis ventricosis *ex al-*

*bido fulvis.* a. albus. *Bull. t.* 597. *f.* 2. *R. S. Batt. t.* 8. *A!* — b. fulvellus. *Bull. l. c. f. L—O. Letell. t.* 669. Ad truncos Eur. Austr. Simplex l. caespitosus, majusculus, stipite saepe excentrico et basi incurvo. Ex ic. Bull. discus micore albido irroratus.

653. A. cylindraceus, pileo carnoso convexo-gibboso laevi *glabro* subviscido, stipite farcto aequali subsquamuloso annuloque persistente apicali albis, lamellis adnexis confertis *ex albo ferrugineo-fuscescentibus. Dec. — Dub. Syn. p.* 813. Cfr. *Batt. t.* 6. *f. C.* Ad Salices Eur. austr. Caespitosus, pileo sordide luteo, disco obscuriori. *Non vidi.*

* A. attenuatus, pileo irregulari, stipite ab apice ad basin attenuato. *Dec. l. c. Letell. t.* 632. Cum priori, solitarius, ipso inventore suadente, ejus forte monstrum.

654. A. aegerita, pileo carnoso convexo-gibbo sicco *rivuloso-fibrilloso subsericeo*, stipite farcto aequali rigido glabro, annulo supero reflexo amplo, lamellis adnatis confertis *albidis fuscescentibus. Batt. t.* 6. *E.* (D recedit tantum stipite fulvo, ex aetate forte, cfr. sq.) *Paul. t.* 114. *p.* 301. (»Pivoulade»). Aegeritae Veterum. Ad Populos aliasque arbores Eur. austr. caespitosus. Demum inversus, lamellis decurrentibus ex Paul., ut in sq. vidimus. *Non vidi;* anteced. 3 Europae austr. proprias Myc. Eur. austr. commendo.

655. A. luxurians, pileo carnoso convexo-gibbo explanato inaequali *sericeo dein squamuloso*, stipite farcto rigido subsquamuloso ex albo fuscescente, annulo apicali lacero fugaci, lamellis ex adnexo decurrentibus confertis *e griseo-carneo fuscescentibus.* Polym. luxurians. *Batt. t.* 23. *B.* Hypoph. sericeum. *Paul. t.* 146. A serico-dryinus *Secr. n.* 85. Junior l. var. pileo laevi subviscido: A. dryadeus. *Scop. Carn. p.* 421. Ad truncos Quercus Eur. austr., e Gallia misit *Levieux.* Caespitosus, valde irregularis, carne crassa, alba. Pileus primo albo-lutescens, laevior, dein rufofuscus.

656. A. destruens, pileo carnoso inaequali sicco *squamis lanosis dilutioribus floccoso*, margine involuto fibrilloso, stipite solido sursum attenuato, annuloque fugaci albosquamosis, lamellis adfixo-striato-decurrentibus crenulatis e pallido *cinnamomeo-umbrinis. Brond! Crypt. Ag. t.* 6. A. serpentif. *Secr. n.* 86. (Synon. disparat) *Batt. t.* 8. *f. H.* — A. populneus. *M. E. n.* 285. ad specc. sicca detersa. Ad truncos Populi in Eur. austr. Subcaespitosus, pileo albido-lutesc. A-

bunde differunt loco congrui *A. Aegerita* et *Battarae* (Secr. n. 87. Syn. alieniss.)

657. A. COMOSUS, pileo carnoso convexo obtuso *viscoso, squamis superficialibus secedentibus* floccosis adsperso, stipite solido subbulboso annuloque floccoso evanido albis, lamellis subdecurrentibus integerrimis *ex albo fuscescenti-argillaceis.* A. villosus. *Bolt. t.* 42. Ad Fagi truncos, subsolitarius. Junior valde compactus, durus. Stipes per aetatem elongatur, saepe curvatus. Pileus fulvus.

658. A. HETEROCLITUS, compactus, pileo e plano-convexo expanso obtusissimo subexcentrico *squamis sparsis innatis adpressis maculato*, stipite solido curto *duro bulboso radicato* fibrilloso albido, apice velato, lamellis rotundato-adnexis latissimis e pallido ferrugineis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 223. Sub A aurivello *S. M.* sed distinctissimus. Ad truncos Betulae solitarius, frequ. in Eur. boreali. *Distinctissimus*, odore vulgo forti acido, fere Armoraciae, pungente. [Sed odor incertus valde in hac regione; hunc, A. *squarrosum* etc. habemus prorsus inodoros.] Pileus albidus l. lutescens, in squamas latas diffractus, interdum laevis, siccus, sed vetustus irrigatus viscidus, *discus plano-truncatus!* Stipes intus basi rhabarbarinus; velo fugaci, appendiculato, sed ipso apici stipitis adhaerente.

659. A. AURIVELLUS, pileo carnoso e campanulato convexo *gibbo, squamis adpressis obscurioribus* variegato subviscido, stipite farcto subaequali curvato, squamulis adpressis floccosis fusco-ferrugineis adsperso, annulo subdistante, lamellis sinuato-adfixis ex albo stramineoque ferrugineo-umbrinis. *Batsch. f.* 115. *nec differt f.* 114. *Fr. Obs.* 2. *p.* 17. *Weinm. p.* 197. *Alb. et Schw. n.* 418. — b. A. *salicinus*, obscurior. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 2074. Ad truncos arborum frondos. Pileus disco compactus, junior et versus marginem floccosus, luteo-ferrugineus. Lamellae demum spadiceae.

* A. FILAMENTOSUS, pilei tenuioris squamis adnatis concentricis, annulo floccoso-radiato. *Schaeff. t.* 209. A. flammans. *Batsch. f.* 30. A. rhabarbarinus. *Pers. Syn. p.* 271. *Secr. n.* 73. A flammiger *Lasch. n.* 573. — A. squarrosus *Krombh. t.* 3. *f.* 2. Praecipue in pinetis ad ligna. Pileus subfulvus. Posset cum aliis separari, sed in tanta affinium copia distinguo tantum primarios, *absolute diversos.*

660. A. SQUARROSUS, pileo carnoso e campanulato-convexo explanato sicco stipiteque farcto *basi attenuato, squamis*

*confertis innatis revolutis obscurioribus* squarrosis, annulo floccoso, lamellis subdecurrentibus confertis angustis e *pallido-olivaceo* ferrugineis. *Müll. S. M. p.* 243. cum syn.! *Paul. p.* 232. *Weinm. l. c.* — A. squamosus. *Bull. t.* 266. A. floccosus. *Schaeff. t.* 61. *Sowerb. t.* 284. *Grev. t.* 2. Ad et juxta truncos, in Eur. boreali copiose. Caespitosus, graveolens, croceo-ferrugineus, nunc compactus, nunc tenuis.

* A. Mülleri, pileo obtuso *pallido adpresse squamoso* udo, lamellis fuscescentibus. *Fr. l. c. Fl. Dan. t.* 831. *Batsch.* 114. Ad Fagi truncos. Cum n. 659 neutiquam comparandus.

* A. reflexus, pileo tenui *cuspidato-umbonato* piloso-squamoso, stipite subcavo longo aequali. *Schaeff. t.* 80. *S. M. l. c. γ.* Ad Quercus radices in umbrosis. Annulus saepe membranaceus.

* A. verruculosus, pileo compacto obtuso luteo, squamis confertis papillisque cinnamomeis, stipite villoso-squamoso. *Lasch. n.* 353. *Secr. n.* 70. *c.* Ad truncos Aceris etc. Insignis, forte separandus.

** *Lamellis e luteo pure ferrugineis fulvisve.* Non hygrophani (Cfr. n. 677).

661. A. spectabilis, pileo *compacto* convexo-plano sicco, *cuticula in squamas fibrasve sericeas lacerato*, stipite solido ventricoso subradicato supra annulum inferum farinoso, lamellis adnato-decurrentibus confertis angustis e luteo ferrugineis. *Fr. El. p.* 28. (non Weinm.) A. aureus *Bull. t.* 92. (haud bona). *Secr. n.* 77. A. quercicola. *Lasch! n.* 574. A. rhabarbarinus *Krombh. t.* 3. *f.* 3. non Pers. Ad et juxta truncos Quercus. Subcaespitosus, fulvus. Stipes curtus, jove sicco nitens, ab annulo peronatus, glaber l. squamulosus. Pileus ex aureo expallens, primo laevis.

662. A. villosus, pileo carnoso convexo-plano *sicco undique innato-floccoso-villoso* sericeoque, stipite subcavo elongato valido *basi incrassato*, annulo angusto integro, lamellisque adfixis angustis luteis. *Fr. l. c. p.* 28. Ad truncos vetustos Fagi, raro.! Subcaespitosus, luteo-fulvus, haud compactus. Stipes 3—4 unc.

663. A. adiposus, pileo compacto convexo-plano obtuso stipiteque farcto subbulboso luteis *glutinosis squamisque superficialibus secedentibus concentricis obscurioribus squarrosis*, lamellis adnatis latis e luteo ferrugineis. *S. M. p.* 242. *Weinm. p.* 198. A. squamosus. *Schum.* Ad Fagi truncos vivos nuperve caesos in Eur. boreali, copiose. Caespitosus, *amplissi-*

*mus*, spithamaeus usque, luteus; siccus lucidus, squamis adiposis ferrugineis defluentibus glaber. Species nobilissima, cujus bona icon non exstat. Prima stamina sistere videntur *Fl. Dan. t.* 2078. *Krombh. t.* 3. *f.* 1. A. squarrosus. *Batsch. f.* 31., sed A. adiposus *Batsch.* (maxime mutilus, lamellis velo etc. carens) non definiendus, potissimum vero n. 659.

664. A. LUCIFER, pileo carnoso convexo-plano demum *umbonato viscido, squamis obscurioribus adpressis secedentibus*, stipite farcto subsquamuloso aequali basi ferrugineo, annulo infero distante squamoso, lamellis adfixis latis crenulatis subaureis. *Lasch! n.* 356. *Krombh. t.* 44. *f.* 20, 21. A. tuberculosus. *Secr. n.* 71. Ad truncos, ramulos, stipulas etc. Minor (2 unc.), priori longe tenuior, distinctissimus. Pileus luteus; in meo demum laevis stipesque extus intusque ferrugineus, fibrillosus. — In pinetis *semel* legi *affinem*, subterrestrem, stipite cavo, lamellis emarginatis; sed semel lectas species non recipio.

665. A. FLAMMANS, pileo carnoso convexo-plano subumbonato sicco *squamis superficialibus pilosis dilutioribus cirrhato*, stipite e farcto cavo aequali subflexuoso squamoso-squarroso integre annulato lamellisque adfixis confertis integerrimis luteis. *S. M. p.* 244. (excl. syn.) *Lasch! Weinm.! p.* 199. — *Alb. et Schw. n.* 419. certe e loco, non e synon.; descr. deest. In pineto-montanis boreal. ad truncos copiose; subcaespitosus, elegantissimus, *squamis sulphureis in pileo fulvo.*

666. A. JUNONIUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso *sicco glabro*, stipite solido aequali incurvo laevi, supra annulum integrum furfuraceo, lamellis adnatis confertis e luteo fulvis. *S. M. p.* 244. *Sv. Bot. t.* 584. *Weinm. p.* 197. *Wahl. Svec. p.* 979. Ad truncos arborum frondos. Simplex; minor, luteus. Non commutetur *A. hybridus*, in hac regione forsan quaerendus. Sporidia ferruginea ut in praecc.

667. A. TUBERCULOSUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso *sicco in squamulas innatas adpressas diffracto*, stipite cavo incurvo curto *bulboso* fibrilloso, annulo submembranaceo deciduo, lamellis emarginatis latis serrulatis flavidis subcinnam. *S. M. p.* 244. *Wahl. Svec. l. c. Weinm. Ross. p.* 200. — *Schaeff. t.* 79. haud bene! A. curvipes P. senior absque annulo! minime Secr. Per epidermidem praecip. Betulae in Eur. boreali erumpit solitarius. Parvus, sed *compactus*, flavus, pileo luteo-fulvo. Sporidia ochreo-ferrug., lamellas decolorantia.

668. A. CURVIPES, pileo subcarnoso convexo-expanso *in squamas floccosas adpressas* lacero, stipite subfistuloso tenui incurvo *fibrilloso veloque floccoso-radiato flavis*, lamellis adnatis latis albo-lutescentibus demum fulvis. *Alb. et Schw. n.* 471. A. muricatus b. *S. M.* — *Batt. t.* 22. *A.* (stipite elong. subnudo). Ad ligna arb. frond. Populi, Rosae! etc. etiam Betulae! Proximis medius, stipes unc. et ultra, 1—1½ lin. crass. aequalis l. deorsum attenuatus, tenax. Pileus eumorphus, luteo-fulvus, tenax, tenuis, non hygrophanus; nec ut sq. subdepressus, irregularis, fragilis. Sporidia fulvella.

669. A. MURICATUS, pileo carnosulo convexo-expanso obtuso umbilicatove sicco, *floccis fasciculatis innatis squamuloso-muricato granulosove*, stipite e farcto *fistuloso tenui*, annuloque fugaci infero squamosis, lamellis adnexis secedentibus latis tenuibus flavis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 12. *Weinm. p.* 200. Ad truncos putridos Fagi. Tenuitate (stip. 1—2. lin. cr., pileique inaequalis, unc.) et indumenti ferruginei in fundo luteo indole admodum distinctus. Stipes demum fuscus dense fibrillosus. Lamellae demum cinnamomeo-pallidae e spor. obscuris.

670. A. TERSUS, pileo carnosulo convexo-plano adpresse squamuloso unicolori, stipite farcto elongato aequali deorsum ferrugineo, lamellis *liberis* linearibus e lutescente-pallido ferrugineis. *Fr. El. p.* 28. In Scaniae fagetis ad folia etc. Valde diversus, flavus, stipes 4—5 unc. Annulus fugax. (661—670 omnes vidi et certe nobiliores species nullae!]

*** *lamellis cinnamomeis* (nec primo flavis). Subhygrophani.

671. A. PAXILLUS, pileo subcompacto e gibbo-convexo expanso laevi udo subrepando, stipite *solido elato valido* subattenuato glabro, annulo angusto patulo, lamellis decurrentibus confertis latis cinnamomeis. — *Batt. t. IX. D.* — *Paul. t.* 148. bis. — *Bull. t.* 543. *f. Q.* [sed colores, typo impressi, A. mutabil.] Cfr. *Schum. n.* 1666., qui caespitos., stipite sursum luteo. Ad truncos frond. solitarius. Maximus h. sect., 3—5 unc., firmus, totus cinnamomeus, pileus udus expallens, siccus sericeus, demum circa centrum depressus.

672. A. SUBLUTEUS, pileo carnoso tenui explanato umbonato squamulose, udo margine striato, stipite *farcto glabro luteo* basi incrassato annulo patulo, lamellis decurrentibus confertis cinnamomeis. *Fl. Dan. t.* 1192. *Sommerf. Lapp. p.* 260. Ad truncos Betulae. Subcaespitosus, major 3 unc, pileo luteo, squamis obscurioribus. *Non vidi.*

673. A. PHALERATUS, pileo carnoso tenui convexo obtuso, *squamis superficialibus secedentibus* versum marginem laevem adsperso, stipite aequali cavo squarroso supra annulum reflexum squamuloso, lamellis adnato-decurrentibus subdistantibus cinnamomeis. In Eur. orient. silvis. Stipes 3 unc. l., 3 lin. cr., inferne fibrillosus, superne flocculosus. Pileus 1—2 unc., *vix expallens*. Habitus *A. squamosi* Fl. Dan. t. 2077.

674. A. CONFRAGOSUS, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso *flocculoso-leproso hygrophano*, margine striato, *stipite fistuloso* aequali infra annulum membranaceum patulum fibrilloso, lamellis adnatis confertissimis rufis. Ad truncos putridos; in fagetis Smolandiae; sed Upsaliae in Sunnersta skog *Arrhenius*. *Nobilis*, fragilis, subcaespitosus. Stipes 3 unc. l., 2 lin. cr., flexuosus, *undique* ferrugineo-pallens, supra annulum striatus, nec pulver. *Larbr. t. X. f.* 4. staturam et colorem exhibet.

675. A. MUTABILIS, pileo carnoso convexo-explanato glabro expallente, margine tenui, stipite e farcto cavo *rigido squamoso-squarroso deorsum ferrugineo-nigricante*, lamellis adnato-decurrentibus confertis e pallido cinnamomeis. *Schaeff. t.* 9.! *S. M. p.* 245. cum syn.! *Weinm. p.* 201. *Lenz. f.* 20. *Krombh. t.* 73. *f.* 5—9. *a.* A. caudicinus P. *Secr. n.* 74, 75. *Bull. t.* 543. *O. P R.* Vulgatus ad truncos arbor. frondos., raro ad terram. Caespitosus. Pileus umbonato-gibbus, cinnamomeo-expallens; variat depressus et rarius squamulis seced. tectus. — Valde mutabilis etiam seposito sq., in fagetis serotinus, major etc. *Stockschwam* vulgo edulis, non hic, sed *A. melleus.* — *Fl. Dan. t.* 2076. *f.* 1. media inter hunc et sq.

676. A. MARGINATUS, pileo carnosulo convexo-expanso glabro udo hygrophano, margine striato, stipite fistuloso molli *haud squamoso*, supra annulum fugacem pruinoso *basi obscuriori albo-velutino*, lamellis adnatis confertis aquose cinnamomeis. *Batsch. f.* 207. *Secr. n.* 76. A. caudic β. γ. *Pers.* A. mutab. b. c. *S. M.* — b. A. mutabilis. *Batsch. f.* 208, minor, obscurior (certe non A. mycenoides). Ad truncos et acus praecip. Pini, gregarius l. solitarius, ubique. Prioris utique filius, sed notis datis, substantia et colore magis aquosis etc. facile distinctus. Velum saepe cortinatum. Stipes subfibrillosus, striatulusve.

677. A. MUSTELINUS, pileo carnosulo campanulato convexo laevi *glabro sicco*, stipite fistuloso laevi pallido supra annulum superum reflexum albo-farinaceo, *basi incrassato*

*albo-villoso*, lamellis adnatis subdistantibus *fulvo*-cinnamomeis. *Mich. t.* 80. *f.* 6. *A.* xylophil. *Secr. n.* 83. excl. syn. *Weinm. p.* 203. β. hujus loci videtur, var. minor, lam. albido-serrulatis. Ad ligna Pini, raro et solit. Pileus *luteus*, ochraceus, non hygrophanus. A. *Weinmanno* habeo tantum anonymum, descr. majorem, stipite 2—3 unc. long., 2 lin. crasso, *striato*, pileo $1\frac{1}{2}$ unc. lato.

678. A. UNICOLOR, pileo carnosulo e campanulato convexo subumbonato glabro laeviusculo hygrophano, stipite e farcto fistuloso subglabro concolori, annulo tenui integro, lamellis adnato-secedentibus latis *subtriangulis* ochraceo-cinnamomeis. *Fl. Dan. t.* 1071. *f.* 1. *Sommerf.! Lapp. p.* 261. — *Bull. t.* 530. *f.* 2. Ad truncos, ramulos etc. passim. Subcaespitosus, pusillus, a badio ochraceus, demum margine striatus. Similis stipite fibrilloso pallido, basi fuligineo (*Weinm. n.* 331) mihi passim obvius.

C. MUSCIGENEI. *Galerae annulatae.*

679. A. PUMILUS, pileo carnosulo hemisphaerico obtuso *laevi*, stipite fistuloso tenui subfibrilloso, annulo cinguliformi subfugaci, lamellis adnatis confertis latis flavido-pallidis. *Fr. El. p.* 29. *Weinm. p.* 204. [A. pumilus *Pers.* omnino anceps, hic exannulat. l. A. pediades]. In campis muscosis, serotinus. Species eximia, subgregaria, colore A. *Hypnorum*, sed carnosior, pileo 3—4 lin. lato. *Lasch. n.* 362. β. huic proximus, sed pileus applanatus $1\frac{1}{2}$—2 unc. latus.

680. A. MYCENOIDES, pileo membranaceo e campanulato convexo *undique striato* hygrophano stipiteque fistuloso tenui ferrugineo glabris, annulo membranaceo albo, lamellis adnatis subdistantibus ferrugineis. *S. M. p.* 246. *Lasch. n.* 362. — *Secr. n.* 80. (sed Bull. t. 578. f. O, N, U nil cum nostro habet commune). *Batsch. f.* 208. habitum bene refert, sed ad n. 676 certe pertinet. In paludibus turfosis et sphagnosis Eur. boreal. Eximius, tenellus, vegetus ferrugineus, siccus fulvens l. pallens, stipite obscuriori.

Caveas maxime a perversis et, ut videtur, prorsus fictitiis *Larbrei* iconibus v. c. t. 10. f. 2, 4, 5, t. 11. f. 4, quae ad hanc tribum pertinerent.

XVIII. HEBELOMA. Velum fibrillosum obsoletumve. Stipes carnosus, fibrosus, vestitus, apice saepius farinaceus. Lamellae sinuato-adfixae, acie plus minus discolori albida. *Terrestres, olidi, lamellis sporidiisque sordidis, Respondent*

piloso-squamoso, stipite subcavo cortinato-fibrilloso squamulosoque apice farinaceo, lamellis arcuato-adfixis ventricosis e pallido olivaceis. *Alb. et Schw. n.* 489. a. *aestivalis*, squamis squarrosis, lam. obscurioribus. *l. c. Secr. n.* 306. — b. *autumnalis* A. S., squamis adpressis, lam. dilutioribus. *Batt. t.* 18. *A.! Secr. n.* 307. A. uniformis. *Pers. ic. p. t.* 15. *f.* 1. In pinetis, gregar. Minor, pileo olivaceo-fusco, carne albo-lutescente.

687. A. PLUMOSUS, pileo carnosulo convexo-plano, disco e floccis erectis fasciculatis squarroso, margine fibrilloso, stipite e farcto cavo gracili flexuoso flocculoso-squamoso *apice nudo* (non albo-pruinos.), lamellis subadnatis vix confertis ventricosis *integerrimis albido-fuligineis. Bolt. t.* 33. *S. M. l. c. Weinm. n.* 307. In pinetis humidis. Murinus, haud lutescens, nec intus rubens, reliquis mollior.! Odor debilis, non ingratus. Cfr. *P. M. E. n.* 325.

688. A. CINCINATUS, pileo carnosulo convexo-plano squarrose squamoso, stipite solido tenui squamoso lamellisque adnexis ventricosis *fusco-violaceis. S M. p.* 256. *Secr. n.* 178. In nemorib. frond. Minor, pileo subfusco, carne alba.

II. Laceri, *pileo squamoso-aut fibroso-lacerato* (non rimose-fisso), *stipite colorato* pileo pallidiori, *fibrilloso.*

689. A. PYRIODORUS, pileo carnoso conico-expanso umbonato adpresse fibroso-squamoso, stipite farcto firmo aequali cortinato-fibrilloso, apice pruinato pallescente, lamellis emarginatis subdistantibus ex albo-sordido subcinnamomeis. *Pers. syn. p.* 300. *S. M. p.* 255. *Weinm. p.* 185. *Secr. n* 300. — *Bull. t* 532. *f.* 1. major. Ad vias etc. praecox. *Odor gratus* pyrinus l. Violae. Pileus e fusco ochreo-pallesc.

690. A. SCABER, pileo carnoso e conico-convexo obtuse gibbo, *squamis fibrosis adpressis adsperso*, stipite solido crasso aequali sericeo-fibrilloso cortinato, lamellis adnexis confertis subfuligineis. *Müll.* — *S. M. p.* 255. *Sow. t.* 207. A. erinac. *P. M. E. n.* 321. *var.* In quercetis etc. Pileus fuligineo-pallens; nec extus nec intus rubens. — Var. *firmior*, pileo fusco-alutac. squamis fuscis maculato, stipite velutino.

691. A. MARITIMUS, pileo convexo-expanso obtuso flocculoso-fibrilloso subsquamoso *hygrophano*, stipite solido flocculoso-fibrilloso fumoso, lamellis adnato-ventricosis latis subdistantibus e griseo ferruginascentibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 41. A. impexus. *Lasch.?* [in pinet. arenos. Germ. boreal. camp.]

Copiose in arena uda marina per aestatem. Vix olens, ex umbrino canescens, carne sordida.

692. A. LACERUS, pileo subcarnoso convexo-expanso obtuse umbonato squamose-fibrilloso, stipite farcto tenui brevi fibrilloso, *apice nudo*, *intus rubente*, lamellis adnexis latis ventricosis ex albo-rufescente murinis. *S. M. p.* 251. *P. M. E. n.* 330. *Fl. Dan. t.* 1846. *f.* 1. A. cristat. *Scop. incl. n.* 685, 688. A. vialis. *Alb. Sch.!* A. scaber. *Secr. n.* 321. — b. gracilior, stipite subcavo, lam. angustioribus. A. rimos. *β. Pers. syn.* — *M E. n.* 333. Ad terram nudam, nobis vulgatiss. in pineto-montan. Maxime variat (etiam lat. lam.); sed »*stipes numquam apice pulverulentus.*» Pileus primo laeviusculus, mox squamosus, demum squarrosus; murinus, expallens, sublutescens. Odor parum notabilis.

693. A. BONGARDII, pileo carnosulo camp. obtuso, disco squamoso, versus marginem lacero-fibrilloso, stipite solido rigido rufescenti-pallido, *deorsum rubello-sericeo*, *apice albo-pulverulento*, lamellis adnato-ventricosis latis e pallido-rubello cinnamomeis. *Weinm.! p.* 190. A. epochnius. *Fr. ined.* Ad vias in pinetis camp. simplex, Upsaliae. *Odor gratus* »Bergamotte» W. Stipes 2—3 unc. l., 2 lin. cr., *non cortinatus.* Pileus 1—1½ unc. latus, udus fuscescens siccus pallescens, non rimosus. Lam. haud confertae.

694. A. OBSCURUS, pileo subcarnoso camp.-plano umbonato longit. fibrilloso, disco squamoso, stipite farcto subflexuoso *fibrilloso violaceo-fuscescente*, lamellis uncinato-adnexis confertis ventricosis ex olivaceo brunneis. *Pers. syn. p.* 347. sec. *Secr. n.* 312. A calam. *Weinm.! n.* 306. Pinet. humid. raro, subcaesp. Odor fortis, amaricans. Pileus fuscescens, disco obscuriori, primo coeruleus. Caro albida, in apice stipitis lilacina. (v. s.)

695. A. DEGLUBENS, pileo subcarnoso convexo-plano obtuse umbonato adpresse fibrilloso-lacero, disco subsquamoso, stipite solido adpresse fibrilloso pallido *apice obscure furfurato*, lamellis adnato-ventricosis subdistantibus e sordido cinnamomeis. Cfr. *M. E. n.* 324. (potius A. *rimosus*) et *Secr. n.* 313. In pinetis campestr. Statura prioris, sed colore et punctis, *non albis*, in apice stipitis distinctiss. Pileus spadiceo-rufescens, dein lutescens, fibras obscuriores squamose deglubens. Caro alba.

696. A. CARPTUS, pileo carnoso e convexo explanato *depresso* stipiteque *cavo deorsum attenuato* lanuginoso-filamen-

tosis, lamellis adfixis ventricosis latis brunneo-fuscis. *Scop. C. p.* 449. A. capronatus. *Desm.* A. brunneo-villosus. *Jungh. l. c. t.* 6. *f.* 5. (brevipes). In silvis raro. Minor, uncialis, obscure fuscus, undique fibrillosus. Odor saporque dulcamarus.

III. Rimosi, *pileo longitudinaliter fibroso, mox rimoso* passimque adpresse squamoso, *stipite albicante*, cum laevi tinctura pilei, *fibrilloso.*

697. A. REPANDUS, pileo carnoso tenui obtuse campan. sericeo-laevi, demum rimoso, margine infracto flexuoso, stipite solido longo *striato apice squamoso-flocculoso*, lamellis liberis confertis lineari-lanceolatis albido-pallidis. *Bull. t.* 423. *f.* 2. *S. M. p.* 255. *Lasch! M. Eur. n.* 280. *Weinm.! p.* 180. [*Secr. n.* 308 sq.?]. Silv. arenos. Major, virosus, pileo albo l. lutesc.

698. A. FASTIGIATUS, pileo carnoso tenui conico-camp. longit. fibroso rimosoque, stipite solido valido subtorto *fibroso-sericeo*, lamellis liberis confertis e luteo fusco-olivaceis. *Schaeff. t.* 26. A. rimosus major. *S. M.* — *Lasch! n.* 383. Monom. jubub. major. *Batt. p.* 42. — *Clus. pern. g. XII. sp.* 5. *Sterb. t.* 22. *D. E.!* In region. campest. Upsaliae; etiam in montos. ad Husquarna. Magnus, fragilis. Stipes vulgo curvatus l. adscendens, mollis, fuscescenti-pallidus, subattenuatus. Pileus luteofuscus, sublobatus, statura exacte *Hydr. punicei.*

699. A. RIMOSUS, pileo carnoso tenui campan. sericeo-fibroso, expanso longit. rimoso, stipite solido firmo *glabrello bulboso*, apice albo-farinaceo, lamellis liberis subventricosis argillaceo-fuscescentibus. *Bull. t.* 388. *S. M. p.* 258. *Sowerb. t.* 323. *Grev. t.* 128. *Batsch. f.* 107. *Krombh. t.* 44. *f.* 10—12. — b. pileo adpresse squamoso. A. morosus. *Jungh. t.* 6. *f.* 6. In silvis vulgatiss. Odor terreus. Bulbus subturbinatus. Pileus vulgo e fusco lutescens, carne alba.

* A. DESTRICTUS, pileo fibrilloso-squamoso rufo, lamellis uncinatis e griseo cinnamom. *Bull. t.* 599. A. rimosus $\alpha$—$\gamma$. *Pers. Myc. Eur.*, etiam *n.* 322, 326 etc. hujus formae minores. — *Secr. n.* 309. In pinetis, ad vias.

700. A. DESCISSUS, pileo carnosulo conico-camp. fibrilloso rimosoque partito, stipite *subcavo aequali undulato fibrilloso*, apice albo-pulverulento, lamellis subliberis linearibus ex albido fuscescentibus. *Batt. t.* 18. *F.* — *Secr. n.* 314. var. squamoso. In silvis rarior. Fragilis, A. geophyllo tenuior, stipite extus intusque albo, pileo albo-fuscescente, margine saepe striato.

* A. AURICOMUS, minor, tenuior, pileo lutescente margine striato, stipite fistuloso, lamellis adfixis ventricosis albido-fuscis. *Batsch. f.* 21. Ad terram deustam, ab *A. geoph.* lutescente caute separandus, eximie rimosus.

701. A. PERBREVIS, pileo carnosulo convexo obtuse umbonato longit. fibroso squamosove, margine substriato demum fisso, stipite farcto brevi pallido *albo-fibrilloso basi subattenuato*, lamellis uncinato-adnexis *subdistantibus* albido-fuscescentibus argillaceisve. *Weinm. p.* 185. A. erous. *Secr. n.* 304. In silvis frondos. raro. Parvus, sed firmulus, e fusco rufove lutescens, stipite vix unc. cortinato opaco, apice pruinos. Caro alba.

702. A. HIULCUS, pileo carnosulo conico-expanso umbonato fibrilloso rimoso-squamoso, stipite farcto rigido elongato sericeo-fibrill. apice albo-pruinoso *carneque albocarneis*, lamellis subliberis vix confertis latis albocarneis, basi obscurioribus, demum olivasc. *Batt. t.* 18. *C.!* — A. lacerus *Secr. n.* 318, 319 etiam h. l. videntur. Ad terram pinet. Odor mihi, pulvere sternut. scatenti, obsoletus. Stipes 2—3 unc. l., 2 lin. cr., subcurvatus, aequalis, basi bulbillosa. Pileus fuscus, olivasceus.

703. A. GRATUS, pileo carnosulo conico-campan. fibrilloso, expanso rimoso umbonato, *disco squamoso obscuriori*, stipite farcto nitido fibrilloso flexuoso albo-rufescente, lamellis adnexis confertis tenuibus ex olivaceo-pallido fuscescentibus. *Weinm.! p.* 185. — *Secr. n.* 311, qui *Bull. t.* 522. *f.* 2 non sine verit. spec. huc ducit. Locis graminosis. A. *geophyllo* vel A. *scabello* potius prope accedit, *odore grato aniseo* facile distinctus. Pileus albido- l. flavido-rufescens. Stipes apice obsolete pruinatus. (v. s.)

704. A. TRINII, pileo carnosulo hemisphaerico obtuso longit. rufescenti-fibrilloso, stipite farcto aequali gracili *laxe rufo-fibrilloso* albo-farinaceo, lamellis rotundatis ventricosis cinnamomeis, acie albo-floccosis. *Weinm.! p.* 194. In nemor. gram. Petropoli! Rarus, insignis, heteroclitus! *odore caryophyllaceo.* Pileus vix rimosus, nec squamosus, $\frac{1}{2}$ unc. albido-rufesc., in sicco fulvens.

IV. Velutini, *pilei*, haud rimosi, *cuticula fibrilloso-contexta laevigata l. adpresse squamosa*, *disco laevi! stipite polito glabro albicante, apice farinaceo* (Cfr. *n.* 722, 739, sq.)

705. A. SAMBUCINUS, pileo carnoso firmo convexo-expanso obtuso fibrilloso-sericeo laevi (glabrello), stipite solido o-

*beso striato glabro* albo, lamellis subadnexis confertis ventricosis unicoloribus albidis. *S. M. p.* 257. *Lasch. n.* 578. *Weinm. p.* 189. *P. M. E. n.* 194. A. candidus. *Fr. Obs.!* (male citat Secr.) *Sow. t.* 414. b. lam. demum spadiceis. A. obesus *Pers. syn.* In pinetis mont. glareos. copiose, semper solitar. Compactus, virosus, albus pileoque (saepe flexuoso, haud infracto nec rimoso) lutescente. Stipes validus, saepe decumbens, apice obsolete pruinosus.

706. A. CAESARIATUS, pileo carnoso convexo-expanso gibbo sericeo-laevato *subnitido*, stipite solido glabro pallido *utrinque pruinoso* subincrassato, lamellis subadnatis ventricosis integerrimis albido-fuligineis. A. samb. *Secr. n.* 328. In pineto circa Fagi trunc. gregatim legi. Firmulus, virosus, sed priori multo tenuior, stip. $1\frac{1}{2}$ unc. l., 3 lin. cr. Pileus subfulvus, crustallinus, glabrellus, margine sericeus. (An Secr. n. 316 hujus tribus, e syn. dubium).

707. A. TOMENTELLUS, pileo carnoso convexo obtuso *fibrilloso-tomentoso*, stipite solido aequali albo, apice pruinoso *medio annulari-cortinato*, ceterum glabro, lamellis subadnatis planis argillaceo-cinnamomeis. *Jungh. l. c. t.* 6. *f.* 7. non A. tomentos. *Bull. Bolt.* In silvis Hercyniae lectus. Firmulus, sesquiuncialis, pileo subbrunneo-facie sq. sectionis insignis. *Non vidi.*

708. A. SINDONIUS, pileo carnoso tenui conico-convexo gibbo-obtuso velutino-villoso, cortina subappendiculato, *stipite medulla discreta disparente demum cavo* glabrato, lamellis attenuato-adnexis lanceolatis albido-fuscescentibus. — *Batt. t.* 18. *B.* — *Sow. t.* 365. optime congruit, sed nostro duplo fere major. Locis humidis, umbrosis. Pileus non fibrillosus, demum glaber, siccus, albidus, sordide lutescens etc. Stipes albidus, laevigatus.

709. A. GEOPHYLLUS, pileo subcarnoso conico, dein expanso umbonato *laevi fibrilloso-sericeo*, stipite farcto aequali firmulo albo, cortina fibrillosa, lamellis adnexis confertis ex albo sordidis, demum terreis. *Sowerb. t.* 124. *S. M. p.* 258. *Paul. t.* — *Weinm. p.* 192. et *Lasch n.* 385. (uterque de coloris varietate optime!) In silvis vulgatissime; pileo (rarius rimoso-squamoso) albo (A. albus *Schum.* A. argill. *P. ic. pict. t.* 14. *f.* 2. *Secr. n.* 322), lilacino, adulto vero albicante (A. geophilus P. *Secr. n.* 323, A. affinis *P. ic. descr. t.* 1. *f.* 1.), fuscescente (A. pleoceps *P. M. E. p.* 196, *Secr. n.* 303. ex p.?) lateritio (*W. l. c.*) lutescente (*Bull. t.* 522. *f.* 2. justo

tenuior. *Secr. n.* 324.) manifeste varius, qui etiam demum lam. tingit ut v. gr. in lutesc. *argillaceae;* id quod in plerisque observatur! Caro alba. Odor terreus. Nec a specim. stipite decumbente, tenuiori, bulbilloso separare valeo *Batsch f.* 106. [A. *inodorus* B. a Pers. primo citatus, lam. colore, si accurate depictus, differt.]

710. A. LUCIFUGUS, pileo subcarnoso convexo-plano subumbonato adpresse fibrilloso squamulosove, stipite solido firmo aequali glabro apice subpruinoso, lamellis subliberis confertis planis ex *albido-luteo olivaceis! Fr. El. p.* 32! *S. M. p.* 258. *Weinm.! p.* 191. A. dulcamarus. *Pers. syn. p.* 324. stipite glabro! *Ic. pict. t.* 15. *f.* 2. Cfr. *n.* 687. A. relicinus. *Secr. n.* 302. b. pileo adpresse squamoso tenuiori, lam. latioribus. A. albocrenat. *Jungh. l. c. t.* 6. *f.* 4. In pinetis etc. Prioribus affinis, sed firmior vulgo, cortina obsoleta, lam. colore pure obscureque olivaceo facile distinctus. Pileus fuscus, olivaceus, expallens Odor fortis.

711. A. SCABELLUS, pileo carnosulo e camp. plano sicco *in squamulas fibrillasve lacerato*, umbone obtuso laevi glabro, stipite subfarcto tenui glabro pallescente, apice pruinoso, lamellis adnexis ventricosis subdistantibus pallide sordidis. *S. M. p.* 259. *Secr. n.* 325. *forte etiam var. n.* 303. Locis graminos. silv. Prioribus longe tenuior, caro pallida, stipes lamellaeque non albae, cortina vix ulla, pileus non rimosus, odor obsoletus. Variat colore rufescente, fuscescente (lam. tum fuscescenti-albidis) lutescente (lam. argillac.) stipitis et squamularum l. fibrillarum in fundo pallidiori l. albido: etiam stipite flexuoso et cavo.

712. A. VATRICOSUS, pileo carnosulo convexo-plano subumbonato *glabro viscido*, circa marginem sericeo, stipite *fistuloso* contorto pulverulento, lamellis emarginatis ventricosis albofuscescentibus. *S. M. p.* 259. *Weinm. p.* 194! Cfr. *Secr. n.* 326. (lam. demum cinnamomeis, a me non visis). Locis humidis denudatis in pinetis. Parvus, inodorus, albus, valde ab A. *scambo* (n. 742) diversus.

Species Inocybarum bonae, sed characteres difficillimi, *vix sufficientes ad dubia de singula obvia forma tollenda.* Lamellarum adnexio ex aetate mutatur earumque colori, nisi sit definite ferrugineus l. cinnamomeus l. olivaceus, parum fidendum. Steriles albae persistunt, quales *A. fuscogriseus* P. M. E. n. 332. A. hololeucus *Ib. n.* 201; hic ad A. geophyllum spectat. Truncigenas (Secr. n. 320, 329) non agnosco.

B. Hymenocybe (S. M. p. 239). Pilei pellicula contigua, glabra, subviscida, concreta. Lamellae plus minus aquose cinnamomeae, acie albicante.

V. Indusiati, *velo manifeste cortinato*, ex quo pileus quoque circa margines saepe superficiali-sericeus.

713. A. sinuosus, pileo compacto-molli convexo-plano repando obtuso viscidulo laevi glabrato, stipite *cavo valido fibroso-molli* sursum albo-floccoso-squamoso, lamellis *emarginato-liberis latiss.* subconfertis e pallido ferrugineis. *Bull. t.* 579. *f.* 1. *Secr. n.* 574. *Batt. t.* 16. *f D.* In silvis frondosis, Upsaliae. E maximis, 3—5 unc. altus et latus, *odore grato* debili facile distinctus, Pileus gilvus l. testaceo-pallescens. Lam. detritae ad latera albidae, passim albo-fuligineae.

714. A. fastibilis, pileo compacto convexo-plano repando obtuso viscido glabro, stipite solido firmo subbulboso albo fibroso-squamoso, cortina manifesta, lamellis *emarginatis subdistantibus* e pallescenti-albo argillaceo-cinnam. A. fastibilis. *Pers. et S. M.* (incl. plurr. Hymenocyb.) — *Schaeff. t.* 221. A. obesus. *Schum. n.* 1785. *Batt. t. XV. D* (ex quo *P. M. E. n.* 186). *Clus. pern. gen. XIV. sp.* 1. — b. pileo purpureo-brunneo. *Paul. t.* 53. *f.* 2. In silvis camp. Odor saporque Raphani, amaricans. Cortina interdum peronata. Pileus gilvus, alutaceus, albicans. Cfr. *Secr. n.* 560—562. — Var. *alba* stipite longiori aequali subcavo apice fibroso-squamoso, lamellis distantibus *plorantibus.* — Picr. pedunc. long. *Batt. p.* 47 — etiam Upsaliae occurrit.

715. A. mussivus, pileo carnoso convexo-plano obtuso viscido *demum squamuloso*, stipite solido aequali valido undique fibrilloso apice subpruinato lamellisque emarginatis subconfertis *flavidis.* In pinetis raro. Odor debilis, non ingratus. Stipes 4 unc. l., $\frac{1}{2}$ unc. cr., carnosus, apice interdum cavus, cortina fugaci. Pileus 2—4 unc., flavus l. disco crustallino. Caro flava. *Valde diversus,* facie Flammulae l. Cortinarii.

716. A. testaceus, pileo carnoso campan.-convexo obtuso laevi subviscido, stipite *cavo subbulboso* flocculoso-fibrilloso pallido apice farinaceo, lamellis *attenuato-subliberis* lanceolatis confertis e pallido ferrugineis adscendentibus. *Batsch f.* 198. A. fastibilis var. *P. et vulgo.* — *Secr. n.* 563. In silvis raro. Stipes subclavatus, basi solidus demum obscurior. Cortina fugax. Pileus 2—3 unc. testaceo-pallens subopacus. Odor Raphani.

717. A. CLAVUS, pileo camp. expanso laevi glabro viscoso, *disco carnoso gibbo*, stipite subsolido sordide pallido undique albo-floccoso, *deorsum subattenuato*, lamellis rotundatis tenuibus aridis confertis ex argillaceo ferrugineis *Batsch f.* 199. junior, pileo parum explicat. A. firmus. *Pers ic. et descr. t.* 5. *f.* 3, 4. perfect. — *Paul. t.* 53. *f.* 1. In pinetis. Stipes 2—3 unc. l., 3—4 lin. cr., cortina fugaci, deorsum demum fuligineus. Pileus 1½—3 unc. latus, lateritius l gilvus. Odor Raphani, sed debilis.

718. A. BIRRUS, pileo carnoso convexo-plano discoideo, circa marginem *fibris superficialibus fasciculatis albis squamoso*, stipite solido fusiformi-radicato, floccis albis squamoso-imbricatis sublanato apice farinoso fibrillosoque cortinato, lamellis rotundatis dein truncato-liberis confertis punctatis argillaceis. In fagetis umbrosis raro. E *nobiliss.*, sq. valde affinis. Odor debilis, minime Raphani. Stipes 3 unc. l., 3 lin. cr., tenax, rectus. Pileus 1½ unc., crustallinus, disco ruguloso.

719. A. PUNCTATUS, pileo carnoso planiusculo e sericeo glabrato, *disco obscuriori papillis viscosis punctato*, stipite cavo aequali e velo fibrilloso sericeo pallescente, apice albo-pruinoso, lamellis arcuato-adfixis *angustis e pallido* ferrugineis spadiceisve. *Fr. El. p.* 30. *Weinm.! p.* 207. *Schum. n.* 1709 e descr. — *Secr. n.* 643. In silvis montanis, aut. seriori, abundat. Odor non Raphani, debilis. Stipes sat gracilis, subflexuosus, demum fuscescens, ne farctus quidem in prima infantia, ceterum A. *thelephorus* (stipite solido) *Pers. syn. p.* 307. Pileus subumbon. crustallinus, in ambitu alboserіceus, *ut n.* 722.

720. A. VERSIPELLIS, pileo carnoso convexo plano *glutine tenaci viscoso* discoideo, *versus ambitum adglutinato-sericeo*, dein glabro, stipite fistuloso tenaci albosericeo apiceque pruinoso, lamellis rotundatis confertis latis (3—5 lin.!) ex *albo-carneo* argillaceis. A. lubricus. *Amman.* A. thephor. *Secr. n.* 576. *Clus. pern. g. XII. sp.* 1.! *Sterb. t.* 20. *B.* Locis graminosis, ad vias, praecox, subcaesp. Ex aetate et jove mire mutatur. Serico e velo fibrilloso evanido stipes fibrilloso-striatus, intus fuscescens. Pileus tenuis, subpunctatus, regularis, crustallinus: demum repandus, siccus, alutaceus, opacus. Odor debilis, non ingratus.

721. A. MESOPHAEUS, pileo carnosulo e conico-convexo plano aequali laevi viscoso discoideo, stipite subfistuloso aequali gracili *fibrilloso ex albido ferrugineo*, apice pruinoso,

lamellis emarginatis confertis tenuibus argillaceo-ferrugin. A. fastib. mesoph. *Pers. M. E. p.* 173. et A. hebelom. *Secr. n.* 566 (565 ad n. 717 acced.) h. l. videntur, sed *odor mihi mitis!* Vulgatus in pinetis. Ab A. *fastib.* valde diversus. Stipes tenax, 2—3 unc. l., 2 lin. cr., cortina fugaci. Pileus unc., gilvus l. pallesc., rarissime circa marginem fibrill. Lam. integerr., unicolores.

722. A. PETIGINOSUS, pileo carnosulo e conico-convexo expanso *sicco, disco gibbo fusco, in ambitu cano-sericeo*, stipite farcto gracili pulverulento testaceo-rufescente, lamellis liberis ventricosis e flavo olivaceo-spadiceis. *S. M. p.* 259. *Lasch. l. c.* *Secr. n.* 326. *Pers. M. E. n.* 257, 263. b. A. rufipes. *Pers. ic. descr. t.* 1. *f.* 5. Ad terram umbrosam, in fagetis etc. Alii haud affinis, habitu *A. geophylli*, tenuis, parvus, pileo ½ unc, demum lutesc. Lamel. saepe pulchre ciliatulae.

VI. Denudati, *pileo glabro, cortina primitus nulla.*

723. A. SINAPIZANS, pileo compacto convexo-plano subrepando laevi glabro viscidulo, stipite subsolido *valido aequali* fibrilloso striato albido apice albosquamoso, lamellis *profunde emarginatis latis* siccis confertis integerrimis argillaceo-cinnamomeis. — *Paul. t.* 82! A. grandis. *Pers. M. E. p.* 283 ob sapor. virosum hic potiss. var. regularis. — b. repandus, lamellis arcuato-decurr. A. repandus. *Schum.!* (*Fl. Dan. t.* 1497 ad sq. recedit). A. flexuosus. *With.* — *M. E. n.* 282. Locis humosis silvarum, solit. Valde refert n, 713, sed odor Raphani, stipes rigidus haud laxe fibrosus, velum o. Stipes 2—6 unc. l., unc. cr. Pileus 3—5 unc, pallescens, disco subgilvo. Lam. primo fere liberae, ½ unc. l. Sq. tamen nimis affinis.

724. A. CRUSTULINIFORMIS, pileo carnoso convexo-plano subrepando glabro subviscoso, stipite farcto firmo subbulboso flocculoso-squamoso albido, lamellis adnexis confertis tenuibus ex albido aquose cinnamomeis, *acie crenulatis guttatis.* *Bull. t.* 308, 546. *Batsch f.* 195. A. fastibilis *Vulgo.* *Weinm. p.* 205! A. circinans. *Pers. Obs.* Picromyc. pessundat. *Batt. t.* 47. — b. lam. spadiceis! *Paul. t.* 52. Vulgatissimus, odore forti foetido Raphani. Stipes subbulbosus, medullatus. Pileus lateritius, gilvo-pallescens, albicans, disco saepe obscuriori sub lente punctato. Lamellae jove udo guttis aqueis plorantes, siccae maculatae, quod in n. 714 tantum simul vidi, a quo cortina o. differt. Mire statura variat, ut plures forsan distinguas. Cfr. *Secr.* 569—572.

725. A. ELATUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi glabro subviscoso, stipite farcto elongato *cylindrico torto adpresse fibrilloso*, apice farinaceo pallescente, lamellis rotundatis confertis *aridis* dilute ferrugineis. *Batsch. f.* 108. opt. *Secr. n.* 568. minime Pers.! Inter folia abiegna: Upsaliae *Lindgren.* Odor fortissimus, Raphani-amarus. Stipes 4 unc. l., 4 lin. cr. e fibris tortis factus. Pileus orbicularis, 3 unc., alutac., margine tenuis. Lam. 3 lin. latae, immacul.

726. A. LONGICAUDUS, pileo carnoso convexo-expanso laevi glabro viscoso, stipite *subcavo fragili* subaequali albo apice albo-farinaceo, lamellis emarginatis confertis serrulatis aridis albo-argillaceis. *Pers. syn. p.* 332. *S. M. p.* 248. *Secr. n.* 581. *Batt. t.* 21. *F.!* In nemorosis. Odor haud ingratus, neutiquam Raphani. Stipes obsolete fibrillosus, basi subincrassata demum fulvescens. Pileus argillaceus, albicans, subrepandus, carne molli aquosa, sed non hygrophanus.

727. A. LUGENS, pileo carnoso convexo-plano glabro subviscido, stipite solido *nitido fibrilloso-striato* subbulboso apice farinaceo albo, lamellis subliberis fragilibus confertis e pallido ferrugineis *acie crenulatis obscurioribus. Jungh. Linn V. p.* 399. A. lubricus. *Secr. n.* 580. A. cinnamomeus. *Pollich.* — ? *Clus. pern. gen.* XX. *sp.* 4. *Sterb. t.* 19. *H.* In nemoribus socialis. Odor fortis, at non Raphani. Stipes 2—3 unc. longus, 3—4 lin. cr. Pileus 2—3 unc. brunneus, sublutescens. Lam. 2 lin. latae.

728. A. TRUNCATUS, pileo compacto convexo-plano undulato-flexuoso glabro subsicco, stipite solido obeso aequali *toto subtiliter pruinoso* albo, lamellis emarginato-liberis confertis aridis ex albo incarnatis dein ferrugineis. *Schaeff. t.* 251. A. obesus β *Pers. syn. p.* 330. [*Secr. n.* 579 ad var. tenuior. etiam accedit]. In nemor. frond. Stipes vix unc., 4—5 lin. cr. nec fibrillosus nec squamosus. Pileus obtusiss., 2—3 unc. vix viscosus, subrufus margine pallidior, carne crassa alba. Odor debilis non ingratus. Similis n. 165, ut Paul. (t. 42. f. 1.) et Secr. syn. ambigua.

729. A. NUDIPES, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi subglabro viscidulo, stipite solido aequali *pelliculoso glabro* nudo candido, basi fibrilloso, lamellis emarginatis confertis aridis argillaceis. In silvis serotinus. Stipes fibrosus, sed pellicula secernibili tectus, nec vestitus, 1½ unc. l, 4—5 lin. cr. Pileus inaequalis, 2 unc. vix sensibile virgatus, alutaceo-pallescens. Caro aquosa. Odor debilis non ingratus.

730. A. CAPNIOCEPHALUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi glabro, margine demum nigrescente, stipite farcto *deorsum attenuato rufescenti-fibrilloso-striato* pallescente, lamellis emarginatis latis vix confertis ferrugineis. *Bull. t.* 547. *f.* 2. Ad terram Galliae. Proximis medius, ut cum utroque jungere in animo fuerit. Pileus gilvus, 2—3 unc. disco obscuriori, ut videtur hygrophanus. Caro albida, ad latera tenuis. (Ex icon.) Affinis l. idem videtur *Secr. n.* 578, etiam mihi ignotus (pileo viscido, odore moschato). — Quid *M. E n.* 343?

731. A. DIFFRACTUS, pileo carnoso tenui convexo obtuso glabro subsicco, *demum diffracto-squamoso*, stipite *cavo albo, deorsum attenuato*, sursum albo-flocoso squamoso, lamellis emarginatis ventricosis latis e pallido ferrugineis. Supra acus Pini in silv. densis, montosis. Odor debilis, haud gratus. Stipes 1—1½ unc. l.; deorsum farctus acutus. Pileus mollis, 1½—2 unc., alutaceus.

732. A. SUBZONATUS, pileo carnosulo campan.-explan. obtuso viscido. *zonis squamuloso-innatis obscurioribus ornato*, stipite medullato farcto aequali bulbilloso fibrilloso apice pruinoso, lamellis arcuato-adnatis confertis angustis ex albido-carneo cinnamomeis. *Weinm.! p.* 207. A. fast. conc. *Secr. n.* 573. Inter folia, raro. Odor fortis; sapor dulcamarus. Pileus albicans, subdiscoideus, 1—1½ unc. Affinis n. 724.

733. A. SPOLIATUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso viscoso laevi glabro, stipite fistuloso aequali *radicato tenaci glabro* apice pruinoso, lamellis rotundatis latis confertis ex albido dilute ferrugineis. Cfr. *Secr. n.* 582. Catervatim in pinet. montos. serotinus. Odor non ingratus. Pileus testaceo-alutaceus. Lam. primo subliberae, dein attenuato-adnexae. Similis *n.* 532, sed *primitus absque velo* et fibrillis in stipite 1—2 unc. l., 2 lin cr. albo demum fuscescente.

734. A. STERILIS, pileo carnosulo camp.-expanso glabro laevi *sicco stipiteque* solido aequali glabro apice flocoso-pruinoso *violaceis*, lamellis liberis angustis ferrugineis. *Jungh. l. c. t.* 6. *f.* 8. In silvis Hercyniae. Parvus, colore inconsueto notabilis. *Non vidi.*

XIX. FLAMMULA (S. M. p. 250). Velum fibrillosum obsoletumve. *Stipes carnoso-fibrosus*, sursum haud farinaceus. Pileus carnosus, primo margine involuto. *Lamellae decurrentes l. sine sinu adnatae*, acie vulgo integerrimae et concolores. *Pauci terrestres; plurimi caespitosi lignatiles, odore ama-*

*ricante. Respondent Clitocybis et Clitopilis.* PAXILLI genus [sect. I.] e statura h. l. lamellis decedentibus diversum.

I. VESTITI. *Pilei stipitisque pellicula* (haud contigua l. secedens) *fibrillosa, e velo universali adnato orta; cortina nulla* exc. n. 742. *Terrestres, haud laete colorati.* Respondent Inocybis; sporidia *vulgo fusco-ferruginea, pallida l. sordida.*

735. A. GYMNOPODIUS, pileo carnoso camp.-convexo gibbo squamuloso, stipite solido *glabrato* deorsum attenuato lamellisque *longe decurrentibus* arcuatis confertis obscure ferrugineis. *Bull t.* 601. *f.* 1. Ad terram Galliae, caespit. *Nobilis.* Pileus 3 unc., brunneo-ferrugineus, margine demum fissus. *Non vidi.*

736. A. VINOSUS, pileo carnoso convexo-expanso sicco stipiteque solido firmo basi subincrassato subtiliter velutino-flocculosis, lamellis decurrentibus confertis simplicibus angustis dilute ferrugineis. *Bull. t.* 84. *Bolt. t.* 55. *Fr. Linn.* 1830. Ad terram *Paxilli involuti* formas tenuiores referens, sed *lamellae haud secedentes, margo nudus.* Stipes curtus l. longior adscendens cum pileo, circa umbonem obsoletum demum depresso repandoque, ferrugineo-cervinus, sub lente subtiliter velutinus demumque squamulosus. E spec. sit A. *propinquus* P. Myc. Eur. n. 91. sed hic e descr. major infundibuliformis. *Descourt. t.* 7. *f. D.* non vidi; utrumque citat Weinm. ad subsq., qui *e descr.* non potest non differre.

? 737. A. COMPERNIS, pileo subcarnoso convexo laevigato, *umbone obscuriori* (*badio*), stipite farcto curvato *furfuraceo-squamuloso* pallido basi incrassato, lamellis adnatis e pallido alutaceis. A. curvipes. *Bertero.* Ad parietes argillaceas, Chili. Pollicaris, inodorus. Pileus glabrellus, flavescens, margine integro. Sporidia ignota. *Montagne in litt.*

738. A. WEINMANNI, pileo carnosulo plano-depresso *sicco nigro-virgato*, stipite spongioso-farcto elongato basi incrassato griseo fuligineo-fibrilloso, lamellis adnato-decurrentibus albidis. A. vinosus. *Weinm. p.* 224. (citat quoque A. propinquum *Pers. — Descourt. t.* 7. *D.*) In pinetis inter muscos, Petropoli. Stipes 3 unc. l., 3—4 lin. cr., sed pileus tenuis, 1—2 unc. lat. *Non vidi.*

739. A. STRIGICEPS, pileo carnosulo convexo-expanso *sicco sericeo, margine pilis strigosis ciliato*, stipite farcto gracili, *primo albo-villoso*, lamellis subdecurrentibus confertis albidis [»ferrugineis« e Bull.] *S. M. p.* 270. — *Bull. t.* 576.

*f.* 1. var.! Inter folia decidua. Gracilis, albidus, subrufescens, pileo haud unc., demum centro depressus.

740. A. Tricholoma, pileo carnosulo plano-depresso *subviscido pilis albis adpressis, margine strigoso-ciliatis*, stipite farcto tenui *sursum squamuloso*, lamellis decurrentibus tenuibus argillaceo-fuscescentibus. *Alb. et Schwein. p.* 188. *S. M. p.* 270. *Weinm.! p.* 189. In silvis dispersus. Albidus, pileo $\frac{1}{2}$—1 unc. lato, demum glabrello, sicco nitente. Affinis *A. vatricoso;* male ad *A. geophyllum* citatus. Spec. *Alb. et Schw.* nemo reducat!

741. A. helomorphus, albus, pileo carnoso convexo-plano gibbo inaequali *viscido, sicco sericeo laevigato, margine nudo*, stipite solido inaequali curvato laevi glabrello, lamellis adnato-decurrentibus confertis ex albo alutaceis. — *Secr. n.* 837 vix differt. In pinetis ericetosis ad terram, raro, serotinus. Stipes haud unc. 2—3 lin. crass. deorsum subattenuatus, sursum sub lente sericellus. Pileus haud unc. subangulatus. Lam. lineam latae. *Sporidia hujus reliquorum pallidiora.*

742. A. scambus, pileo subcarnoso convexo-plano sub-depressoque floccoso-villoso, jove udo viscido, stipite subfarcto *brevi incurvo flocculoso cortinatoque* albo, deorsum attenuato, lamellis subdecurrentibus flavo-argillaceis. *S. M. p.* 504. *El. p.* 36. *Obs.* 2. *p.* 45. *Weinm.! p.* 224. (minime Secr.) In pinetis ad terram nudam lignaque putridissima. Parvus, vix unc. albus, pileo demum argillaceo-albo ($1\frac{1}{2}$ unc. usque), stipite ferruginascente. *Distinctissimus!, A. lento* vero affinitate proximus!

II. Lubrici. *Pileus pellicula contigua, subseparabili, glabra, viscosa; cortina manifesta fibrillosa!* Sporidia ferruginea! haud fulventia, ultimi fusco-ferrug. *Gregarii, terrestres, rarius lignatiles.* Respondent *Hymenocybis* Hebelomatum; sed lamellis haud sinuatis, pellicula magis viscosa subsepar., stipitis apice non pruinoso, odore etc. facile distincti. *Secretan* inter diffines Cortinarias habet, a quibus e verbis Auctoris huc referendas *tute* segregare non licet. Cfr. *Fam.* 31. *n.* 301.

743. A. lentus, pileo carnoso convexo-plano laevi viscoso, stipite subfarcto longo aequali *squamoso*, lamellis adnatis ex albido argillaceis. *Pers.* — *S. M. p.* 253. *Weinm. p.* 213. *Secr. n.* 218. Inter folia praec. Fagi copiose; rarius ad ligna. Totus *albidus;* pil. udus valde glutinosus, primo squamis secedent. adspersus, variat argillaceus et livens.

744. A. LUBRICUS, pileo carnoso convexo-plano laevi viscoso, stipite solido subattenuato *fibrilloso albido*, apice striato, lamellis adnatis latis e pallido argillaceis. *S. M. p.* 252. nec obstat *Pers.*, licet minor. *Weinm.! l. c.* Circa truncos et in gramin. pinguib. Priori affini vulgo major, pileo cinnamomeo l. fulvo, interdum pallido, disco fulvo squamoso-maculoso. Caro alba, vix olens.

745. A. LUPINUS, pileo carnoso explanato depressove *laevi* viscoso, stipite farcto *curto firmo inaequali fibrillis adpressis tincto* apice albo, lamellis adnato-decurrentibus subconfertis latis pallido-argillaceis. Locis graminosis, ad vias. Stipes nunc sursum, nunc deorsum incrassatus, unc. l., ½ unc. cr. Pileus 3—4 unc. l., pellicula facile separabili, sed minus glutinosa. Caro mollis alba, stipitis pileo concolor. — Duplex: a) odore fortissimo amarissimo, pileo e fusco l. crustallino alutaceo, stipite ferruginasc. b) mitior, pileo fulvo, stipite lamellisque flavidis.

746. A. MIXTUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso viscoso, *disco obscuriori ruguloso*, stipite cavo curvato pallido *fusco-fibrilloso, deorsumque rufo-squamoso*, lamellis subdecurrentibus confertis albido-argillaceis. Ad terram in pinetomont. subcaesp. *Inodorus*, carne firmula aquosa. Stipes 1—3 unc. l., 3—4 lin. cr., subflexuosus, basi subincrass. Pileus 1—2 unc. lat., crustallinus, margine pallidior. *Bull. t.* 562. *f. F. O.* hunc sat bene refert.

747. A. DECUSSATUS, pileo carnoso plano obscurius umbonato viscoso, *fibrillis innatis radiantibus virgato*, stipite farcto aequali adpresse fibrilloso fulvente, lamellis adnatis confertis *angustis* e flavido argillaceis. In fagetis montosis. Stipes 1½—2 unc. l., 2 lin. cr. apice nudus pallens. Pileus 1½ unc. l., crustallinus, carne sub pellicula lutesc.

748. A. GUMMOSUS, pileo carnoso plano e floccoso-sqamuloso laevi viscoso, stipite farcto sericeo-fibrilloso basi rubiginoso, lamellis adnatis confertis *e flavo cinnamomeis. Lasch! l. c. n.* 325. A. tricolor. *Tratt. Aust. f.* 38. — Est omnino *Secr. n.* 275! et 806, si velum addidisset. Locis gramin. pinguibus; v. c. circa radices fraxini. Pileus e coico depressus et albido l. olivaceo viridi-luteus, margine pallido, 1—2 unc. l. Caro lutescens.

749. A. SPUMOSUS, pileo carnoso tenui laevi viscoso stipiteque cavo aequali tenui fibrilloso *flavidis* decoloribus, lamellis adnatis e luteo tandem ferrugineis. *S. M. p.* 252. *Lasch! Weinm.! p.* 212 non Secr. In pinetis, graminosis ad

terram, raro truncos, *vulgatiss.* Gregarius, flavus, eximie cortinatus, carne *flavo-virente:* stipes basi attenuatur, dein obscur.

750. A. CARBONARIUS, pileo carnoso planiusculo tenui laevi viscoso, stipite anguste fistuloso tenui *rigido squamuloso* pallido, lamellis adnatis *argillaceo-fuscescentibus.* *S. M. p.* 252. *Weinm.! l. c.* Ad terram adustam, carbones etc. vulgat. Gregarius, tenax, unc. l. parum ultra, pileo subfulvo, carne lutea, sporidiis *ferrugineo-fuscesc.* Claudit *seriem naturalissimam, Naucoriis II.* b. quoddammodo continuatam. — *A. ixodes* Secr. n. 343 huic et n. 745 utique affinis, lam. colore »roux rougeâtre au jaunâtre» aliquantulum differt.

III. UDI. *Pilei cuticula contigua*, haud discreta l. separabili, *glabra* (indumento passim superficiali), *jove pluvio uda l. subviscidula. Cortina manifesta, appendiculata.* Sporidia haud fulventia l. ochracea. *Pholiotis* lign., sporidiis ferrug., affines; caespitosi, lignatiles: species inter se distinctissimae!

751. A. FUSUS, pileo *compacto* convexo-expanso laevi viscidulo, stipite farcto firmo subconcolori *fibrilloso-striato*, deorsum subfusiformi-attenuato radicato, lamellis subdecurrentibus e pallido luteo ferruginascentibus. *Batsch f.* 189. certe, sed pro Auct. more pusio! *Alb. et Schw. n.* 596. A. pomp *Bolt. t.* 5. sec. *Secr. n.* 350. A. hybridus. *Bull. t.* 398, non alior. Ad terram et ligna prostrata, simplex aut caesp., nobis rariss. *Odor non amarus.* Ceteris firmior, pileo subtestaceo e velo appendiculato, carne lutescente. Lam. color videtur variabilis, griseo-virescens etc.; sporidia fusco-ferruginea

752. A. CORTINATUS, pileo carnoso convexo glabro discoideo *cortina appendiculato*, stipite cavo *aequali squamuloso albo*, lamellis adnatis ferrugineis. *Dec. fr.* 5. *p.* 51. Locis similibus in silv. ilicinis Galliae, valde caespit. Similis sit n 653. *Non vidi.*

* A. CORTINELLUS, pileo ovoideo-convexo, stipite basi albo-villoso, lamellis ex albido rufo-lilacinis, demum rufovinosis. *Dec. l. c.* — *Dub. syn. p.* 813. ut var. prior. Ad Salices: pileo luteo-griseo ad terram; pallide luteo ad truncos.

753. A. ASTRAGALINUS, pileo carnoso convexo-explanato discoideo, *primo circa marginem superficiali-sericeo*, stipite subcavo flexuoso fibrilloso-squamoso pallido, lamellis adnatis confertis e pallido flavis ferruginascentibus. *S. M. p.* 251. *Weinm. p.* 209. *Wahl. Suec. p.* 939. A. flavidus. *β. Alb. et Schw.! p.* 160. — Cfr. *Secr. n.* 277. Ad trunc. Pini, caesp. Eximius, perelegans. Stipes elongatus basi attenu-

atus subconcolor. Pileus subudus, sanguineo-crocatus, dein margine pallens, *carne concolori*. Lamellae basi pileo concolores, acie junior. obtusa flocculosa. Sporidia sordide ferrug., parca.

754. A. ALNICOLA, pileo carnoso convexo-plano udo laevi, primitus subfibrilloso-squamoso glabrove stipite *subcavo radicato-attenuato* fibrilloso e luteo ferruginascente, lamellis subadnatis latis *e pallido* ferrugineis. *S. M p.* 250 (non Secr.) Ch. de aulne. *Paul. p.* 303 [*t.* 147 non vidi]. A. velatus *Schum.! p.* 339. — A. amarus *Bull. t.* 562! var. salicicola. Ad trunc. arb. Odor amaricans. Pileus e luteo ferruginascens, raro virescens, carne concolori. Lamellae nunc rotundatae, nunc decurrentes. Sporidia pure ferruginea. Velum nunc fibrillosum, nunc telosum (*Bull. l. c. f. J.*) Duplex mihi obvius, notis evidentibus haud separandus: a) pileo irregulari, circa marginem fibrilloso, lam. primo sordide pallidis. b) *salicicola*, pileo subgibbo glabro, raro primitus floccoso-squamoso, lamellis primo lutescenti-pallidis.

755. A. FLAVIDUS, pileo carnoso convexo-plano aequali glabro udo, stipite subcavo fibrilloso e flavo ferruginascente, lamellis adnatis e *luteo* ferrugineis. *Schaeff. t.* 35 optime et certissime *Pers.* et noster in *S. M. p.* 250 *et Obs. Myc.* [contra Secr.] *Weinm. p.* 208. Cfr. *Tratt. austr. f.* 14. Ad truncos Pini caespitos. copiosiss. Stipes deorsum nunc incrass., nunc attenuatus. Pileus flavus, subaequalis; lamellae primitus albidae, mox flavae; sporidia uti prioris *pure ferruginea* [Cfr. quoque Schaeff.!; nigra petit Secr., n. 352, hinc alienus, sed de sporidiorum colore parum accuratus].

756. A. CONISSANS, pileo carnoso tenui convexo-explanato aequali udo glabro, stipite cavo *sericeo-fibrilloso pallido*, lamellis adnatis tenuibus confertissimis e *pallido sordide argillaceis*. A. pulverulentus. *Bull. t.* 178. eximie!, non Scop etc. Ad truncos Salicum, caespitoso-stipatus. Prioribus tenuior, habitu A. fascicularis, non pulverulentus; sed *sporidia ferruginea* (»tabacina» Bull.) *copiosissima* spargit. Stipes albo-flavescens, nec ferruginascens, arrbizus, aequalis l. basi attenuatus. Pileus alutaceo-flavidus, viscidulus.

757. A. INOPUS, pileo carnoso tenui convexo-plano udo glabro, stipite fistuloso tenui flexuoso adpresse fibrilloso, demum deorsum testaceo, lamellis adnatis confertis *linearibus albido-flavis* pallidis. *S. M. p.* 251. [minime Secr. sed n. 278.] *Obs.* 2. *p.* 32. *Weinm.! p.* 209. — *Bolt. t.* 148. exacte! *Batt. t.* 22.

*C.* ex icone [in desc. manifeste confundit *A. velutiped.* et *A. spumos.*] Ad trunc. Pini etc. caesp. l. gregar. Pileus jove udo viscidulus, melleo-alutaceus, expallens, in ambitu pallidior. Caro concolor, sicca alba. Lamellae subinde pallide virent, sed aridae et *sporidia parca*, sordide ferruginea, spargunt.

758. A. APICREUS, pileo carnoso tenui planiusculo laevi glabro udo, stipite cavo aequali arrhizo pallido basi fibrillisque ferrugineis, lamellis adnatis confertis tenuibus *nitide ferrugineis*. A. lignat. *Bull. t.* 554. *A!* (B. solido major) A. picreus *Secr. n.* 260. Ad truncos, subcaesp. Valde similis n. 254 et 255, sed lam. color subimmutabilis, caro hygrophana, pileus expallens alutaceus disco fulvente, odor mitis. Sq. utique propior. (v. s.)

759. A. AUSTERUS, pileo carnoso e camp. convexo expanso obtuso udo discoideo e fibrilloso glabro *hygrophano*, stipite cavo aequali arrhizo fibrilloso-sericeo albido, lamellis adnatis subdecurrent. confertis *cinnamomeis* (semper). Ad truncos Pini, caesp. Odor amarissimus. Cortina nitida, alba. Sub velo sericeo stipitis mollis color ferrugineus; medulla alba, cava. Pileus melleus (A. marginati), disco fusco.

760. A. AZYMUS, pileo carnoso tenui convexo-expanso obtuso udo laevi hygrophano, *sicco flocculoso rimosoque-squamuloso*, stipite subcavo firmulo fibrilloso-cortinato pallido, lamellis adnatis subdistantibus *gilvis, acie albidis. Secr. n.* 336. Ad truncos Mali silv. subcaesp. exeunte Martio vegetum abunde legi. Mitis, dilute ferrug. Stipes 1—2 unc. l., 2—3 lin. cr., basi albo-lanatus. Pileus unc. versiformis et versipellis. Fere idem Batt. t. 23 f. A.

IV. SAPINEI (S. M. p. 239). Pileus vix pelliculosus (carne vero scissili l. superne in squamas lacerata), haud viscosus, primitus subnaucosus. *Velum* stipiti fibrilloso-adpressum, — *haud appendiculato-cortinatum* — *fere nullum l. in stipite annulari-cingulatum.* Praecipue vero dignoscuntur *lamellis e flavido l. luteo fulventibus, sporidiis ochraceis fulvisve.* Subcaespitosi, *semper pinicolae*, sed inter ramenta pinea passim terrestres, seriem maxime contiguam sistentes, ut cautius forsan in S. M. 762—765 sub *A. sapineo*, 766, 767 sub *A. picreo* junxerim; saltim exemplaria decoloria saepe vix discernere licet. Cfr. n. 668.

761. A. STABILIS, pileo compacto convexo-plano laevi glabro, disco obscuriori gibbo, stipite farcto valido *rigido* in-

aequali rigido albido cortinaque ochraceo-fibrillosis, lam. ex albido fulvo-cinnamomeis. *Weinm.! Ross. p.* 210. Trunc. Pini, gregar. raro. Valde robustus, rigidus, stip. 4—8 unc. l., nunc sursum nunc deorsum attenuato, pil. ochraceo. *Vidi sicc.*

762. A. PENETRANS, pileo carnoso convexo-plano sicco *glabrello* (*sub lente naucoso*), stipite subcavo e sericeo striato pallido, cortina flocculosa *fugacissima* alba, lamellis adnatis ex albo-flavido *fulvo-maculatis. Fries Obs.* 1. *p.* 23. A. sapinei var. *S. M.* — *Weinm. l. c.* — Abundat ad ligna Pini, caespit. l. gregar. Pileus siccus, disco carnosior, carne albida, luteo-fulvus l. aureus, vulgo vero expallens flavescens. Lamellae hinc inde fulvo-maculatae. Var. ad terram stipite fusiformi farcto flavo-pallescente, pileo aureo: *Secr. n.* 810. (sed in pinetis tantum legi.)

763. A. HYBRIDUS, pileo carnoso hemisphaerico expanso obtuso glabro laevi udo, stipite farcto-molli sursum attenuato fulvente e villo sericeo adpresso striatulo albicante *annularique-cortinato*, lamellis adnatis subconfertis pallide luteis fulventibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 38. *Sw.! V. A. H. Weinm. l. c. Secr. n.* 130. (excl. syn-nostrum ad n. 277 et 386 male citat). Cum proximis, saepe ad terram inter ram. lign. Stipes etiam excav. basi albo-villosus. Pileus regularis, disco compactus, primo cinnam.-fulvus, dein fulvo-aurantius, carne pallida. Sporidia ut prior. ochracea. — *Sow. t.* 221 utique ex hac regione, sed ex habitu n. 763 tenuior, e tenui pileo fere n. 757.

764. A. HARMOGE, pileo campanulato adpresse squamuloso *disco carnoso aerugineo*, stipite floccoso-farcto tenui attenuato glabriusculo, velo floccoso-radiato, lamellis emarginatis latis e sulphureo fulvo-croceis. A. fulvo-marginatus. *Weinm.! Ross. p.* 200. (spec. misit optima). Ad ligna pinea fabref. Stipes uncialis, 2 lin. cr., pileo concolor. Pileus subviscidus, versus marginem lilacinus l. incarnatus, saepe; non semper fulvo-marginatus; sed harmoge singularis! Sporidia crocea.

765. A. SAPINEUS, pileo compacto convexo-plano obtusissimo subtiliter *flocculoso-squamuloso*, dein rimoso-diffracto stipite subfarcto difformi crasso sulcato radicato lutescente e-cortinato, lamellis adnatis *latis aureis*, dein fulvo-cinnamomeis. *S. M. p.* 239 incl. praecc. Ad ligna pinea, subcaesp. in montanis. Stipes vulgo curtus, solidus cavusve, tritus fuscescens, saepe compressus, lacunosus etc. Pileus 1—4 unc.

latus, disco subopacus, margine nitens dilutior. Caro crassa, mollis vero, haud scissilis, lutescens. Odor fortis. Cortinae lutescentis vestigia vix manifesta. Var. *terrestris* caespitosa, stipite fusiformi-radicato elongato, ab analoga n. 762 et n. 751 certe diversa.

766. A. LIQUIRITIAE, pileo subcarnoso *scissili* convexo-plano *subumbonato glabro udo*, margine demum striatulo, stipite cavo fibroso striato nudo fulvo-ferrugineo, lamellis ex adnato rotundatis confertis (3 lin.) *latis* luteis dein fulvo-cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 306! *Weinm. p.* 668. Ad truncos abiegnos, subcaesp. serotinus. Stipes 2 unc. l., 2—3 lin. crass., absque pruina et cortina, basi incrass. villosus, intus luteo-fulvus. Pileus 1—3 unc. latus, aureus l. aurant. fulvus, demum flaccidus, carne tenui lutea. Odor acidus.

767. A. PICREUS, pileo carnosulo scissili convexo-expanso laevi glabro, stipite fistuloso tenui subumbrino sursum attenuato ecortinato, primo pulverulento, lamellis ex adnato subseced. confertis angustis (vix lin. l.) e luteo ferruginascentibus. *S. M. p.* 239. *Weinm. p.* 211. — Etiam *Pers. syn.* et *Ic. descr.* e textu, sed *t.* 4. *f.* 7. (licet longe minor) A. *sapineum* sist. videtur. Trunc. Pini fr., subcaesp. Stipes facile compressus, interdum sericeo-pallens, sed tritus obscurior. Pileus udus rufo- l. badio-cinnam., expallens fulvescens etc., subuncialis, carne concolori. Lam. subinde vere decurr. — *Var.* b) pileo plano-depresso, stipite cavo brevi crasso difformi rufescente sericeo-pallido; c) pileo campanulato, stipite gracili stricto aequali — *item* pileo rimuloso-papilloso, disco subsquamuloso.

768. A. LIMULATUS, pileo carnosulo e convexo irregulari floccis innatis dense papilloso-rivuloso, stipite fistuloso tenui fibrilloso subvilloso fuscescente, lamellis adnatis ventricosis confertis e luteo cinnamomeis. *Fries Obs.* 2. *p* 28. *Weinm.! Ross. p.* 327. A. muric. c. *S. M.* Ad ligna Pini raro, sed abunde caespit. ad ripas amnium serragine pinea tectas in pineto-montan. Mire similis A. *muricato* (n. 669, semper fagicola), sed vix adest cortina manifesta, ejusque potius analoga, quam affinis forma. Tenuis, pileus fulvus. [Si *Secr. n.* 301 h. l. esset, multis modis ludit, mihi non obviis].

V. PEREGRINI. *Cortina nulla observata. Pileus siccus. Lamellae et sporidia rufoferruginea.* Affin. *Naucoriae.*

769. A. BRASILIENSIS, pileo carnoso planiusculo laevi stipiteque fistuloso aequali *fuscescente* tenuibus glabris, lamel-

lis adnatis confertis angustis ferrugineis. *Fries Linn.* 1830. *p.* 509. Trunc. Brasil. Habitus Cantharelli, pil. sulfureo.

770. A. Ilicinus, pileo carnoso e convexo-plano laevi glabro, stipite subcavo glabro rufescente, basi attenuato, lamellis adnatis e pallido ferrugineis. *Dec. Fr.* 5. *p.* 48. *S. M. p.* 251. Ad trunc. Quercus Ilicis Gall. austr. Caespitosus, pileo rufo-fulvo. Hic et sq. comeduntur, quare vix amari.

771. A. sociatis, pileo carnoso plano, *disco obscuriori (innato?) squamuloso*, stipite subfarcto aequali torto pallido, basi rufo-nigricante, lamellis decurrentibus ferrugineis. *ll. cc.* Trunc. Ilicis. Caespit., fulvus. *Non vidi.*

772. A. peregrinus, pileo carnoso plano subdepresso *superficiali squamuloso, dein glabro corrugi*, stipite solido aequali glabro. *Fr. El. p.* 31. Trunc. Ind. occid., gregar. Ferrugineus, 1—2 unc. — Ultimis Naucoriis peraffinis, sed stipes carnosus.

*Obs.* Sub *Fung pern. gen.* 22. species hujus tribus, Hypholomatis, immo A. *fusipes* (spec. 6, cfr. Sterb. t. 25. H) a *Clusio* complectuntur. — *Sapineis* nostris vix respondet Secretani fam. 73; prorsus alieni n. 711, 710; n. 709 in A. *scorzonerum* (supr. n 293 *) quadrat, sed allata var. *lam. subcinnamomeis* ab illo aliena, ut potius subsq. crederem. Nec n. 707 l. 708 quid cum meo A. *sapineo* commune habere videntur. *Secr. n.* 342 videtur A. lupinus ad spec. exsicc. descriptus.

XX. NAUCORIA (S. M. p. 260). Velum nullum l. fugax, subsquamulosum. Stipes *cartilagineus* fistulosus l. intus spongioso-farctus. Pileus plus minus carnosus, convexo-planus l. conicus margine inflexo, non aut margine tantum striatulus. *Lignatiles l. terrestres subradicati, vix olidi*, Collybiis *et* Leptoniis *respondentes.*

I. Gymnoti. Pileus glaber. Sporidia pura, nec fuscescentia. Velum absolute nullum.

* *lamellis liberis l. leviter adnexis.* Eximii, rari!

773. A. lugubris, pileo carnoso camp.-expanso undulato glabro laevi, stipite fusiformi-radicato rigido intra corticem glabrum albo-spongioso, lamellis liberis ventricosis perlatis confertis e pallido ferruginasc. *S. M. p.* 254. b) pileo bullato-expanso, stipite brevi (2 unc.) *Secr. n.* 812! Ad terram, b. in pinet. arenos. Smolandiae infer. legi. A. *fusipedi* analogus, stip. 4 unc. l., 4 lin. cr. pallido, basi demumque rubiginoso-

ferrug. Pileus 3 unc. l. e pallido ferrugin.; passimque tenaciter viscidus; in b. disco spadiceo.

774. A. FESTIVUS, pileo carnoso tenui convexo gibbo laevi glutinoso expallente, stipite subcavo difformi radicato cartilagineo-corticato, saepe fibris adnatis nigris reticulato, lamellis liberis ventricosis confertis demum ferrugineis. *Batt. t.* 20. *G.* hujus infans. Cfr. *Secr. n.* 709. *B.* — *Pers. M. E. n.* 299 var. pileo siccitate squamul. In silvis; nos in pinetis legimus. Nil cum A. *penetrante* habet commune; odor Raphani. Stipes 2 unc. l., 2—4 lin. crassus et compressus ultra, nunc aequalis, nunc ventricosus, nitens, violaceus, rufus; in forma nigro-reticulata pallidus. Pileus 1—2 unc. fusco-olivaceus, siccus olivaceo-stramineus l. rufus, badius. Lamell. primo ex albido olivaceae l. lutescente rufae. Respondet A. *butyraceo.*

775. A. CHRISTINAE, pileo carnoso tenui conico acuto subrepando viscoso laevi expallente, stipite fistuloso cartilagineo cylindrico glabro rubiginoso-sanguineo, lamellis liberis confertis e pallido igneo-crocatis. A. hilaris, stip. badio *S. M.* A. cohaerens. *Lasch. Linn.* Ad terram sterilem, tam silv. frond., quam pinet., gregarius, subcaesp., inodorus, *splendidus.* Stipes tenaciss., 2—3 unc. l., 1 lin. cr., demum badius. Pileus (facie *Hygroph. conici*) uncialis, expansus umbonatus, udus igneo-cinnamomeus, siccus fulvus — vidi specimen olivaceo-viridi, sicco viridi — saepe rugis elevatis costatus.

776. A. HILARIS, pileo carnoso tenui camp.-expanso obtuso glabro subviscido nitido, stipite cavo cartilagineo fragili striato nitente flavo, lamellis subliberis confertis flavo-ferruginasc. *S. M. p.* 254. b. pileo undulato-repando, stipite inaequali compresso. *Secr. n.* 805. Ad terram in pinetis. Praec. robustior, sed fragilis, pileo fulvo aurantio, carne lutea.

777. A. SUBGLOBOSUS, pileo carnosulo hemisphaerico-camp. laevi subviscido, stipite farcto tenui aequali brevi striato lamellisque subliberis ventricosis convexis flavidis. *Alb. et Schw. p.* 169. *S. M. p.* 237. In pinetis siccis, raro. Totus flavidus, statura A. *semiglobati*, stipite unc., pileo haud unc., lamellis rhombeis, sporidiis ochraceis insignis.

778. A. CIDARIS, pileo carnosulo conico-camp. glabro udo expallente, margine undulato striatulo, stipite fistuloso fusiformi brevi glabro flexuoso fusco-nigricante, lamellis ex adfixo secedente-liberis ventricosis lutescente-cinnamomeis. In pinetis campest. ad terram, circa truncos. Inodorus. Stipes

1½ unc. l., ab apice pallidiori nudo ad basin attenuatus. Pileus unc. altus et latus, argillaceo-cinnam., siccus alutaceus. *Hic et sq. Galeris affines.*

779. A. Cucumis, pileo carnosulo late campanulato glabro expallente, stipite tenui firmo glabro fusco-nigricante, apice incrassato cavo subpruinoso, lamellis leviter adnexis ventricosis e pallido croceis. *Pers.* — *Fr. El. p.* 34! *Secr. n.* 809. A. fuscipes. *Sow. t* 344. Ad terram et ramenta lignea. *Odor Cucumeris!* Pileus unc. circ., udus badiofuscus, circa margines pallidior. Occurrunt varr. minores, pileo striatulo — in humo hortorum, ad vias circa Upsaliam etc.

780. A. anguineus, pileo carnosulo camp.-convexo glabro, stipite subcavo sursum attenuato flexuoso ferruginascente, maculis albis sericellis notato, lamellis liberis confertis e *purpurascente* obscure ferrugineis. In silvis. Sat tenax. Stipes 2—3 unc. l., 1½ lin. cr., glabrellus. Pileus 1—1½ unc., e sordide gilvo alutaceus, demum umbone lato obtuso. In siccis lam. a stipite remotae. Nulli a me lecto affinis; puto huc spectare *Pers. M. E. n.* 245 et *Batt. t.* 27. *F.* fig. monstr. (v. s.)

781. A. micans, pileo carnosulo convexo gibbo laevi nitidulo submaculato, stipite subfistuloso tenaci incurvo pruinoso rufofusco, lamellis emarginato-adnexis confertis e flavo-virescente ferrugineis. A. alnicola. *Secr. n.* 807. excl. syn. Ad truncos Alni. Stipes 1¼ unc. l., 2 lin. cr., adpressis fibrillis glabratus. Pileus unc. subexcedens, luteus, passim purpureo-maculatus, margine perpend., carne lutea. Ex hac *Secr.* descr. huc refero fungum juvenilem in ramis *Rosae cinnamomeae* Petropoli lectum, subcaespit., *duplo minorem*, pileo aurantio, lam. flavis. Reliqua exacte!

772. A. Centunculus, pileo carnosulo convexo-plano obtuso e *lurido-viridi* lutescente expallente, stipite fistuloso basi albovilloso, *sursum albo-pulverulento* lamellisque ex adnato secedentibus crassis latis *cinereo-flavis*. *S. M. p.* 262. *Obs.* 1. *n.* 32 δ. *Lasch! l. c. et in litt.* Vix differre potest *Secr. n.* 840. *B.* Ad ligna putrida Fagi; nobilis, statura varius, colore [licet mutabili] facile distinctus. Pileus 3—10 lin. latus, fusco-olivaceus, decolorans, siccus, sub lente sericellus, saepe excentr. nunc laevis, nunc striatulus. Lamellae saepe emarginatae l. liberae, nunc confertae, nunc subdistantes, vetustae convexae crispatae, »acie flocculis luteo-viridibus denticulatae, sporidiis subochraceis. Margo pilei primitus quoque sulfureo-pulverul.» Lasch. Cfr. n. 360!

* A. ENCHYMOSUS, pileo e fusco-olivaceo *rufescente maculoso*, stipite pallido, lamellis obscurioribus ferruginasc. *Batt. t.* 28. *f. M.* Cfr. *Secr. n.* 840. *A.* Ad trunc. Praec., a ceteris remoto, tam affinis, ut separare non audeam, sed ex Secr. »sporidia fusco-ferruginea»? (v. s.)

783. A. HORIZONTALIS, pileo carnosulo plano-convexo obtuso laevi glabro, stipiteque *solido brevissimo incurvo nudo* lamellisque rotundato-liberis latis planis aquose cinnamomeis. *Bull. t.* 324. *Sow. t.* 341. Ad cortices v. c. Pyri, Ulmi, catervatim ut *A. corticola*, sed humillimus, primo adspectu subsessilis, pro ratione admodum carnosus, pileo 4 lin. lato rufescente. *Non vidi.*

784. A. PYGMAEUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso glabro, margine striato, stipite fistuloso tenui flexuoso glabro albo, lamellis rotundato-adnexis ventricosis ferrugineis. *Bull. t.* 525. *f.* 2. *S. M. p.* 263. Ad truncos, gregarius, jam passim mihi obvius. Stipes unc. Pileus ochraceo-alutaceus, 5—8 lin. latus. Similis *A. blattario*, sed velum nullum.

** *lamellis adnatis.* Valde inter se distincti!

785. A, ABSTRUSUS, pileo carnoso convexo obtuso laevi glabro viscido, stipite fistuloso rigido glabro ferrugineo, lamellis adnatis confertis planis aquose ferrugineis. Ad terram. Firmulus. Pileus $1\frac{1}{2}$ unc., argillaceo-ferrug. in ambitu tenuis, carne aquosa. Stipes unc., 1 lin. cr. basi obscurior.

786. A. INNOCUUS, pileo carnosulo convexo obtuso glabriusculo [sub lente *fibrilloso-laevato*] striato expallente, stipite farcto albido-fibrilloso, lamellis adnatis confertis flavo-ochraceis. *Lasch l. c. n.* 398. Locis humidis gregar. Pileus rufus, siccus pallescens laevis.

787. A. SCOLECINUS, pileo carnosulo e camp.-convexo plano glabro, margine striatulo, stipite fistuloso aequali flexuoso rufo-ferrugineo albo-farinaceo, lamellis adnatis subdistantibus ex albo-carneo ferrugineis, acie flocculosis. Locis humidis glareosis, ad vias sub umbra Alni. Stipes 2—3 unc. l, 1 lin. cr., primo totus; dein apice dilutiori farinoso-squamulosus, basi fuscesc. Pileus $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. l. opacus, badio-ferrug., circa marginem dilutior. Lam. postice latiores, ultra lin. latae.

788. A. NUCEUS, pileo submembr. globoso-campan. umbilicato punctulato, margine incurvo sublobato, stipite fistuloso gracili sericeo-fibrilloso albo, lamellis attenuato-adnatis adscendentibus subcrispis cinnamomeis. *Bolt. t.* 70. optima. *Fr.!* — *Linn. X. p.* 57. *Weinm.! Ross. p.* 668. In ericetis, pi-

netis etc. raro. Gracilis, sed tenax. Stipes 2—3 unc. l., lin. l. parum ultra crassus bulbillosus. Pileus ½—1 unc. l., dilute castaneus. Lamell. semicirculares, non sinuatae, 3—4 lin. latae.

789. A. HYPERELLUS, pileo submembr. convexo-plano umbonato glabrello, stipite fistuloso brevissimo tenui sericeo-fibrilloso pallido, lamellis adnatis strictis confertis ferrugineis. *Fr. El. p.* 35. *Weinm.! p.* 221. *Batt. t.* 28. *C.* Cum praec., cui affinis, sed stipes ½ unc. l., pileus regularis ferrugineus cum micore, haud detersili, canescent .

790. A. STICTICUS, pileo carnosulo convexo-plano orbiculari laevi, *granulis minutis sparsis superficialibus punctato*, hygrophano, stipite subfarcto tenui *fusco-ferruginascente*, lamellis adnatis confertis dilute cinnamomeis. *Fr.* — *Linn.* 1835. *p.* 56. *Weinm.! Ross. p.* 669. Inter ramenta Pini detectus a Weinmanno. Stipes 2 unc. l. vel ultra, basi incrass. villos. Pileus unc., fuscescenti-ochraceus, siccus alutaceus.

791. A. CERODES, pileo carnosulo convexo-plano obtuso *subdepresso* orbiculari laevi glabro hygrophano, stipite fistuloso aequali *nudo luteo basi ferrugineo*, lamellis adnatis planis latis ochraceo-cinnamomeis. a) stipite rigido, recto, unciali, primo farcto. A. pumilus. *Alb. S.* b.) stipite molliori elongato flexuoso (*Batsch. f.* 8) curvatoque: A. muscorum *Hoffm. nomencl. t.* 5. *f.* 3. *Secr. n.* 979. Ad terram apricam, v. c. locis adustis! — b. major, inter muscos humidos, *serotinus.* Stipes 1—2 lin. cr , demum totus ferruginascens. Pileus ½—1 unc., e ceraceo ochraceus, vix striatus, sed in b. udo lam. *subdistantes* pellucent. [*Schaeff. t.* 203 sat bene refert a. sed lam. differt]

792. A. MELINOIDES, pileo carnosulo convexo-plano *obtuse umbonato* laevi glabro udo, stipite cavo crassiusculo *sursum pruinoso*, *basi albo*, lamellis adnatis triquetro-oblongis denticulatis melleis. a. *Bull. t.* 560. *f.* 1. *F. tantum! Krombh. t.* 3. *f.* 14. media. b. stipite longiori subventricoso. *S. M. p.* 266. *Weinm. p.* 219 (ceterum a proximis haud rite dist.) Cum priori, et e statione ut idem variat. Stipes 1—2 unc. l., 1—2 lin. cr. (in b. usque 3 lin.) firmulus, lutesc. Pileus ½—¾ unc. latus, udus obscure fulvus, exoletus extimo margine striatus; siccus ochraceus. Lam. tenues, postice latiores, ultra lin. latae.

793. A. PUSIOLUS, pileo carnosulo hemisphaerico-expanso obtuso laevi glabro viscidulo, stipite fistuloso *filiformi gla-*

*bro luteo nitido*, lamellis adnatis confertis planis segmentoideis e pallido cinnamomeis. *S. M. p.* 264. *El. p.* 36. *Weinm. p.* 222. *Pers. M. E. n.* 274 et n. 272. *t.* 25. *f.* 1, ex ic., status vetust. A. melinoides. *Auct.* Ad terram — et gracilescens, flexilis, inter muscos. Stipes unc. l. parum ultra, subviscidus, citrinus. Pil. 3 lin., fulvo-luteus, ut praec. nitidus, nec ut Galerae similes hygrophano-atomatus l. sericellus.

794. A. SIDEROIDES, pileo carnosulo e camp. expanso *umbonato* glabro viscidulo, stipite farcto attenuato laevi pallido, lamellis *dente decurrente uncinato-adfixis angustis* confertis ex ochreo-pallido cinnamomeis. *Bull. t.* 588.! *Dec. Fr.* 5. *p.* 46. A. hemisphaeric. *Scop. C. p.* 448. Ad vias, inter ramenta lignea; in truncis Pini Upsaliae! Stipes 3 unc. l., 1—2 lin. crassus, e pallido lutescens, basi demum ferrug. Pileus ½—1 unc., helvolus, siccus ochraceus, nitens, margine primo incurvus, dein striatulus. Velum prorsus nullum!, hinc vix *Secr. n.* 247.

795. A. BADIPES, pileo submembranaceo campanulato-convexo subumbonato glabro, udo ad umbonem striato-pellucido, stipite fistuloso aequali rigido *ferrugineo*, *ad medium squamis fibrillosis albis variegato*, lamellis adnatis ventricosis subdistantibus gilvo-ferrugineis. A. badipus *Pers. syn. p.* 318., in diversissimis quaesitus, hic potius quam sq. Locis humidis in pinetis camp., Upsaliae. Stipes 2—3 unc. l., 1 lin. cr., subflexuosus, supra medium dilutior laevis nudus, basi fuscus. Pileus 4—6 lin. latus, udus gilvo-ferrugineus, siccus laevis alutaceus, *margine fere recto* et potius Galera!; squamae veli indicium!

796. A. CAMERINUS, pileo carnosulo camp.-convexo obtuse umbonato glabro udo, margine striato, stipite fistuloso flexuoso *adpresse fibrilloso* aequali *umbrino*, lamellis adnatis confertis *lutescenti*-cinnamomeis. A. badipus. *P.* ex *Secr. n.* 838 (reliqu. syn. manifeste aliena) Ad truncos, praec. Pini in silv. montan. Stipes 1½ unc. l., lin. haud crass., sub pileo tantum pallens. Pileus ½ unc. et infra latus, ochreo-alutaceus, siccus pallens opacus, disco subobscuriori, carne albida. Lam. plano-adscendunt. Velum nullum. Non commutetur cum forma pusilla cortinata A. *marginati*! A simili n. 808. ex affinitate admodum distat. — A. *unicolor* Sch. est A. *marginatus* absque annulo.

II. PHAEOTI. Pileus nudus. Lamellae cum sporidiis fusco-ferrugineae. Velum in potestate, sed raro manifestum,

nec umquam in pileo conspicuum. E loco duae greges eximie naturales; illa *prope cognata n.* 646—650.

* *Pediadei*, in arvis et campis obvii.

797. A. AMOENUS, pileo carnoso planiusculo laevi subviscoso, stipite *farcto-fibroso aequali* laevi *fibrilloso* albo-nitente, lamellis adnatis confertis linearibus e albo-livido ferruginascentibus. *Weinm! Ross.* p. 233. *Fr. El.* p. 33. *Batt.* t. 15. *A.* In agris Eur. austr., vaporariis Eur. borealis. Sqq. major, stipite 3 lin. cr. Pileus sordide luteus a disco ferruginascente expallens, hinc circa margines passim saturatior.

798. A. VERVACTI, pileo carnoso convexo-plano umbonatove laevi glabro viscido, sicco nitido, stipite e *farcto cavo attenuato glabro rigido arrhizo albido*, lamellis dente decurrente adnatis confertis, dein ventricosis e pallido ferrugineo-fuscis. *S. M.* p. 263. *Weinm.* p. 234. *Lasch!* A. arvalis *Secr. n.* 833. excl. syn. *Batt. t.* 13. *F. Pers. M. E. n.* 270 * 273. — etiam *Batsch. f.* 108 b. l. cfr. descr. In pratis pinguibus, vervactis Eur. austr., Scaniae! Stipes brevis, crassiusc., nunc sursum, nunc deorsum attenuatus. Pileus luteus.

799. A. PEDIADES, pileo carnosulo convexo-plano obtuso depressove sicco, demum impolito, stipite *medullato subflexuoso sericello lutescente, basi bulbilloso*, lamellis adnexis latis subdistantibus e fuscescente sordide cinnamomeis. *S. M.* p. 290. *Lasch.* — *Weinm.* p. 233. *Secr.* p. 260. *Paul. t.* 106. *f.* 2, 3, vix! — b. A. pusillus *Schaeff. t.* 203! A. pumilus. *P. M. E.* p. 163. non Syn.! *Vaill. par.* p. 65. n. 32! In campis vulgatissimus fungus per totum annum. Statura variabilis; stipes vulgo elongatus. Pileus unc., e gilvo-ochraceo alutaceus. [Reliquae fig. Paul. male fucatae].

800. A. SEMIORBICULARIS, pileo carnosulo hemisphaerico-expanso laevi glabro subviscido, demum rivuloso, stipite gracili tenaci substricto pallide *ferrugineo nitido tubulum fistulosum liberum includente*, lamellis adnatis perlatis confertis e pallido ferrugineis. *Bull. t.* 422! *Secr. n.* 100. Sub A. subgloboso *S. M.* obiter hujus mentionem feci. A. longipes *Scop. Carn.* p. 446! hunc l. praecedd. spectat. In lateribus viarum, ruderatis etc. Statura vulgo prioris, colore in vivo fulvo-ferrugineo, in siccis ochraceo. Veli nullum in hoc [«annulatum» Secr.], sed in praecc. subannulatum rarissime vidi. Supra *ramenta Lini* stipes 3—4 unc. longus, lin. cr., pileus $1\frac{1}{2}$ —2 unc.

80. A. ARVALIS, pileo carnosulo tenaci convexo-plano

sicco expallente, stipite *simpliciter fistuloso tenui pulverulento* lutescente, *radice longa filiformi*, lamellis adnexis confertis fusco-albis dein ferrugineis. *S. M. p.* 263. *Weinm. p.* 234. *Batt.* 28. *D.!* [*Bull. t* 422. *f.* 2, ceterum aliena, staturam et radicem optime exprimit]. Ad terram cultam, magnopere a prioribus diversus, ad A. *antipodem* accedens. Pileus udus luteo-fuscus, siccus ochraceus.

802. A. TABACINUS, *badiofuscus*, pileo carnosulo planiusculo obtusissimo laevi glabro hygrophano, *margine involuto*, stipite cavo glabro, lamellis adnatis confertis planis, demum badio-cinnamomeis. *Dec. fr* 5. *p.* 46? Cfr *Secr. n.* — Vulgatus juxta vias Upsaliae, subcaespitosus. Udus subunicolor, habitu A. *Cucumeris;* pileus dein badio-cinnamomeus, siccus sordide alutaceus, 3—9 lin. latus, *sat carnosus!* Lamellae sublineares, postice haud latiores, primitus gilvae, mox umbrinae, demum ferruginasc. Stipes nunc 2 unc. l., aequalis, flexuosus; nunc duplo brevior, crassior, basi attenuatus. — Velum eximium teloso-appendiculatum in pauciss. individuis vidimus; in aliis ejusdem caespitis primitus nullum.

** *Scorpioidei*, locis incultis udis silvaticis

803. A. TENAX, pileo subcarnoso e camp. expanso glabro viscidulo hygrophano, stipite e farcto cavo aequali *flavofuscescente*, *e fibrillis adpressis striatulo, glabrello cortina fugaci*, lamellis adnatis subdistantibus acie albidis. *S. M. p.* 290. *Weinm. p.* 252. *Secr.* sub sq. forte habet. Silv. abiegn. etc. Stipes e loco nunc magis ferruginasc., nunc olivascens. Pileus [interdum rugulosus] udus vulgo cinnamomeus (margine aquose flavente, alii forsan dicerent virente) siccus ochraceus, sed intercurrit fusco-lutescente. Lamellae e pallido olivaceo-fuscescente ferruginasc.

804. A. MYOSOTIS, pileo carnosulo convexo-plano subumbonato pelliculoso-viscoso decolore, stipite fistuloso gracili *pallido fibrilloso squamosoque-cortinato*, lamellis adnato-decurrentibus subdistantibus demum brunneo-ferrugineis, acie serrata alba. *S. M. l. c.* — *Lasch.* — *Weinm. p.* 253. Locis humidis, praec. in fagetis. Statura prioris. Fibrillae stipitis locis humidis nigrescunt. Pilei color peculiaris ex olivaceo, h. e. fusco-viridi, flavescens. Cfr. cum hoc et prox. *Secr.* 104—106 (annulatos numquam vidi). Omnia indiv. in *Obs. Myc.* 2. *p.* 34 descr. eodem die, ex eödem mycelio, lecta [in hoc duae species Secretano!]; *eadem descr. contracta*, in S. M. repetita, ex eodem tertia species! sanae criticae sane ironia!

805. A. SCORPIOIDES, pileo carnosulo e conico-convexo expanso glabro vix viscidulo expallente, stipite fistuloso gracili flexuoso sicco pallido *albo-fibrilloso*, apiceque pruinoso, lamellis adnatis denticulo decurrente, pallido-nebulosis, acie concolori integra. In paludosis turfosis. Praec. cognatus, sed pileus e subtestaceo alutaceus l. isabellinus circa umbonem demum depressus, lam. albidae l. flavidae nec fuscesc, cortina haud manifesta.

806. A. TEMULENTUS, pileo submembr. e camp. convexo glabro hygrophano, margine striatulo stipite *medullari-fistuloso tenui tenaci polito flexuoso glabro, apice pulverulento*, lamellis adnatis subdistantibus e lurido umbrino-ferrugineis. *S. M. p.* 268. *Weinm. p.* 222. *Batsch. f.* 7 ob fig. d. huc spectat. Locis humidis silvarum. Gracilis; pileo subumbonato numquam depresso, nec pelliculoso) ferrugineo, sicco ochraceo-alutaceo extrio. Velum o!

807. A. UNDULOSUS, pileo submembr. convexo laevi, umbone carnoso, stipiteque *solido* firmo undulato glabro nudo spadiceis nitidis, lamellis adnatis ovatis distantibus subconcoloribus. *Jungh. l. c. t.* 6. *f.* 4. In campis apricis Mansfeldiae. Fuscobrunneus, stip. 2 unc. longo. Potius *Scorpioideis* quam *Pediadibus* affinis.

808. A. INQUILINUS, pileo submembranaceo convexo-plano glabro striatulo hygrophano, centro carnosulo, stipite fistuloso brevi tenaci spadiceo deorsum attenuato, lamellis adnato-decurrentibus triquetris convexis vix confertis subfuscescenti-ferrugineis. *S. M. p.* 264. *Weinm! p.* 236. *P. M. E. n.* 271. *Secr. n.* 839. A. xyloph. *Schum.* 1702. Ad ligna mucida silv. frond., stipulas variasque quisquilias silvarum communis. Gregarius, pusillus, stip. unc l. parum ultra l., 1 lin. crass., saepe flexuoso, basi albo-floccosa. Pil. $\frac{1}{2}$ unc. raro ultra *demum umbonato*, colore mutabilis, siccus laevis, nunc fulvellus, nunc alutaceo-canus. Lam. colore admodum quoque mutatur, sed a reliq. distinctiss.!

* A. ECBOLUS, pileo argillaceo, stipite radicato, lamellis confertis ferrugineis. Ad radices graminum. An separetur, inquiretur. Videtur *Secr. n.* 340.

III. LEPIDOTI. (Naucoriae genuinae *El.*) Pileus flocculosus l squamulosus. Velum manifestum,

* *pileo squamulis superficialibus secedentibus.*

809. A. CROBULUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso, *squamulis floccosis albis secedentibus* glabro, stipite fistuloso

*fusco* albo-squamuloso, lamellis adnato-decurrentibus confertis *fusco*-ferrugineis. A. furfurac. b. *S. M.* A. inquil. b. *El. p.* 39. *Weinm. l. c.* — *Lasch. n.* 395. *γ.* Ad ramenta lignea. Est quasi praec. status major, velo sq. sed adhuc evidentiori et flocceso auctus; vidi aliquando stipite pulchre squamoso-annulato! Pileus viscidulus, vix striatus, siccus alutaceus sub-nitens. Lam. prioris angustiores, parum arcuatae. — Est A. stagninus *Secr. n.* 337, sed unde sporidia alba?! sunt flavo-brunnea.

810. A. FURFURACEUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso depressoque *udo* hygrophano, indumento cano sericeo-squamuloso secedente nudo, stipite fistuloso flocculoso rigido pallido, lamellis adnato-decurrentibus subdistantibus cinnamomeis. *Pers! syn. p.* 454. *S. M. p.* 262. *Weinm! p.* 217. A. squarrosus. *Bull. t.* 593. *f.* 3. *Secr. n.* 330! *Batsch. f.* 98. ! — Ad terram, inter ramenta, folia etc. ubique, gregarius, basi albo-floccosa. Pileus udus helvolo-cinnamomeus, *non viscidus* quare siccus alutaceo-canescens sericellus. Exoletus fragilis, latus, denudatus etc: *Batsch f.* 215 similis.

* A. *heterostichus*, pileo subumbonato depressoque cinnamomeo, sicco ochraceo-pallido, stipite subnudo. *Fr. Obs.* 2. *p.* 25. *Secr. n.* 341. Ad vias.

* A. TRIGONOPHYLLUS, minor, pallescens, lamellis latissimis *triangulis magis distantibus* subfulvo-ochraceis. *Lasch! n.* 390. *Secr. n.* 334. Iuxta vias. Cum A. *furfuraceo* confluere per litt. testatur ingenuus *Lasch*, qui etiam n. 1822 huc ducit.

811. A. PORRIGINOSUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso viscido expallente, flocculis *superficialibus secedentibus croceis* adsperso, stipite fistuloso aequali molliusculo sericeo-laevigato pallido, lamellis adnatis confertis *flavo*-subcinnamomeis. — *Batt. t.* 19. *f. E.* Inter ramenta Ribis Grossulariae legimus. Praeced. affinis, major; pileus haud depressus, fulvus, nec siccus sericeus.

812. A. SOBRIUS, pileo carnosulo convexo-plano viscidulo subsericello, disco obscuriori, *velo pruinoso fugaci*, stipite subfistuloso fibrilloso basi fuscescente albofloccoso, lamellis adnatis *confertis* latis croceo-pallidis. *Obs M.* 2. *p.* 25. *γ.* *Secr. n* 331. ex syn. A. pusillus. *Lasch! n.* 399. A. dispers. *M. E. n.* 268 etiam h. l. esse videtur; loco pil. «dilatato» *unc.* manifeste legendum, cum «stipes subbrevis», icon unc. citatur e. s. p. In dumetis humidis. Velum exiguum, ad marginem pilei et stipitem primitus furfuraceum. Pileus

circ. uncialis subluteus, *non ita bibulus* et hygroph., unde nomen. Lam. denticulo tantum decurrunt, acie albicant. A. *Leotioides* Secr. n. 334 ad nostr. n. 764 jun. exsicc. accedit.

** *pileo innato-squamuloso.* Cfr. n. 668, 669, 760, 768.

713. A. Erinaceus, pileo carnosulo convexo *subumbilicato hirto-fasciculato squamoso*, stipite tenui fistuloso brevi incurvo *hirto*, lamellis adnatis subconfertis integerrimis. *Fr. El. p.* 33. *Weinm! Ross. p.* 215. (diagn. vitiosa) *Sow. t.* 417. optima. A. aridus. *M. E. n.* 327. *Batt. t.* 28. *f. K.* Ad ramos dejectos, raro. Parvus, aridus, pil. stipiteque $\frac{1}{2}$ unc., totus umbrino-ferrugineus.

814. A. siparius, pileo carnosulo plano obtuso stipiteque farcto apice glabro pruinoso squamoso-lanuginosis, lamellis adnatis latis subdistantibus acie floccosis. *S. M. p.* 261. *Weinm! p.* 215. *M. E. n.* 258. A. vestitus. *Chev. par p.* 215. *t.* 6 *f.* 9. brevipes, junior. Ad stipites Filicum etc. Priori valde affinis, mollior, stipite demum longiori, totus rufoferrugineus, *sipario* tectus.

815. A. conspersus, pileo carnosulo convexo-plano obtuso laeviusculo, *mox furfuraceo diffracteque squamoso hygrophano*, stipite fibrilloso cinnamomeo-fusco, lamellis adnatis subsecedentibus confertis cinnamomeis. *Pers. ic. descr. t.* 12. *f.* 3. *Alb. et Schw. p.* 166.! *S. M. p.* 260. *Weinm. p.* 214. *Krombh t.* 3. *f.* 12. *Secr. n.* 339. In silvis, locis subhumidis; in uliginosis major. Pileus badio-cinnamomeus, siccus ochraceus; lam. nunc lineares, nunc ventric. — Valde affinis A. *scolecinus*, velo squamisque absolute distitut.; similis tantum A. *tabacinus* (haud squamulos.! sed hygrophanorum more tantum siccus sericeo-atomatus.)

816. A. fluminensis. Montagne (descr. l. spec. nondum vidi).

817. A. escharoides, pileo carnosulo conico-convexo explanato obtuso squamuloso-furfuraceo stipiteque fistuloso flexuoso adpresse fibrilloso glabriusculo *pallescentibus*, lamellis adfixis *laxis ventricosis* pallido-argillaceis cinnamomeisve. *S. M. p.* 260. *Weinm! p.* 214. *Lasch n.* 388. *Secr. n.* 332 «lam. ochr.» — var. est *Schaeff. t.* 226. locis siccioribus. In nemoribus humid. fr. Gregarius, fragilis; pileo primo expallente, alutaceo-albicante demum disco stipiteque fuscescentibus. Lamellae demum emarginatae, laxae, subliberae, colore certe variae!

818. A. limbatus, pileo carnosulo convexo-expanso ob-

tuso, primo laevi, dein concentrice flocculoso-squamuloso, margine striato demum fisso, stipite fistuloso *glabro ex albido lutescente*, lamellis *liberis* ventricosis confertis ochraceo-argillaceis. *Bull. t.* 563. *f.* 2. Ad terram. Stipes 1½ unc. l., lin. cr., subadscendens. Pileus subuncialis. Totus demum argillaceo-ochraceus. *Non vidi.* Omnibus notis essentialibus convenire videtur *Batt. t.* 28. *f. F. G.* (*P. M. E. n.* 267); sed pileus subrufus dicitur.

*** *pileo absque squamis, sericeo atomatoque.* (A. *furfuraceus*, indumento squamuloso secedente, in statu sicco h. l. facile quaeres).

819. A. SEGESTRIUS, pileo carnosulo convexo-expanso obtuso depressove sericeo hygrophano, stipite fibrilloso pallido, lamellis *adnatis confertis angustis* cinnamomeis. *S. M. p.* 262. Secr. n. 835. *Weinm. p.* 236. *Pers. M. E. n.* 261, 264. Inter ramenta, folia, muscos, at raro. Pileus ½—1 unc. latus, alutaceo-pallescens. Velum fibrillosum, tantum marginale.

820. A. PANNOSUS, pileo submembr. convexo-plano fuscescente, *pilis albis sericeo*, stipite obsolete fistuloso glabriusculo pallido, lamellis adnexis ventricosis distantibus pallide umbrinis. *S. M. p.* 261. *Weinm. p.* 215. non Alior. Ad terram udam umbrosam, rariss. *Nobilissimus*, stip. unc., pil. 3—4 lin. tenello, vix striato.

821. A. GRAMINICOLA, pileo submembr. convexo *papillato hirto-tomentoso*, *stipite* gracili *tenaci hirsuto* fuscescente, lamellis leviter adnexis subdistantibus ochraceo-pallidis. *Nees! Syst. f.* 186. *Fr. El. p.* 34. *Weinm. Ross. p.* 216. *Krombh. t.* 3. *f.* 13 speciosior, stipite ramoso. Ad stipulas, culmos graminum etc. *Eximius*, pileo 3 lin. lato, sub lente *pilis strigosis* tecto, fusco cervino-ochraceo. Cfr. *M. E. n.* 269, 260. — Lasch. n. 793 ad A. *hyperellum* fere recedit.

822. A. CARPOPHILUS, pileo submembr. convexo obtuso *atomis nitidis furfurato* (non piloso, raro squamuloso), stipite subfarcto brevi tenui e furfuraceo nudo pallido, lamellis rotundato-adnexis subliberis latis subdistantibus crenulatis ochraceis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 45. A. dispers. *Pers. ex Lasch! Cfr. n.* 812 — b. A. naucicola. *Secr. n.* 333 omnino. Ad pericarpia et folia Fagi. Pusillus, siccus pallidus, immo albicans, udus obscurior; pileo 2—3 lin. lato. Species utique dubia, hinc in S. M. omissa, strictius ad primam sect. referenda; Ex Laschio simplicissimus A. *trigonophylli* status.

XXI. GALERA. (S. M. p. 264.) Velum nullum l. fibrillosum. Stipes *subcartilagineus*, tubulosus [tubulo subcavo]. Pileus plus minus membranaceus, e conico l. ovali expansus, striatus, *margine primitus recto, stipiti appresso. Graciles, fragiles,* Mycenis *et* Leptoniis *respondentes*; quarum statura facile dignoscuntur. Character typicus a *Naucoriis* manifestus; sed in una alterave specie margo vix distincte incurvatus, licet ex habitu reliquasque notas inter Naucorias recipiatur v. c. A. *Cucumis*, A. *Cidaris*, A. *badipes* etc. — Bolbitii genus inter primam et secundam sectionem mediam sistere posset.

* Polytropi, *pileo glabro nudo* [subviscido in omnibus vivis visis], *nec hygrophano-atomato l. sericello* (exc. 830); *lamellis subliberis confertis.* Velum o! Species majores, nobiliores, inter se magis diversae quam sq. sect.

823. A. reticulatus, pileo carnosulo camp.-expanso *rugoso-reticulato viscoso*, margine striato, stipite fragili fibrilloso albo, lamellis liberis ventricosis confertis croceo-ferrugineis. *Pers. ic. descr. t. 4. f. 4—6. S. M. p.* 238. Ad trunc. mucidos Fagi. Pluteis (v. c. n. 543, 555) prope cognatus, sed sporidia ferrug., pileus dilute violaceus, stipes eximie cartilagineo-corticatus.

824. A. aleuriatus. pileo submembr. e conico-convexo plano viscoso *erugi striato*, stipite tenui *pulverulento* subincurvo albo, lamellis liberis ventr. croceo-ochraceis. *S. M. l. c.* Cum priori; nobis vulgatior, minor, tenuior, pileo caesio; livido, roseo, sporidiis dilute croceis.

825. A. pilipes, pileo carnosulo conico obtuso laevi glabro; stipite fistuloso tenui flexuoso *undique piloso*, lamellis liberis confertis pallide fuscis. *Sow. t.* 249. Ad Agaricos putridos, caespitosus, minor, e pallido fuscus. *Sporidia ignota,* sed e statura vix aliorsum referri potest. *Non vidi.*

826. A. Hilarianus, pileo submembr. camp.-convexo a centro radiato glabro, ad marginem denticulatum striatulo, stipite farcto tenui *rubiginoso-lanuginoso*, apice striato, lamellis emarginato-adnexis confertis angustis e sulfureo luteo-cinnamomeis. *Montagne in litt.* Ad truncos Brasiliae circa Rio Janeiro. *St. Hil.* Stipes 1—2 unc. l., $\frac{1}{4}$—1 lin. cr. basi incrass. Pil. 3—8 lin., cinnamomeo-luteus, in striis punctatus. *Non vidi*, posset esse Marasmius, sed sporidia ochracea?

827. A. ruderum, pileo submembr. conico obtuso *laevi* glabro, stipite fistuloso sericeo-fibrilloso apice pruinoso albicante, lamellis liberis tenuibus flavo-fuscescentibus. *Bertero* —

et *Montagn. in litt.!* In ruderatis et hortis, Chili. Stipes unc. et ultra, e fibris implexis striato, basi flocculoso-bulbilloso; demum umbrinus. Pileus e subsphaerico conicus, dein camp., primo flavo-helvolus, dein fuscescens, tandem pallescens, margine recto, lam. pallidioribus. Sporidia rubro-fulva!

828. A. CANERINUS, pileo submembr. camp. obtuso *striato* glabro, stipite fistuloso subbulboso albicante, lamellis . . . inaequalibus dilute ochraceis. *Meyer Ess. p.* 300. In cavernis Cancerorum, Surinamo. E citatis a praec. ut n. 824 a 823 differret.

829. A. PITYREUS, pileo submembr. camp.-expanso *striatulo* viscido hygrophano, stipite fistuloso aequali *glabro argenteo, apice albo-pulverulento*, lamellis adnexis adscendentibus confertis e lutescenti ferrugineis. *S. M. p.* 268. *Weinm.! p.* 223. Dumet. humid. raro. Praecc. quasi medius e statura, pileo udo tantum pellucido-striato lurido, sicco pallido laevi. Ex habitu h. l. potius quam inter Galeras ** locandus.

830. A. RAVIDUS, pileo submembr. campan.-convexo obtuso *albo-villoso*, stipite fistuloso brevi nitente pallido albo-fibrilloso, lamellis adfixis secedentibus tenuibus planis ochraceis. *S. M. p.* 265. *Secr. n.* 973. idem videtur ob comp. cum Naucoriis, quibus accedit. In silv. frondos. v. c. ad truncos Fagi. *Heteroclita*; statura curta, colore ochreo-sordido distincta, sed per plur. annos haud observata.

** Conocephali, *pileo conico-camp. hygrophano laeviusculo, sicco atomato-molli, stipite stricto, lamellis adscendentibus in coni fundo insertis, subconfertis.* Velum nullum.

831. A. APALUS, pileo submembranaceo camp. aequali obtuso laevi hygrophano, stipite procero fragili stricto sursum attenuato *albo-velutino*, lamellis subliberis linearibus ex albido-croceis. *S. M. p.* 265. *Weinm. Ross p.* 217. *Buxb. C.* 4. *t.* 34. *f.* 1. major hujus habitum exprimit. In graminos. pingu. Major, pileo udo livido-pallescente, sicco albo.

832. A. LATERITIUS, pileo subm. e glandiformi conico laevi hygrophano, stipite procero fragili stricto sursum attenuato *albo-pruinoso*, lamellis subliberis linearibus perangustis *fulvo-ferrugineis. S. M. l. c.* c. syn. *Fl. Dan. t.* 1846. *f.* 2. *Batt. t.* 28. *T.* In fimetosis, gram. pingu. Stipes albus. Pileus e gilvo ochraceus, udus margine dense striatulus.

832. A. TENER, pileo submembr. conico-camp. obtuso hygrophano, stipite stricto fragili *subnitido concolori*, lamellis adnatis confertis adscendentibus latioribus cinnamomeis.

*Schaeff. t.* 70. f. 6—8. *S. M l. c.* c. syn. *Sow. t.* 33. *Bull. t.* 535. *Bolt. t.* 66. *f.* 2. Locis graminosis, ad fimum, truncos, vulgatiss., statura maxime varius, udus unicolor; in sicco pileus (udus striatulus) stipesque expallent. Idem omnino, pube brevi erecta *in statu udo* tectus, meo et omnium (exc. Secr.) sensu est A. *pilosellus* Pers.! Var. jove siccori nata: A. gilvo-brunneus. *Iungh. l. c. t.* 6. *f.* 12.

834. A. SILIGINEUS, pileo membranaceo e globoso-camp. expanso inaequali laevi *haud expallente*, stipite subflexuoso aequali pallido subpruinoso, lamellis adnatis lato-linearibus subconfertis ochraceis. *Fr Obs.* 2. *p.* 168. *Secr. n.* 968. — *Paul. t.* 121. *f.* 2. magnit. abnormi A. *apali. Schaeff. t.* 70. *f.* 1—5. A. infirmus. *Lasch. n.* 581 inter hunc et A. lateritium medius. Cum praecedd., vulgo minor. Omnino separari potest stipite pallido, haud stricto, basi saepe attenuato, pileo subgriseo magis convexo, margine saepe flexuoso.

835. A. CAMPANULATUS, pileo submembr. ovali-camp. laevi hygrophano, stipite stricto aequali striatulo subconcolori, lamellis subliberis ventricosis perlatis ferrugineis. *Bull. t.* 552. *f.* 1. *S. M. p.* 295. c. syn. In fimetosis. Valde fragilis, major, udus obscure ferrugineus; lamellae demum subliquescunt et natura est *Pratellina* ut sqq. In infantili visum est velum subannulat.

839. A. CONOCEPHALUS, pileo membr. conico, disco laevi-viscidulo margine striato, stipite aequali stricto nitido albo, lamellis liberis confertis ventricosis e fusco-nigricante ferrugineis. *Bull. t.* 563. *f.* 1. *Weinm! p.* 269. *Secr. n.* 972. In terra pingui; e Secr. ad truncos Fagi. (Cfr. A. *fagicola* Lasch n. 466). Simplex, gracillimus, fragilis, subliquescens [sed potest exsiccatus conservari], pileo fuscescente, exsiccati pallido. (v. s.)

837. A. ANTIPUS, pileo camp.-convexo laevi hygrophano, sicco atomato, disco carnosulo, stipite stricto curto striato *farinaceo, basi bulboso fusiformi*—radicato, lamellis subliberis confertis lanceolatis flavido-ochraceis. *Lasch! l. c. n.* 401. In hortis stercoratis, prima aestate. Simplex, rigidulus; stipite unc. pileo dilutiori. Pileus ½—1 unc., «*non striatus*», udus saturate ochraceus siccus pallens, fere albus. Sporidia, et dein lamellae, rubiginosa! *Ex Lasch.* Cum sq. nuperius junxit acutiss. *Weinmann*, at originaria specc. differunt. — Medius ex ic. est A. *digitalif. t.* 525. *f.* 1., sed «sporidia nigra» (?) petit. *Secr. n.* 975.

838. A. CONFERTUS, pileo submembr. acute conico-camp. striato glabro hygrophano, stipite gracili sericeo nitente *nudo, basi aequali longissime radicata*, lamellis leviter adnexis subdistantibus ex albo fuscescenti-ochraceis. *Bolt. t.* 18. (exsicc.) A. vaporariorum. *Flora Ratisb.* 1832. *p.* 431. A. antipus. *Weinm! Ross. p.* 235. Inter corticem vapdrariorum, per annum. Admodum confertus, subcaesp., fragillimus, A. *arvali* cognatus. Pileus fuscus, siccus fusco-ochrac. Sporidia fusco-ferruginea.

839. A. SPICULUS, pileo membr. conico-camp. laevi hygrophano, sicco flocculoso, stipite stricto gracili *alboflocculoso basi incrassato fibrilloso*, lamellis adnatis adscendentibus dein ventricosis subdistantibus cinnamomeis. *Lasch n.* 580 A. pilosus. *Schum. n.* 1711. — Esset *Secr. n.* 974. nisi solita «sporidia nigra» obstarent. Ad truncos, folia decidua. Stipes 1—2 unc. l. ½ lin. l parum ultra cr., pileo pallidior «albus» Pileus 4 lin. et ultra, brunneo-ochraceus, siccus ochraceus, udus striato-pellucidus. *Batsch.* f. 92 monstr.

840. A. SPARTEUS, pileo membr. e camp.-convexo expanso obtuso hygrophano, sicco laevi glabro, stipite tenui *rigido flexili glabro*, lamellis adnatis confertis planis cinnamomeis. *S. M. p.* 266. *El. p.* 35. *Lasch l. c.* — *Bolt. t.* 51. *f.* 1. optime. [*Secr. n.* 977 potius noster n. 786.] Inter muscos, locis deustis etc., rarior, sed eximius, certe e grege A. *teneri*, sed plurr. notis ad sq. accedens. Pil. 5 lin. l., cinnamomeus, udus striato-pellucidus, licet omnino excarnis, siccus alutaceus.

*** Bryogenei, *pileo membranaceo campanulato striato glabro hygrophano, sicco laevi opaco subsericello, stipite tenui, laxo, flexili, lamellis late et plano-adnatis latis subdenticulatis.* Tenelli, muscicolae, cortina fugaciss. *Cfr. n.* 679, 680 (annulatos) 791—793 pileo carnosulo hemisphaerico-expan- laevi, margine, primitus incurvo, tantum demum pellucido-striatulo diversos.

841. A. EMBOLUS, pileo membr. camp. obtuso lineato-radiato-striato hygrophano, stipite *glaberrimo nitido sursum incrassato*, lamellis adnatis triangulis crassis *distantissimis.* In dumetis Salicis auritae. Nobilissimus hujus gregis, udus nitide fulvo-helvolus, in sicco pileus ochraceus, stipes (2 unc. l.) luteus, lam. cinnamomeae.

842. A. RUBIGINOSUS, pileo membr. camp. obtuso undique sulcato-striato hygrophâno, stipite filiformi aeqnali tenaci nitido *glabro rubiginoso*; lamellis adnâtis adscendentibus di-

stantibus latis opacis. *Pers. Syn. p.* 385. *Mich. gen. t.* 75. *f.* 8. vix Secr. Inter muscos. Stipes 2 unc. l., flexilis, inter muscos altiores longior strictior. Pileus cinnamomeus l. melleus, siccus alutaceus. Lamellae concolores, sed non expallentes, leviter modo ventricosae. Formis mediis cum sq. confluit.

343. A. Hypnorum, pileo membr. camp. *subpapillato* glabro striato hygrophano, stipite tenui flexuoso laxo *concolori apice pruinoso*, lamellis adnatis subdistantibus latis laxis demum planis cinnamomeo-fulvis. *Batsch f.* 96 optime! *S. M. p.* 267. var. c. syn. *Sow. t.* 282. *Bull. t.* 560. *f.* 1. *C—E.* (? *Secr. n.* 976) *Lasch. l. c. n.* 407. *Weinm. p.* 220. Inter muscos vulgatiss. Parvus, mollis, totus subochraceus, sed *color* expallens variat, fulvus etc, etiam lamellarum! Pileus 3—6 lin. latus, disco carnosior laevis, etiam si in papillam non promineret. — Habemus quoque similem colore *ferrugineo-aurantio* c. s. p. — [Alia similis pileo hemisphaerico obtuso *viscido striatulo* stipiteque citrinis — ad A. *pusiolum* n. 793 pertinere censeo.]

* A. *Bryorum*, major, aquose cinnamomeus, papilla subcornea. *Pers. l. c. Secr. n.* 982. A. Cum vulgari. Stipes in utroque nunc pallidior, nunc obscurior.

* A. Sphagnorum, duplo triplove major, luteo-ochraceus, stipite elongato subfibrilloso fulvente *Pers!.* — *S. M. l. c. Lasch et Weinm.! ll. cc. Secr. n.* 982. *C. Bull. l. c. f. H.* In pineto-montanis et alpinis vulgatissimus per annum in paludibus Sphagnosis stipite 3—5 unc. l., pileo subunciali expallente, disco lato.

344. A. mniophilus, pileo membr. camp. subpapillato striato *fusco-flavido*, stipite aequali flexili luteo apice farinaceo, basi floccoso, lamellis obtuse adnatis planoadscendentibus latis subdistantibus *flavido*-ochraceis. *Lasch! n.* 410. *Weinm.! p.* 221. *Schaeff. t.* 63. excl. f. 4—6. *Mich. t.* 80. *f.* 8. e loco. Inter muscos praecipue Mnia. Stipes 2—3 unc. l., lineam crass., etiam fibrillosus. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. et ultra, disco laevi, siccus fere argillaceus (etiam lamellae sordidesc.)

345. A. vittaeformis, pileo membr. conico-camp. papillato *margine striato subspadiceo*, stipite aequali flexili laevi, lamellis adnatis adscendentibus linearibus ex argillaceo cinnamomeis. *Schaeff. t.* 63. *f.* 4—6 (stipite flavido) Cfr. *Secr. n.* 980. Inter muscos, ad vias. Stipes rubiginosus, $1\frac{1}{2}$ unc. l.,

$\frac{1}{2}$ lin. crass., sub lente pilis hispidulus; apice tantum lutescens. Pileus 3—5 lin. altus et latus brunneoferrugineus, disco lato laevigato raro in papillam prominente. Certe est ex hac grege, nec *Conocephalorum*.

846. A. TENUISSIMUS, pileo membr. camp. obtuso glabro striatulo *olivascente*, stipite gracillimo flexili glabro lamellisque adnatis confertis cinnamomeis. *Weinm.!* p. 219. Inter Muscos. Gregarius, fragilis, stipite 1—2 unc. l.; pileo 2 lin alto et lato, udo pallide, sicco obscurius olivaceo.

847. A. AQUATILIS, pileo membr. camp.-convexo subpapillato glabro *aquoso* hygrophano, margine striatulo, stipite longissimo gracili *laevi glaberrimo pallido*, lamellis adnatis distantibus planis triquetris pallidis *S. M.* p. 267. In aquosis, nemoribus udis, raro. Stipes 5 unc. l. et ultra, $\frac{1}{2}$ lin. crass., substrictus, seu rigidulo-flexilis ex albido lutescit (fusco-violasc. in *Secr.* n. 983). Pileus $\frac{1}{2}$ unc. latus nunc melleo-pallidus nunc hyalinus, siccus mollis albicans, papilla lutescente. Ex affinitate hic ad sq., n. 848 ad praes. sectionem pertineret. Non est A. *sphagnorum* P.! ut e lamellis pallidis forsan crederes.

**** Eriodermei, *pileo submembranaceo glabro, sed e velo manifesto superficiali secedente primitus* (praecipue circa marginem) *sericeo l. squamoso, stipite firmulo subelongato lamellis* (exc. n. 848) *decurrentibus*. Analogi cum *Naucoriis lepidotis*, sed tam e charact. quam affinitate Galerae!

848. A. MYCENOPSIS, pileo submembr. camp. expanso, disco laevi, ad medium striatulo, circa marginem primo albo-sericeo cortinatoque, stipite longo *attenuato albo-sericeo*, lamellis adnexis secedentibus ventricosis subdistantibus ex *albido ochreo-pallidis*. *Fr. Obs.* 2. p. 38. n. 28. ut nondum clarus in S. M. omissus. A. Bryorum. *Lasch!* n. 408. *Weinm.!* p. 220. (A. Hypn. β. P. e «lam. cinnamomeis, papilla cornea» — est mihi illa forma inter A. Hypnorum et Sphagnorum media). *Secr.* n. 981, excl. syn. et heterogeneis controversiis, etiam h. loc. videtur. In graminosis inter Hypna. Stipes mollis, 2—4 unc. l., passim undulatus, villo sericeo secedente lutescens fibrilloso-striatus, apice pruinatus. Pileus ochreo-pallens 3—10 lin. lat., adultus glaber, haud viscidus l. depressus.

849. A. PELLUCIDUS, pileo submembr. e conico camp. umbonato hygrophano circa marginem striatum sericeo squamulosoque, stipite firmo attenuato nitido apice subpruinato, lamellis subdecurrentibus triangulis subconfertis laete cinna-

momeis. *Bull. t.* 550. *f.* 2. *S. M. p.* 156. c. syn. *Secr. n.* 338! Ad folia Fagi, vias. Totus subcinnamomeus, pil. obscurior stipesque, primo farctus $1\frac{1}{2}$ unc. et ultra, expallent. *Non vidi.*

850. A. STAGNINUS, pileo submembr. e conico convexo obtuso hygrophano, in et circa marginem squamis concentricis albis primo ornato, stipite longissimo radicato spadiceo apice pruinoso, lamellis decurrentibus triangulis ferrugineis. *S. M. p.* 268. *Lasch.* l. c. A. brunneus. *Schum.* In stagnis sphagnosis in pineto-montanis altioribus copiose. Stipes spithamaeus usque. Pileus 3—10 lin. l., udus subviscidus brunneus substriatulus, siccus ochraceus; var. umbilicatus. *Cfr. n.* 795.

851. A. PALUDOSUS, pileo submembr. e camp. convexo acute umbonato hygrophano, pilis superficialibus albis persistentibus undique sericello, stipite fistuloso torto e velo albo cingulato lamellisque adnatis planis ovatis melleo-pallidis. Locis similibus jam aestate. Stipes $1\frac{1}{2}$— 3 unc. l., 1 lin. cr., velo *Cortinarii gentilis*! sed fugaci. Pileus $\frac{1}{2}$ unc., udus exstrius fuscescenti-melleus, siccus alutaceus. Lam. potius secedunt, quam decurrunt. — *Ex icone* missa non discernere valeo A. *inelegantem* Lasch n. 392, sed stipes solidus dicitur.

* A. STYGIUS, pileo u. s., stipite flocculoso-squamuloso, lamellis vere decurrentibus triquetris confertis aquose ochraceis. Locis similibus rariss. Color magis lutescit. — Quid Secr. n. 970? *Flammula* vestita?

852. A. FRUSTULENTUS, *fragilis*, pileo membran. e campan. hemisphaerico obtuso striatulo hygrophano, circa margines albo-floccoso, stipite aequali flocculoso subundulato albido, lamellis adnatis confertis aquose cinnamomeis. A. segestrii var.? *El. p.* 39. Ad glaream viarum udam serotinus. Omnino ab A. *segestrio* separandus, natura (Psathyrae) et colore aquose ferrugineo, sporidiis fusco-ferrugineis.

XXII. CREPIDOTUS (S. M. p. 272). Statura varia, irregularis, absque velo manifesto. Pileus excentricus, lateralis l. resupinatus. Lignatiles l. epiphyti, *Pleurotis respondentes.* — Inter PAXILLOS occurrunt species e sporidiis et pilei forma huc spectantes. Cfr. quoque PANOS.

1. EUDERMINI. Pileus horizontalis, subcarnosus. Sporidia ferruginea l. fusco-ferruginea.

853. A. PALMATUS, pileo carnoso convexo expanso irregulari *glabro pelliculoso*, stipite firmo excentrico lateralique incurvo glabro albido, lamellis collariato-adfixis ventricosis

subdistantibus ferrugineis. *Bull. t.* 216. non Aliorum. Ad truncos: Upsaliae semel lectum attulit *Lindgren!* Caespitosus, statura A. *Ulmarii* l. *subpalmati*, pileo horizontali sporidiisque ferrugineis. Caro albida.

854. A. OLEARIUS, pileo carnoso subinfundibuliformi irregulari *sicco subvelutino*, stipite firmo excentrico lateralique sursum incrassato, lamellisque decurrentibus latis e luteo-olivascentibus. *Dec!* — *S. M. p.* 273. c. syn. *Paul. t.* 24. *f.* 1. *et bis. Batt. t.* 14. *f. E. t.* 13. *f. A. B.* [*Larbr. t.* 20. *f.* 6.] Ad Oleas Eur. austr. Subcaespitosus, versiformis, e plurr. *venenatus* (esculentus *Batt.*) Color intus forisque vulgo lutescens, exterior vero obscuratur fusco-olivascens [an e *Cladosporio*, quo mea specc. a *Montagne* obducta.) Singularis lamellis *phosphori instar* nocte lucentibus; phaenomenon in multis tropicis simul observatum, non exploratum.

855. A. CARPINI, pileo carnoso convexo-expanso angulato sicco *rivuloso*-squamuloso, stipite tenui brevi excentrico lateralique, lamellisque adnexis tenuibus confertis fulvo-ferrugineis. — *Paul. t.* 24. *f.* 5—7. Ad truncos Carpini, solitar. Totus opacus, unicolor, intus pallidus, prioribus longe tenuior etc. certe diversus, versiformis. Cfr. *n.* 859.

856. A. ALVEOLUS, pileo carnoso molli laterali obovato repandoque opaco, *postice tomentoso-villoso* angustato (subsessili), lamellis determinatis confertis latis argillaceo-fuscis. *Lasch n.* 582. A. bubalinus. *P. M. E. p.* 24 sed *t.* 24. *f.* 3. rudis. Ad ligna Fagi. Sq. valde affinis, sed carnosior, obscurior subfusco-ochraceus, ad margines subinde virescens, siccitate expallens.

857. A. MOLLIS, pileo subgelatinoso-carnoso *flaccido* laevi glabro expallente, stipite vix ullo, lamellis confertis linearibus ex albido aquose cinnamomeis. *Schaeff. t.* 213. *S. M. p.* 274. cum syn. *Sow. t.* 98. *Weinm. p* 227. *Batsch. f.* 38. Ad trunc. arbor. frondos. Betulae, Fagi. Admodum mollis, e pallido canescens, e sporidiis rufescens, passim lobatus — etiam in stipitem strigosum perrectus: A. spathulatus. *Sommerf. Lapp. p.* 262.

858. A. APPLANATUS, pileo carnosulo molli *fragili striatulo* hygrophano, sicco laevi, lamellis confertis tenuibus ex albido aquose cinnamomeis, postice in breve stipitis rudimentum determinate desinentibus. *Pers. Obs.* 1. *p.* 8. (*t.* 5. *f.* 3 quoad sicci fungi colores). A. planus. *Syn. p.* 480. A. mitis. *Secr. n.* 1083. Ad ligna putrid. arb. frond. Pileus

aquosus, nec gelatinosus, reniformis cuneatusque, cum stipite in recta linea, recens aquose cinnamomeus, siccus albicans (inde orta confusio cum A. *miti* diversissimo, absolute pinicola.)

859. A. HAUSTELLARIS, pileo carnosulo reniformi laevi villosulo, stipite laterali sursum attenuato villoso albo, lamellis rotundatis subliberis fusco-cinnamomeis. *S. M. p.* 274. *Weinm. p.* 228. — *Batsch f.* 121 pessima, sed descr. clara. Ad truncos Populi tremulae. Pusillus, regularis pileo alutaceo, dein a sporidiis tecto glabro-pulverulento spadiceo: A. umbrinus. *P. M. E. p.* 41.

860. A. PROBOSCIDEUS, pileo carnosulo laevi vertice porrecto stipitiformi, lamellis in puncto excentrico concurrentibus ochreo-pallidis. *S. M. p.* 274. *Sommerf. Lapp. p.* 261.! *Lasch. n.* 583. *Fl. Dan. t.* 1072. — Forte etiam *Bull. t.* 216 B. Ad ligna et ramos. Numquam vere resupinatus, ut A. *byssisedus*; sed caute admodum separandus a simillimo lusu *Paxilli Pannoidis* (cui Secr. n. 1079)

II. HYPODERMINI. Pileus e *resupinato-reflexus*, submembranaceus, pellucidus. Sporidia *plerisque* magis rufescunt, ut ad Hyporhodios referre posses.

861. A. SCALARIS, sessilis, imbricatus, pileo submembr. *conchato-reflexo mollissimo laevi glabro*, lamellis simplicibus distantibus ex albido subcinnamomeis ad basin decurrentibus. Forte A. mollis. *Alb. et Schw. n.* 678. Ad truncos cariosos Pini silv., saepe magna copia. Perquam delicatus, recens pulchre sed aquose ochraceus, pellucidus siccus alutaceus.

? 862. A. TRANSLUCENS, sessilis, pileo submembr. orbiculari repando *pellucido*, lamellis *liberis* e pallido violaceo-rufescentibus. *Dec. fr.* 5. *p.* 43. *Mich. gen. t.* 65. *f.* 4.? Ad Salices Galliae. Pileus ex albido rufescens. Nec affinitas, nec differentiae *non visi* a reliquis mihi clarae. Cfr. *Secr. n.* 1066.

863. A. VARIABILIS, pileo submembr. e resupinato reflexo *tomento albo sericeo*, lamellis radiantibus subconfertis ex albo rubiginosis, demum dilute cinnamomeis. *Pers. Obs.* 2. *t.* 5. *f.* 12. *S. M. p.* 275. c. syn. *Sow. t.* 97. *Bull. t.* 152, 581. *Fl. Dan. t.* 1556. Ad ligna etc. communis. Parvus, saepe cum stipite incurvo.

864. A. EPIBRYUS, pileo membr. orbiculari *sericeo-laevigato, vertice adnato sessili*, lamellis confertis angustis gilvis. *S. M. l. c. Weinm. p.* 229. Ad muscos, raro. Albus, 2—3 lin. l., serotinus.

865. A. DEPLUENS, pileo submembr. e resupinato reflexo *subconchato*, *postice albo-villoso*, lamellis confertis latis e griseo rufescentibus. *Batsch f.* 122. *S. M. p.* 275. c. syn. *P. M. E. n.* 28 et A. variab. hypnoph. *ib.* ex *t.* 24. *f.* 5. A. epigeus. *P. Obs.* b. major, truncigenus. A. sinuatus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 46. *Secr. n.* 1069. Ad terram etc. Rufescenti-canus, jove sicco candicans, prioribus saepe major.

866. A. BYSSISEDUS, pileo submembr. e resupinato reflexo *planiusculo villo griseo subpruinato*, stipite incurvo, lamellis latis albido cinereis. *Pers. ic. descr. t.* 14. *f.* 4. *S: M. p.* 276. c. syn. *Weinm. p.* 230. A. striatulus griseus. *Pers. Obs.* 2. *t.* 5. *f.* 8, 9. etiam h. l. Ad ligna cariosa. Stipes basi fibrillis albis cinctus demum erigitur.

867. A. VIOLACEO-FULVUS, pileo sessili tenui e cupulari expanso reflexoque pruinoso basi albo-tomentoso, lamellis in centro concurrentibus ventricosis e *violaceo* fulvis. *Batsch. f.* 39. *S. M. l. c.* c. syn. A. elatinus. *Pers. M. E. t.* 24. *f.* 4. misit Chaillet! Ad ligna Pini. Iunior carnosulus. Colore obscure violascente insignis. *In hoc et sq. nullum stipitis rudimentum!* (v. s.)

868. A. PEZIZOIDES, pileo sessili tenui e cupulari reflexo farinoso subtomentoso, lamellis in centro concurrentibus subdistantibus e *olivaceo-fusco* fulventibus. *Nees! Act. Nat. Cur. IX. t.* 6. *f.* 18. infans. A. trichotis. *Trog. in Fl.* 1828. A. epixylon β. *Pers.* A. ponticola. *Lasch! Linn. l. c. n.* 418. adultus. Cum praec., cui affinis, colore fusco praec. diversus.

Ser. IV. PRATELLUS. Sporidia atropurpurea fuscave. [Observandum sporidiorum colorem e colore fundi, in quo delapsa sunt, intensione variare.]

XXIII. PSALLIOTA. Velum stipiti adfixum, annulatum. *Sectio prior* Lepiotis et Pluteis; *posterior* Armillariis et Pholiotis *respondet.*

1. LEPIOTIDEAE. Hymenophorum a stipite discretum. Lamellae absolute liberae.

* Edules, *magis carnosi.* A. edulis *Bull.* (ex maxima parte vero ad n. 870). Magnopere inter se affines.

869. A. AUGUSTUS, pileo carnoso e globoso hemisphaerico expanso obtusissimo, disco laevi in ambitu fibrilloso-squamoso, stipite *solido* valido glabro, annulo supero amplissimo extus areolato-squamoso, lamellis confertis angustis e pallido tandem fuscescentibus collario discreto a stipite remotis. In

silvis rarissimus. Maximus, spithamam ultra latus altusque, speciosus, pileo fusco-citrino.

870. A. CAMPESTRIS, pileo carnoso convexo-plano sicco flocoso-sericeo squamulosove, stipite farcto laevi albo, annulo medio sublacero, lamellis liberis approximatis ventricosis subliquescentibus carneo-fuscis. *Linn. Scop.* — *S. M. p.* 281. c. syn. inhaust. *Schaeff. t.* 33. *Paul. t.* 130. *Sowerb t.* 305. *Grev. t.* 161. *Vittad. mang. t.* 6—8. *Krombh. t.* 23. *f.* 1—8. *Tratt. essb. t.* K. In campis et silvis ubique. Odor debilis saporque grati. Caro mutabilis. Lamellae illico rufesc. Maxime mutabilis, antiquitus in cibariis celebratus; *Clus. esc. gen. VII* (contra Antiquos). Cfr. *Vittad. l. c.* ubi syn. varr.

* A. *praticola*, pileo rufo-squamoso, carne illico rufescente. *Vitt.*

* A. *vaporarius*, pileo laevi subfuscescente, annulo integro (*Krombh. t.* 26. *f.* 14, 15) lacerove (*Paul. t.* 132) — *Secr. n.* 94. In vaporariis, in cellis etc.

* A. VILLATICUS, pileo squamoso-decorticante, stipite squamoso volvaque peronata annulato. *Brond. Cr. Ag. t.* 7. *Mich. gen. p.* 171. *n.* 2. Locis pinguibus stercoratis; etiam Upsaliae. Major, odore et sapore nauseosus.

* A. SILVICOLA, pileo laevigato nitido, stipite elongato subbulboso. *Vitt. l. c. Krombh. l. c. f.* 8. *Paul. t.* 133. A. edulis. *Pers.* — *Secr. n.* 97. In silvis praec. pinetis. Sq. utique similior ob pileum simul album, sublutescentem. Caro demum tantum fuscescit.

871. A. ARVENSIS, pileo carnoso e conico-camp. explanato, primo floccoso-farinoso, dein glabrello laevi rivulosove, stipite cavo floccoso-medullato, annulo pendulo *amplo duplicato, exteriori radiatim fisso*, lamellis liberis antice latioribus ex albido rubello fuscis. *Schaeff. t.* 310, 311. *Paul. t.* 134. *f.* 1, 2. *Secr. n.* 95 A. Georgii. *Sow. t.* 304. A. pratensis. *Scop.* A. edulis. *Krombh. t.* 23. *f.* 11—14, 26. *f.* 9—13. *Tratt. essb, t. J.* A. exquisitus. *Vitt. mang. t.* 20. In pratis etc. frequens, vulgo a priori haud distinctus, sed suavior, plurimisque notis diversus. Caro alba, immutabilis. Lamellae diu pallidae persistunt, aridae; nec media aetate obscure rubent, nec umquam deliquescunt.

872. A. CRETACEUS, pileo carnoso e camp. convexo-plano nudo laevi glabrello rivulosove, stipite cavo aequaliter attenuato laevi albo, annulo simplici reflexo iterumque adscendente, lamellis *subremotis* antice latioribus diu albis persisten-

tibus. *S. M. p.* 280. (non Alior.) *Sv. Bot. t.* 596. *f.* 2. *Wahl. Suec. n.* 1944. *Secr. n.* 100. A. Vindeboniensis. *Tratt. Austr. n.* 13. A. laevis. *Krombh. t.* 26. *f.* 16, 17. In Scaniae et Eur. austr. versuris. Suavis, cretaceo-albus. Pileus subpelliculosus, demum vero etiam squamulosus, immo fibrillosus. Ob *lamellas vulgo candidas* facile pro Lepiota sumes, sed demum incarnatae — immo fuscae in fungo putrescente. — Proximus A. *annulatus* Krombh. t. 28. f. 13. sapore ingrato etc.; cum A. *villatico* forsan analogus.

873. A. SPODOPHYLLUS, pileo carnoso ovoideo-convexo laevi rimosoque, stipite subcavo brevi basi subincrassato, annulo simplici deciduo, lamellis liberis postice obtusis *antice angustatis acutis* e *cinereo* fuscis. *Krombh. t.* 26. *f.* 18—22. A. pratensis. *Schaeff. t.* 96. In silvis saepe vidimus speciem ex hac regione lamellis cinereis, quam pro lusu A. *campestris* (A. candido *Schum. p.* 253) sumentes, propius haud observavimus.

* A. FULVELLUS, pileo convexo-plano obtuso squamuloso fibrilloso flavido subrubello, stipite cavo fibrilloso flavescente, lamellis liberis latiusculis canescentibus fulvo-denticulatis. *Lasch! n.* 587. In silvis. Proximis intermedius, notabilis.

874. A. SILVATICUS, pileo carnoso tenui e camp. expanso gibbo fibrilloso squamosoque, stipite cavo inaequali albido, lamellis liberis confertis tenuibus aridis e rubello fuscescentibus. *Schaeff. t.* 242! *Krombh. t.* 24. *f.* 9, 10 (ad A. camp. revergit). *Secr. n.* 93. In silvis passim. Pileus *priorum longe tenuior*, fragilior, obscurior, primitus fusco-squamosus, dein desquamatus, margine saepe rimose incisus. Caro alba l. parum rufescens. Lamellae (nobis non carneo-roseae) etiam cinnamomeo-fuscae. — Receptis sic specc. Auct. e grege A. *campestris*, quae utique distingui possunt, restant tamen variae ulterius observandae, quum equidem *species affines* absque synonymis introducere nolim.

875. A. SETIGER, pileo carnoso convexo-plano obtuso sericeo-laevi, stipiteque farcto elongato aequali *squamulis pilosis sericeo dilute umbrinis*, annulo tenui fugaci, lamellis liberis umbrino-fuscis. — *Paul. t.* 132. *f.* 3, 4. In silvis umbrosis. Colore et statura facilis distinctu, sed e *Paul.* odore ceterisque bonis qualitatibus praecc. cognatus.

** Varii, *pileo tenuiori*, haud cibarii, magis inter se discrepantes.

876. A. SAGATUS, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso *laevi glabro*, stipite cavo aequali, annulo patulo, lamel-

23

lis liberis ventricosis umbrinis. *S. M. p.* 282. *Weinm.! p.* 242. *Fl. Dan. t.* 1008. *f.* 2.! In pratis humidis Europae bor. Perquam distinctus; ic. *Fl. Dan.* male ad A. capnoidem relata fuit. Pileus fulvus, subnitens, 2—3 unc. l. Proximus A. *melaspermo.*

877. A. COMTULUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso *adpresse sericeo glabrello*, stipite cavo subattenuato glabro annuloque fugaci albo-flavescentibus, lamellis liberis confertis antice latioribus e carneo roseis. In graminosis pinguibus. Stipes 2 unc. l., 2—3 lin. crass. intus primo flocculoso-farctus. Pileus 1—1½ unc. latus. Color ex albo lutescit.

A. *gibberosus* n. 650 his prope accedit. Utrum ejus var. silvatica, an propria species sit sq., utroque simul non comparato, nescimus. * A. *subgibbosus*, pilei umbone laevi glabro, ambitu sericeo-fibrilloso, stipite subfistuloso tenui aequali, *cortina fugaci* annulato, lamellis remotis ex albo cinereo-fuscescentibus. In silvis abiegnis. Stipes unc., 1—2 lin. cr.; pileus vix unc. flavescens.

878. A. RUSIOPHYLLUS, pileo carnosulo camp.-expanso *umbonato fibrilloso*, stipite subcavo fibrilloso albo, *annulo supero reflexo*, lamellis liberis confertis roseis fuscescentibus. *Lasch! l. c. n.* 429. In silvis frond. raro. Stipes 1½—2 unc. l., 1—1½ lin. cr. basi incrass. Pileus 1—1½ unc. l. carneo l. pallescenti-albus, margine subappendicul.

879. A. HAEMATOSPERMUS, pileo carnosulo camp.-expanso laevi demum umbonato squamulosoque, stipite fistuloso aequali glabro concolori, *annulo medio erecto*, lamellis liberis e roseo-sanguineo fuscescentibus. *Bull. t.* 595. *f.* 1. *S. M. p.* 282. c. syn. *Batt. t.* 10. *f. B.* Cfr. *Krombh. t.* 3. *f.* 21—25. *Secr. n.* 68. In nemoribus Eur. austr. Sq. proximus, primo pallens, alutaceofuscescens demum nigrescens. Sporidia non sanguinea ut e nomine crederes.

880. A. ECHINATUS, pileo carnosulo campan.-expanso obtuso, primo pulverulento, dein squamoso, stipite fistuloso aequali infra annulum floccoso-membran. inferum *flocculoso-pulverulento*, lamellisque liberis confertis *miniato-purp. fuscis. Roth. Cat.* 2. *t.* 9. *f.* 1. «icon ex errore exhibet lamellis adnatas.» Mertens! in litt.) *S. M. p* .286. *Alb. et Schw. n.* 593. *Secr. n.* 91. A. fumoso-purpur. *Lasch.! l. c. n.* 428. In hortis ad humum, inter lignea ramenta gregar. Primus e Trolleholm Scaniae vivum attulit p. d. *Ahnfelt;* ipse dein in horto Labor. Chemici Upsaliae legi. Est sane inter nobilissimos et

maxime singulares; totus primo, etiam annulus extus, densa fuligine flocculosa obtectus, de quo plenius mox alio loco disseram. Odor Cucumeris. Sporidia ex *Lasch* brunnescenti-spadicea, *sed e fundo variant, in albo* fusco-virent! *in nigro* argillaceo-albicant! *hinc* Amic. *Berkeley* per litt. nuperius retulit se legissime similem *Leucosporum*, i. e. analogiam offeret cum duplici A. *cepaestipite.*

† A. *cepaestipes*, alter n. 48 similis, sed nunc intense luteus (*Bolt. t.* 50, qualem Leucosporum numquam vidimus), nunc albus (*Sow. t.* 2 utrumque sistit) ex *Secr. n.* 50, 51 sporidia rubro-fusca (*«rougeâtres»*) spargit, et a n. 48, quem Sow. tabula minus bene refert, diversus videtur. Hic probe inquirendus et examinandus. *Tertium* porro habere videntur *Alb. et Schw. n.* 590, cujus lamellae non tantum brunnescunt verum etiam Coprini instar in laticem fuscam diffluunt. Cum his porro comparanda *Mich. t.* 81. *f.* 3.

II. Pholiotidei. Hymenophorum cum stipite *contiguum.* Lamellae plus minus adnexae. *Annuli loci raro volva!*

* *pileo epelliculoso* (haud viscoso, innate) *squamoso, fibrilloso l. hygrophano* Valde rari et nobiles!

881. A. calceatus, pileo carnoso e camp.-convexo expanso adpresse fibrilloso udo, umbone valido laevi, stipite solido glabro albo, basi *marginato-bulboso limboque libero volvato*, lamellis subliberis confertis ventricosis ex albo fuscescentibus. — *Schaeff t.* 258. *f.* 1—3 (f. 4. videtur Inocybe). Inter folia uda locis humidis silvar. A. *rimoso* videtur proximus, sed sporidia fusca. Stipes firmus, 2—3 unc. l., 2—3 lin. cr. apice obsolete pruinatus. Annulus o! Pileus sordide lutescens, pallens, udus fere viscidulus.

882. A. ocreatus, pileo carnoso e globoso camp.-expanso obtuso, primo granuloso, dein imbricato-squamoso, stipite farcto e velo infero squamoso vaginato-adnato peronato subannulatoque, lamellis subliberis linearibus confertis cinereo-nigricantibus. *Holmsk. Ot.* 2. *t.* 36. *Nees Syst. f.* 168. *S. M. p.* 279. Locis graminosis in silvis. Priori manifeste cognatus, speciosus. Pileus e rubro gilvus. Stipes supra vaginam albus. *Non vidi.*

883. A. Caput Medusae, pileo carnoso fragili ex ovato expanso lacunoso squamuloso discoideo una cum stipite, sursum cavo, infra annulum superum *squamis imbricatis squarrosis secedentibus volvato*, lamellis adfixis ventricosis ex argillaceo pallide umbrinis. In pinetis circa truncorum radices

subcaespitosus. *Summopere insignis! rarus!* Velum universale fuscum squamosum in stipite persistit sistens zonas concentricas imbricatas squarroso-recurvatas. Stipes a basi solida aequaliter attenuatus, 2—3 unc. l. ½ unc. cr. albidus, annulo fere A. *proceri* sed persistente in ambitu tumido et fusco Pileus vertice umbrinus, in ambitu subalutaceus, velo sec. granulosus et rimoso-squamulosus. *Sporidia fusco-purpur.*

884. A. scobinaceus, pileo carnoso tenui ex hemisphaerico expanso gibbo sulcatulo squamulis confertis adpressis secedentibus nigricantibus tecto, stipite cavo fibrilloso albo apice farinaceo, annulo fugaci, lamellis adnatis confertis crenulatis ex albo griseo-rufescente purpurascentibus. A. Gunneri *Secr. n.* 89. Ad truncos Fraxini, subcaesp. vere et aestate. Priori manifeste affinis, statura eadem. Stipes a basi incrass. attenuatus. Pileus primo fuscus, dein in ambitu griseo-violaceus, centro e livido lutescente. Udus et fragilis. *Non vidi.*

† A. Gunneri, atropurpureus, pileo compacto stipiteque solido squamoso-squarrosis, lamellis adnatis. *S. M. p.* 285. *Gunn. Norv. t.* 7. *f.* 6. Ad fraxinos Nordlandiae. Nimis a priori recedit, sed cum, etiam *Sommerfelt*, recentiores frustra quaesiverint, dubius.

885. A. Battarrae, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso inaequali adpresse squamuloso, stipite *farcto* albido apice pruinato striato infra annulum fugacem squamis fusco-rufescentibus imbricato, lamellis adfixis confertis e rufescenti fusco-purpureis. *S. M. p.* 176. *Batt. t.* 28. *H.* — *Secr. n.* 87. (excl. syn. toto coelo remotis). Ad Populos Eur. Austr. Minor. Stipes unc. l. parum ultra, subincurvus, deorsum rufescens, basi incrass. Pileus, interdum cordato-emarginatus (Cfr. ic. Batt.) unc. paulo excedens, albido-griseus, squamis obscurioribus, carne tenui succulenta, quare non Lentinus, sed *Bulla* sec. Batarr. Ipso Secr. innuente var. forte *pileo ochraceo* Secr. n. 90.

886. A. spintriger, pileo carnosulo ex ovato explanato obtuso *laevi glabro*, stipite cavo aequali *flocсoso-fibrilloso* candido apice nudo, annulo distante tenui fugaci, lamellis adnatis confertis brunneo-fuscis. Ad truncos arb. frond. caespitosus, rarus, sed insignis. Stipes 3 unc. l., 3 lin. cr. etiam floccoso-squamosus, interdum ventricosus. Pileus mollis fragilis, 3—4 unc. l., e fuscescenti l. incarnato albidus. Lamellae lineares, 1—2 lin. latae, integerrimae, postice junctae, subliquesc.

887. A. HYPSIPUS, pileo convexo-plano *laevi glabro hygrophano*, stipite cavo aequali *glabro*, annulo medio persistente, lamellisque adnato secedentibus subdistantibus ex albido fuscis. In turfosis solitarius. Totus fragilis. Stipes 3—4 unc. l., 2—3 lin. cr. Pileus fere membr. 2 unc. lat., udus fuscescens, marg. striatulo, siccus alutaceo-pallescens omnino laevis.

888. A. COTHURNATUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso laevi (sub lente sericello-laevigato), stipite subfistuloso aequali molli albo ad annulum medium angustum floccoso-villoso, lamellis adnexis ventricosis confertis albo-fuscescentibus. In umbrosis abiegnis. Habitus A. *geophylli albi.* Stipes 1½—2 unc. l., 1—1½ lin. cr. supra annulum glaber. Pileus, disco excepto submembr., ½—1 unc. l. albus, nec hygrophanus, sed caro aquosa.

** *pileo pelliculoso subviscoso.* Duplex series: n. 889—895 stipite carnoso l. molli; 896—900 stipite gracili tubuloso subcartilagineo. *Plures tantum in Eur. boreali lecti.*

889. A. HORNEMANNI, pileo compacto convexo-plano obtuso laevi glabro viscido, stipite *solido* aequali *infra annulum amplum squamis albis revolutis squarroso*, lamellis adnato-decurrentibus latis ex albido-nigricantibus. *S. M. p.* 285. *Obs.* 2. *p.* 13. *Weinm. p.* 244. *Sommerf. Lapp. p.* 264. *Fl. Dan. t.* 1191. In pinetis et truncis, Eur. borealis tantum, frequens. Speciosus, magnus, validus; pileo livido-lutescente, dein cinnamomeo, jove sereno sicco. — Est *Buxb. C.* 4. *t.* 4. *f.* major, neglectis squamis.

890. A. VERSICOLOR, pileo carnoso convexo-plano squamoso, *squamis disci confertis*, stipite spongioso-farcto *bulboso* albido-fusco, annulo persistente, lamellis decurrentibus e pallido rufo-brunneis *With.* 4. *p.* 166. *S. M. p.* 286. In Anglia. Tenuior, pileo (viscoso?) virescente-brunneo.

891. A. AERUGINOSUS, pileo carnoso convexo-plano subumbonato, *muco aerugineo secedente* expallente, stipite cavo aequali infra annulum squamoso fibrillosove coerulescente, lamellis adnatis mollibus fuscis purpurascentibus. *Curt. Lond. t.* 309. *S. M.* l. c. cum syn!! *Sowerb. t.* 261. *Krombh, t.* 3. *f.* 27, 28; *t.* 62. *f.* 11—14. *Schaeff. t.* 1. *Batsch. f.* 213. *Fl. Dan. t.* 1248. Ad terram et truncos silvarum frequens, etiam in campis graminosis, ad vias maxime varius et communis. Pileus primo virens, dein lutescens etc. pellicula facile separabili; vulgo laevis, sed in silvis squamis superfic.

secced. adspersus. lam. haud confertae. Velum passim cortina! Omnes sane formas *Secr. n.* 101—109 vidi, et adhuc plures; sed limites reperio nullos.

892. A. ALBO-CYANEUS, pileo carnoso tenui umbonato laevi viscoso e viridi albicante, stipite cavo tenui flexuoso *laevi* albicante, annulo incompleto, lamellis attenuato-adfixis ex albo-carneo fuscis purpurascentibus. *Desmaz. Cat. p.* 22. *Dub. Syn. p.* 807. *Pers. M. E. t.* 29. *f.* 2, 3. Inter gramina pinguiora, etiam Sueciae. Prior tenuior, minor et praecipue mollior. Pilei, interdum lutescentis! pellicula tenuior, aegre separabilis.

893. A. INUNCTUS, pileo carnoso molli laevi glabro subumbonato *glutine livido-purpurascente secedente* pallescente, stipite molli flexuoso candido infra annulum distantem fugacem sericeo-fibrilloso, lamellis adnatis ventricosis dilute fuscis. *Fr. El. p.* 40. *Buxb. Cent. IV. t.* 4, *f.* minor! In graminosis, ad vias per regiones campestres frequens, gregarius. Valde insignis, mollis, pilei pellicula facile secedente. Duplex forma: *Lundensis*, pileo camp.-expanso, stipite farcto; *Upsaliensis*, pileo convexo-plano evidentius umbonato, stipite cavo; analogae cum sqq.

894. A. OBTURATUS, pileo subcompacto convexo-plano obtuso subsicco, demum rimoso-squamuloso, stipite *farcto curto deorsum subattenuato* annuloque tumido albis, lamellis adnatis planis ex albo purpurascenti-umbrinis. *S. M. p.* 285. *Lasch.* — *Secr. n.* 99. ex quo *Paul. t.* 104. *f.* 6. bis. Per regiones campestres, ut Scaniae fr. Pileus flavus, vix pelliculosus nec glutinosus, cum stipite firmus. A similibus Phaeotis [646—649] hic et sq. differunt lam. numquam ferruginascentibus, sporidiis in fundo albo fuscis, in nigro vinoso-purpurascentibus.

895. A. MELASPERMUS; pileo carnoso convexo-plano obtuso molli laevi glabro *viscidulo*, *stipite cavo aequali* glabro annuloque membranaceo albis, lamellis leviter adnexis ventricosis confertis e pallido violaceo-nigricantibus. *Bull. t.* 540. *f.* 1. *S. M. l. c.* c. s. — Etiam h. l. *Schaeff. t.* 51. In similibus, sed aliis regionibus, v. c. ad Upsaliam vulgatissima hujus var. *brevipes* in campis; in silvis vero stipes elongatur. Pileus luteus, pelliculosus, siccus nitens, non rimosus, exoletus decolor, cum stipite fragilis. Lam. plerumque profunde rotundatae.

896. A. SQUAMOSUS, pileo carnoso tenui convexo-plano

subviscido, *squamis floccosis superfic. concentricis adsperso*, stipite subfistuloso gracili infra annulum distantem villoso-squamoso, lamellis adnatis confertis nigricantibus, acie albida. *S. M. p.* 224. cum syn.! *Weinm. p.* 243. a.) stipite squamis fibrillosis reflexis. *Pers.* — *Fl. Dan. t.* 2077. *f.* 1. — b.) stip. strigoso-tomentoso. A. distans. *P. Fl. D. l. c. f.* 2. — In silvis, ruderatis, hortis; a. locis graminosis; b inter folia. Pileus luteus; *Weinm.* l. c. habet var. *pileo fusco*, ad truncos Alni.

897. A. luteonitens, pileo carnoso tenui conico-camp. umbonato viscido margine squamuloso, *stipite fistuloso laevi* supra annulum distantem pruinoso, lamellis adnexis ventricosis cinereo-nigricantibus. *Fl. Dan. t.* 1057. *S. M. l. c. Weinm. l. c. Sommerf. l. c.* In fimo, in agris. Priori minor, vix squamosus, stipite brevi, sub lente fibrilloso-striato.

898. A. merdarius, pileo convexo-plano obtuso *glabro udo hygrophano*, stipite e cavo tenaci curto *flocculoso sicco* pallido, annulo lacerato fugaci, lamellis adnatis latis e lutescente umbrinis. *S M. p* 291. (stipite denudato). *Weinm. p.* 253. *Dub. Syn. p.* 806. *Buxb. C.* 4. *t.* 16. *f.* 2. In merda exsiccata, frequens. Gregarius. Stipes vulgo unc., longior flexuosus, demum laevigatus. Velum primo telosum, tam in stipite annulum tenellum, quam appendiculos in margine relinquens. Pileus pelliculosus, sed non vere viscidus, udus subcinnamomeus, siccus ochraceus, demum extimo margine striatulo. — Adest var. multo major (habitu A. *aeruginosi*), pileo gibbo e luteo stramineo, stip. subfarcto.

899. A. stercorarius, pileo carnosulo ex hemisphaerico expanso laevi glabro discoideo stipiteque *medulla discreta farcto elongato* infra annulum distantem *flocculoso laevigato subviscidis*, lamellis adnatis latis ex albo umbrinis s. olivaceo-nigris. *S. M. l. c.* cum syn. *Weinm. l. c.* — *Secr. n.* 361. *Bull. t.* 566. *f.* 4. In stercore locis silvaticis. Stipes 3 unc. et ultra, supra velum pruinatus. Pileus luteus, livido-flavescens, unc. Lam. etiam fusco-purpurasc. et, ut in proximis, postice latissimae, truncatae et subdecurr. Cum seq. saepe confunditur; *Secr. n* 362 et *Sow. t.* 249 hunc fere spectare videntur.

900. A. semiglobatus, pileo carnosulo hemisphaerico laevi stipiteque fistuloso gracili stricto *glabro* lutescentibus *glutinosis*, velo infero abrupto annulari-terminato, lamellis adnatis latis planis nigro-nebulosis. *Batsch f.* 110. opt. *Pers.*

*syn. S. M. p.* 282 ubi syn. (ex parte cum priori conferenda). *Grev. Cr. Scot. t.* 328. Vulgatissimus in fimo et stercoratis. Stipes apice pallidior, nigro-pruinatus. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. latus, non expansus, flavus. Cfr. *Secr. n.* 363.

† A Coprinus, pileo carnosulo hemisphaerico viscido laevi, stipite fistuloso aequali sicco *basi volvato*, lamellis adnexo-secedentibus fusco-purpureis. *S. M. p.* 279. *Weinm. Ross. p.* 239. *Paul. p.* 309. *t.* 150. *f.* 4, 5 non vidi. Ad vias rarissime, nuperius a me haud lectus affinitatis incertae; habitus vero est prioris.

A. virosus *Sow. t.* 407, 408 (hae tabulae nunc mihi desunt) plures species exhibere videtur, ut n. 895 etc. *Greville* ad A. semiglobatum ducit.

XXIV. HYPHOLOMA. [S. M. p. 287]. Velum *in telam araneosam, margini pilei adhaerentem contextum.* Stipes carnosus l. fibrosus. Pileus plus minus carnosus, margine incurvo. Lamellae adnatae, l. emarginatae. *Caespitosi, sublignatiles.*

I. Tenaces. *Color pilei tenacelli laetus, nec hygrophanus.* Lamellae subvirentes. Nimis inter se affines; e *Secr.* eos recepi, quos invivo ipse dignoscere potui.

901. A. silaceus, pileo carnoso convexo viscoso, circa marginem micore sericeo albido tecto, stipite e farcto cavo *bulboso* nitido fibrilloso-striato, lamellis adnatis confertis e griseo olivaceis. *Pers. syn. p.* 421. *Secr. n.* 349. *Batt. t.* 22. E.? Ad terram solit., sec. Secr. e tubere communi caespit. Pileus et stipes 3 unc., aurantio-rufi. *Bonum vix vidi*, sq. b. nimis affinis. Cfr. *n.* 905. *b.*

902. A. sublateritius, pileo carnoso convexo-plano obtuso *discoideo sicco glabrescente, carne compacta albida*, stipite farcto fibrilloso deorsum attenuato ferrugineo, lamellis adnatis confertis *ex albo* olivaceo-fuligineis. *Schaeff. t.* 49. *f.* 6, 7. *S. M. p* 282 ubi syn. (excl. syn. Bull. et forte Bolt.) *Secr. n.* 345 (346 excl. syn. diversiss. differt cortina in stipite subannulari.) *Krombh. t.* 44. *f.* 1—3. — *Hedw. Crypt. t.* 38. Ad et juxta truncos, subcaespitosus. Major, vix olens. Pileus fulvo lateritius, in ambitu pallidior. *Varr.* plurimae: b.) subsolitarius, mitis, pileo stipiteque aequali basi incrassato unicoloribus rufesc. *S. M. l. c. Paul. t.* 109. c) minor, pileo flavido, stipite cavo a quali. *Schaeff. l. c. f.* 4, 5.

903. A. capnoides, pileo carnoso convexo-plano obtuso sicco glaberrimo, carne tenui alba, stipite subcavo aequali

*extus sericeo-laevi* pallido, lamellis adnatis vix confertis latis aridis *e caesio-fumoso purpurascentibus. S. M. p.* 228. *Sommerf. L. p.* 264! *Secr. n.* 347 forte, sed n. 348 equidem numquam huc retuli. Ad truncos Pini, nec alios, in silvis mont. et alpinis. *Odor saporque mitis!* Stipes sub indum. ferruginascit. Pileus unicolor vulgo lutescens, cortina purpurasc. Lamellae interdum pallidae, in eodem caespite; latiores, firmiores et minus confertae quam in reliquis.

904. A. EPIXANTHUS, pileo carnoso tenui convexo-plano subgibbo laevi *sericello demum glabro, carne flava*, stipite cavo subaequali *floccoso-fibrilloso albido, apice pruinoso*, basi fuscescente, lamellis adnatis confertis *albido-flavis*, demum varie cinerascentibus. *Paul. t.* 107. *Batt. t.* 23. *D.*? Cfr. *Secr. n* 348, 352, 353. Ad truncos frequens Olidus, non liquescens, statura varius: colore pallido flavo, pil disco saepe obscuriori, cortina alba, lam. non viresc. facile distinctus. Minime A. *flavidus* Schaeff.! cui similis.

905. A. ELAEODES, pileo carnoso planiusculo subumbonato *sicco glabro*, carne lutea, stipite e farcto cavo aequali fibrilloso ferruginascente, lamellis adnatis confertis tenuibus *e viridi* pure olivaceis — a.) *Paul t.* 108. *Secr. n.* 337. B. C. b) *Bull. t.* 30. — *Larbr. t* 16. *f.* 2, sed stipes hirsutus pictus. Ad truncos et terram, caespit. Odor amarus. Stipes vulgo gracilis incurvus vel flexuosus, pileo [in a. lateritio, in b. alutaceo] concolor. Pileus opacus. — *Secr. n.* 357. A. est var. major, statura A. *lateritii;* n. 356, qui *Batsch. f.* 29, inter hunc et *n.* 756 etiam terrestri, medius.

906. A. FASCICULARIS, pileo carnoso tenui subumbonato glabro, *stipite* cavo tenui fibrilloso flexuoso *carneque flavis*, lamellis adnatis confertissimis linearibus *subliquescentibus* e *sulfureo virescentibus. Huds.* — *S. M. p.* 288. c. syn. *Bolt. t.* 29. *Sow. t.* 225. *Fl. Dan. t.* 2075. *Krombh. t.* 44. *f.* 4—5. *Paul. t.* 107. *ex descr.* Ad truncos terramque fr. Colore, tenuitate et odore intense amaro facile distinctus. Pileus subdiscoideus, saepe obtusus. Sed exstat *var. robustior*, stipite basi incrass. terrestris (*Secr. n.* 355; var. *β.* Pers. cum A. *silaceo* analoga; aliaque *nana;* Secr. n. 359.

907. A. DISPERSUS, pileo *carnosulo* camp.-expanso obtuso laevi, e velo circa marginem *sericeo*, stipite subfistuloso tenui tenaci fibrilloso-sericeo, basi fuscescente, lamellis adnatis tenuibus *subventricosis confertis stramineo-pallidis, dein nebulosis.* A. marginatus. *Pers.* — *non Batsch.* — *Secr. n.* 358.

A. fascic. var. *Pers. syn. S. M.* — *Weinm. p.* 252. In pinetis ad truncos et terram, vulgo sparsus. Stipes omnino aequalis, strictus, 2—3 unc. l., lin cr. ex maxima parte fusco-ferrugineus, apice pallens. Pileus fulvo-melleus. Lam. 2—3 lin. latae, obsolete virent.

II. Hygrophili. *Color pilei fragilis, aquam bibentis, squalidus, subhygrophanus.* Lamellae fuscescunt, saepe plorantes.

908. A. Buxbaumii, pileo carnoso convexo-plano laevi *glabro viscido*, *stipite solido* longo aequali albo-nitente, lamellis adnatis ventricosis subdistantibus cinereo-nigricantibus. *Weinm. in Flora* 1832. *p.* 452. *Ross. p.* 250. *Buxb. C. IV. t.* 14. Cfr. n. 289. In pinetis Rossiae. Solitarius, major, stipit. 4—5 unc. l., 3—4 lin. cr.; pileo 2—3 unc. l. albido-flavescente; lam. ½ unc. l.

909. A. Prescotii, pileo carnoso convexo-plano *glabro viscido*, *stipite farcto* aequali elastico albo *squamulis albo-rufescentibus obsesso*, lamellis adnatis confertis e cinereo fusco-violascentibus. *Weinm. Ross. p.* 249. Ad truncos Pini, confertus. Stip. 3—4 unc. l., 2—4 l. cr. Pileus rufescens, 2—3 ½ unc. l. Lam. 2—3 lin. latae. *Non vidi.*

910. A. Storea, pileo carnoso convexo-plano umbonato sicco pilis longitudinalibus, in cortinam porrectis, *fibrilloso*, *stipite solido* elongato aequali laevi subfibrilloso pallido, lamellis adnatis aridis livido-fuscescentibus, acie albo-serrulatis. Ad truncum Fagi (1816, ibidemque 1833) rariss. legi. Affinis Inocybis. Stipes firmus, 4—5 unc. l., 4 lin. cr. Pileus 3 unc. fere latus, demum circa umbonem depressus, e dilute fusco isabellino sordidus.

911. A. lacrymabundus, pileo carnoso camp.-convexo obtuso *squamis pilosis innatis maculato*, *carne stipiteque cavo* fibrilloso-squamoso, basi subincrassato, albis, lamellis adnatis secedentibus ex albo fusco-purpureis. *S. M. p.* 287. *α. Weinm. p.* 247. — *Bull. t.* 194. (*Secr. n.* 400) videtur var. pileo laevi. In silvis Fagi, Betulae ad terram et truncos, caespit. Seq. minor, sed firmior, *vere carnosus nec hygrophanus.* Pileus stipesque primo albi, dein fuscescunt. (Var. *laevem* vidi).

912. A. velutinus, pileo subcarnoso ex ovato explanato gibbo *fibrilloso-velutino* glabrescente *hygrophano*, *carne stipiteque* cavo aequali fibrilloso-striato, apice farinoso, *lutescentibus*, lamellis truncato-adnexis ventricosis vix confertis

plorantibus e fuscescente umbrinis. *Pers. syn. p.* 409 (incl., ut videtur, priori) *S. M. p.* 288 (nondum legeram) *Secr. n.* 399. — *Sow. t.* 41. A. purpureo-brunneus. *Jungh. Linn. V. p.* 404. — b. pileo colore fulgido rutilante: *Bull. t.* 525. *f.* 3. A. macrourus. *Abbild. Schw.* 3. A. pyrrotrich. *Holmsk.* 2. *t.* 35. A. ignescens *Lasch! Linn. l. c.*. In ruderatis, solo pingui ad vias, etiam truncos per regiones campestr.; Upsaliae copiose. Subcaespit., major, rigidofragilis. Pileus vulgo fusco-ferrug., siccus ferrug. alutaceus l. ochraceus, lacunulosus *carne parca scissilis* qq. *Paul. t.* 55. 1. *Schaeff. t.* 84. varr.

913. A. cascus, pileo subcarnoso ex ovali expanso molli *glabrato ruguloso pallescente*, disco obtuso laevi, stipite cavo aequali fibrilloso albo, apice subpruinoso, lamellis rotundato-adnexis *ventricosis aridi: perlatis e griseo* nigro-fuscis. A. macropus. *Pers. syn. p.* 402. (non alter). Cfr. *S. M. p.* 296. *Secr. n.* 384. Locis similibus, sed in pineto-montanis tantum legimus. Gregarius, admodum fragilis. Stipes 3—4 unc. l., 2—3 lin. cr. Pil. $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ unc. griseo-alutaceo-albicans. Lam. 4 lin. latae, fragiles, acie albicantes.

914. A. Candollianus, pileo subcarnoso e camp-convexo explanato obtuso glabro hygrophano, stipite cavo fragili *subfibrilloso* albo, apice striato, lamellis rotundato-adnexis confertis e *violaceo* fusco-cinnamomeis. *S. M. p.* 296. *Weinm. Ross. p.* 249. *Sommerf. L. p.* 264. *Fl. Dan. t.* 774. optima. A. violaceo-lamell. *Dec. fr.* 2. *p.* 143. A. appendicul. *Schum.* Ad terram. in silv. frond. caesp. Pervenimus nunc ad gregem omnium difficillimam A. *stipati* P., in quo colores, etiam lam., e statu sicco et udo valde mutantur, ut pauca synonyma absolute eruere valeam. *Cortina appendiculata* et *lamellis primo violaceis* haec species facile dignoscitur. Stipes basi solidus, subincrassatus. Pileus albescens, vertice ochraceo, sed primitus spadiceus, carne albicante.

915. A. appendiculatus, pileo carnoso-membr. ovato-expanso glabro hygrophano, sicco rugoso subatomato, stipite fistuloso aequali *glabro* albo, apice pruinato, lamellis subadnatis confertis aridis ex *albido* incarnato-fuscis. *Bull. t.* 392 (incl. praec.) *Secr. n.* 382. — *Sowerb. t.* 324 ex Berk. in litt. non differt. A. stipatus. *Pers. syn. p.* 423. *Alb. Schw. p.* 206. *S. M. l. c.* incl. proxim. Ad truncos, praec. Fagi, stipato-caesp. *Cortina praeced.*, sed longe tenuior, fragilior, lam. juniorum colore facile distinctus. Pileus e spadiceo fulvus l. ochreo-pallescens, carne concolori.

916. A. HYDROPHILUS, pileo carnoso-membr. *convexo-expanso* subrepando glabro hygrophano rugoso, disco laevi, margine subinfracto, stipite fistuloso curvato adpresse fibrilloso pallescente, lamellis adnexo-ventricosis confertis plorantibus e pallido fusco-cinnamomeis spadiceisque. *Bull. t.* 511. *Secr. n.* 401. — *Paul t.* 110 f. 1. var. A. curvatus *Weinm. p.* 248. Inter folia decidua, circa truncos caespitos. fragilis. Cortina admodum fugax. Pileus recens vulgo spadiceus, siccus fulvus, carne albicante. Sporidia ferrugin.-fusca, ut ad Phaeotos strictius referatur.

XXIV. PSILOCYBE. (S. M. p. 289.) *Velum nullum* manifestum, saltim haud annulatum nec contextum. Stipes sub-cartilagineus *rigidus l. tenax*, tubulosus, tubo cavo farctove, saepe radicans. Pileus plus minus carnosus, *glaber*, margine primo incurvo. *Lamellae fuscescunt l. purpurascunt. Respondet* Collybiis *et* Naucoriis.

I. RIGIDI. Velum nullum! Stipes rigidus. Pileus vix pelliculosus, sed caro saepius scissilis, hygrophanus. Lamellae adnexae, rarissime (n. 922) adnatae. *Velo partiali primitus nullo a* Psalliotis n. 880—888 — *et* Hypholomatibus n. 908—916, *quibus simillimi, differunt.*

917. A. ANTILLARUM, pileo carnoso convexo glabro demum *areolato-corrugato*, stipite *solido* elato aequali striato glaberrimo radicato pallido, lamellis adnexis ventricosis fusco-nigris. *Fl. El. p.* 42. Inter stramina Ind. occid. Rigidus, 4—6 unc. altus, pallescens, ab *Europ.* valde diversus.

918. A. PHOENIX, pileo carnoso tenui camp.-expanso laevi glabro hygrophano, stipite *farcto striato subbulboso* radicato pallido, lamellis liberis ventricosis e pallido umbrinis. *Mich. t.* 73. *f.* 1. *Secr. n.* 372. — b. stipite brevi, basi ventricoso subulato-radicato. A. ventric. *Schum.* S. M. — videtur junior. Ad terram fimetosam, rariss. Major, pileo e fusco pallescente nitido. Affinis A. *antipodi* videtur.

919. A. CANOBRUNNEUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi hygrophano, *udo subviscoso*, *stipite cavo curto* radicato squamuloso albido, lamellis subliberis confertis ventricosis e pallido fusco-purpureis. *S. M. p.* 294. *Batsch f.* 105. *Lasch.* Ad terram nudam apricam, adustam etc, simplex. Firmus, rigidus, pileo fusco-incarnato sicco alutaceo-pallente.

920. A. SPADICEUS, rigidus, pileo carnoso convexo-plano obtuso *laevi udo hygrophano*, stipite cavo tenaci pallido, api-

ce laevi, lamellis rotundato-adnexis aridis confertis e albido *carneo*-fuscis. *Schaeff. t.* 60. *f.* 4—6! A. stipatus *Auct.* A. curvatus *Weinm! p.* 248 ad spec. Cfr. *Secr. n.* 393. saltim affinis. Ad terram inter folia, ad bases truncor. frequens, subcaespit. *Velum*, etiam primitus, absolute nullum. Stipes firmus, cartilagineus (locis humidis ad terram tamen mollior). Pileus convexo-planus; fere pelliculos. *laevis*, primitus glaber, rigido-scaber, carne albicante, margine subinfracto; siccitate saepe diffractus, praecipue var. *polycephala.* Lam. demum nunc cinnamomeae (jove sicco) nunc umbrinae. Valde diversus ab A. *hydrophilo*, nostro; sed quosdam ejus figur. aequo jure hic referres, hinc has omnes, *solita cautela* in distinguendo, in S. M., ut species, recipere nolui, nec adhuc sqq. *Buxb. C. IV.* t. 29. *f.* 2.! var. pallida.

* A. HYGROPHITUS, major, pileo e fusco alutaceo, stipite 4—6 unc. longo subfusiformi-radicato, lamellis *emarginatis longe lineatim decurrentibus* demum fusco-umbrinis. *S. M. p.* 296. (Haud citavi Bull., ut fervore suo in syn. excl. loco nec hononymus, perhibet Secr.) Locis humidis ad radices Fraxini.

* A. POLYCEPHALUS, densissime *stipatus*, rigidior, stipite tenuiori flexuoso, *lamellis subliberis* demum fusco-umbrinis. *Paul. t.* 111. *f.* 1—2. Ad truncos Betulae, Sorbi. Color ut in vulgári nunc e spadiceo ochraceus, nunc e livido-pallido alutaceus, immo ad Fagos, Ulmos, Salices etc. forma gregaria tantum albido-fuscescens: *Bolt. t. 11!*

921. A. CERNUUS, pileo carnosulo camp.-convexo expanso glabro hygrophano, sicco ruguloso, stipite fistuloso flexuoso glabro albo apice laevi pruinato, lamellis *adnatis* subventricosis vix confertis *ex albido-cinereo* fusco-nigricantibus. *Fl. Dan. t.* 1005 c. syn. *S. M. p.* 298. c. syn. *Schaeff. t.* 205. *Paul. t.* 110. *f.* 3. (*Secr. n.* 385 recedit lam. rufesc.) Ad terram, folia, ligna putrida, vulgo caespitosus. Transit ad Psathyras, subfragilis. Pileus pallescens, pellucido-striatulus primitus nudus, velo o!

922. A. SQUALENS, pileo carnosulo e convexo plano depressove laevi glabro udo hygrophano, stipite farcto subaequali arrhizo apice striato, lamellis *adnato-decurrentibus* confertis planis *argillaceo*-fuscis. A. planus. *Sow. t.* 362 juniorem bene refert. Ad et juxta truncos raro, solitar. l. caespitos. Velum nullum! Stipes 1—2 unc. l., 1—2 lin. cr., tenax, obsolete fibrillosus. Pileus 1—2 unc. e lurido expallens, margine incurvo. Sporidia ferrugin. fusca.

923. A. MURCIDUS, pileo carnosulo convexo obtuso striatulo hygrophano, sicco laevi, stipite fistuloso gracili fragili stricto nudo, lamellis *adnatis segmentoideis* subdistantibus umbrinis. *S. M. p.* 299. [*Secr. n.* 392 stipite tenuiori recedit.] Locis umbrosis in fagetis et gracilis ut Psathyra, sed pileus carnosus convexus et margo incurvus Psilocybes. Pileus spadiceus, siccus alutaceus l. rosellus, ex *Sommerf. Lapp. p.* 265. primitus velo (haud partiali!) fulvo-strigoso obductus. Variat simplex et caespitos.

924. A. HEBES, pileo carnosulo convexo-expanso obtuso glabro hygrophano, margine striatulo, stipite fistuloso glabro aequali pallescente, lamellis *adnatis triangulis* albido-fuscis. *S. M. p.* 293. *Pers. M E. t.* 28. *f.* 5. paulo major. In fagetis ad truncos, folia. Rigidulus, etiam lamellae!; pileus viscidulus luridus, siccus pallens laevigatus. — Similis A. *medeali*, qui si sporidia fusco-purpurea, h. l. inseretur. Cfr. n. 362.

925. A. FOENISECII, pileo carnosulo camp.-expanso obtuso sicco expallente, stipiteque fistuloso arrhizo rufescenti-pallido laevibus glabris, lamellis adnato-ventricosis (quasi late emarginatis) vix confertis fusco-umbrinis. *Pers. ic. descr. t.* 11. *f.* 1. *S. M. p.* 295. *Weinm. p.* 259. *Buxb. C.* 4. *t.* 28. *f.* 1. In pratis pinguibus, areis hortorum vulgatus. Non *ex grege naturali* praecc., sed e A. *papilionacei*, quo «tertia parte minor», lamellis sporidiisque umbrinis diversus. Rigido-fragilis, pileo fuligineo-fusco, rufescente.

II. TENACES. Velum in potestate vix conspicuum. Stipes *callosus*, *flexilis*, coloratus. Pileus pelliculosus, jove udo viscidus, subexpallens. *Affines* Psalliotis n. 888—900 et Hyphol. n. 907—916, quos velo evanido h. l. forsan quaeres, ut etiam Phaeotos n. 897—808. — *Color pilei laetus.*

* *lamellis planis ventricosis liberis adnatisve.*

926. A. LYSIOPHYLLUS, pileo carnoso tenui planiusculo laevi glabro, stipite *farcto laevi* aequali *subvelutino*, *lamellis liberis* subventricosis nigricantibus. *Fr. Linn. V. p.* 510. Ad terram Brasiliae. Similis A. *ericaeo*, pileo aurantio-fulvo, sed lam. liberis diversus. Stipes *in sicco* fragilis.

927. A. ATROBRUNNEUS, pileo carnoso tenui camp.-convexo umbonato laevi subbrunneo, *stipite farcto* longo *fibrilloso* apice albo-farinaceo, *lamellis* adnexo-secedentibus subdistantibus brunnescentibus. *Lasch. n.* 423. In paludosis inter

Sphagna, Markiae fr. dicitur, *mihi non obvius.* Subtenax. Stipes 3—5 unc. l., 2—2½ lin. crassus, pileo dilutior. Pileus 1¼—2 unc. lat. Lam. crassiusc., latae.

928, A. ERICAEUS, pileo carnoso tenui e conico-convexo explanato laevi glabro, udo viscidulo, sicco nitente, stipite subcavo elongato tenaci pallido, lamellis adnatis latis planis e pallido nigris. *Pers. syn. p.* 413! *S. M. p.* 291 (non Secr.) *Weinm.! p.* 254. In montosis ad terram locis humidis copiose, vulgo catervatim. *Sqq.* major, 3—4 unc. altus, pileo ferrugineo-fulvo l. locis paludosis spadiceo: A. *dichrous* s. nitidus *Pers. l. c.* [*Schaeff. t.* 210 habitum refert, sed pileo squamoso valde aliena]. *Similis* in pinetis, *obscurior, lamellis umbinis* forte var. A. *tenacis n.* 803.

929. A. SARCOCEPHALUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso laevi glabro sicco, stipite e farcto cavo elongato *flexuoso glabro pallido*, lamellis adnatis confertis cinereo-fuliginеis nigricantibus. *Fr. Obs.* 1. *p.* 81. *Paul. t.* 106! (quaedam fig. ad A. pediad. accedunt.) Ad terram silvarum, statura prioris, natura sq., *carne compacta*, licet haud crassa notabilis. Pileus e gilvo-sordido flavesc., unc. — Sat similis A. *compactus* Schum. n. 1720, cujus affinitas vero non liquet; omnino alius *Secr. n.* 395 [griseo-carneus, stipite squamuloso deorsum lutescente] at *semel modo decrepitus* lectus.

930. A. UDUS, pileo carnoso tenui convexo-plano *sicco ruguloso* expallente, stipite elongato tenui tenaci fibrilloso *deorsum ferrugineo*, lamellis adfixis ventricosis laxis ex albido *purpurascentibus. Pers. Syn. p.* 414. *S. M. p.* 292 c. syn. In paludibus turfos. frequens. Pileus testaceo-fulvus, expalleus, non hygrophanus. Exstat var. pileo submembr. acute conico fulvo, lamellis flavo-lividis i. e. substerilibus, in Sphagnosis.

* A. POLYTRICHI, pileo carnosulo e camp.-convexo *plano-depresso* laevi glabro sicco, circa marginem albicante, stipite elongato flexuoso *glabro pallido fulvente*, lamellis adnato-ventricosis demum decurrentibus distantibus albido-nebulosis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 51. *Weinm. p.* 255. Locis similibus, inter Polytricha. Prioris filius, sed facile differt pileo pallide flavo albicante, lamellis demum decurrentibus, haud purpurasc., saepe virentibus.

* A. *elongatus*, pileo submembr. camp.-convexo, udo striato livido — l. virenti-flavo, sicco laevi flavescente. *Pers.*

*ic. descr. t.* 1. *f.* 4 cui exacte respond. legi! Inter Sphagna in pineto-montanis.

** *lamellis planis, postice latissimis subdecurrentibus.* Cfr. n. 898—900.

931. A. COPROPHILUS, pileo carnosulo ex hemisphaerico expanso umbonato laevi stipiteque subfistuloso sursum attenuato apice pruinoso glabratis, lamellis arcuato-subdecurrentibus latis livido-fuscis. *Bull. t.* 566. *f.* 3! *S. M. p.* 297. A. fimicola. *Pers. syn. p.* 412. In sterquilinis et pascuis, ut sqq. haud raro. Stipes primo brevis, ut A. *merdarius* hirto-flocculosus, dein elongatus glaber nitidus. Pileus rufescenti-alutaceus. Vix differt *Secr. n.* 367 licet stipes, primo medullatus, solidus dicatur.

932. A. BULLACEUS, pileo carnosulo hemisphaerico expanso glabro demum umbonato ad *medium striatulo*, stipite fistuloso brevi aequali fibrilloso, lamellis *adnatis triangulis* planis confertis fusco-ferrugineis. *Bull. t.* 566.! *f.* 2. *S. M. l. c.* Locis similibus, ad vias. Cortina primitus saepe manifesta, interdum circa margines appendiculata. Stipes unc. l. parum ultra, lin. crassus, lutescens. Pileus vix unc. attingens, badio-fulvellus, siccus alutaceus, udus pellicula viscida facile secedente tectus. Lamellae per se livido-albae, sporidia spargunt supra fundum nigrum *purpureo-lilacina*, ut proximae.

933. A. PHYSALOIDES, pileo carnosulo camp.-expanso *laevi* viscidulo, stipite fistuloso flexili adpresse fibrilloso-laevi basi spadiceo, lamellis *decurrentibus* confertis subferrugineis. *Bull. t.* 366. *f.* 1. *Paul. t.* 122. *f.* 5 var. muscicola! (*Secr. n.* 971). *Lasch. n.* 446 *γ*. Locis similibus et locis muscosis, ubi aquae hiemales stagnant, rarior. Prioribus maxime affinis, in charta sporidia purpureo-atra, in nigro violaceo-lilacina. Pileus fusco-purpureus, circa margines pallens, demum umbonatus, et circa umbonem depressus. A. *inquilinus* facile confunditur.

934. A. LIBERTATIS, pileo carnosulo e convexo-plano *obconico, umbone hemisphaerico prominente, primo cano-sericeo* dein glabro, stipite farcto flexili sursum incrassato pallido lamellisque longe decurrentibus e fusco-ferrugineo umbrinis. *Batsch f.* 62 est e solitis pusionibus Auctoris, vix recognoscendis, ut fit quando ad «*unum*» l. pauca specc. species determinantur. A. pyriformis *Pers. syn. p.* 317. in vetustum quadrat. Locis similibus. Pileus proximorum disco carnosior, numquam striatus nec viscidulus, primitus umbone excepto

planus, 3—5 lin. latus, umbrino-fuscus, siccus alutaceus. Stipes unc. l., 1 lin. cr. Sporidia sq.

235. A. ATRORUFUS, pileo carnosulo hemisphaerico-convexo obtuso glabro, margine striatulo, sicco decolori laevi, stipite fistuloso tenui aequali pallide spadiceo (*in a. fibrilloso*), lamellis subdecurrentibus latis planis umbrinis. *Schaeff. t.* 234: *S. M. p.* 293. *Weinm. p.* 258. — b. stipite brevi glabro. A montanus. *Pers.* — *Secr. n.* 396. Ad terram silvarum; b. locis glareosis apricis per annum ubique. In optimo vigore eximie atrorufus l. purpureo-fuscus, sed vulgo expallens legitur.

236. A. NUCISEDUS, pileo carnosolo convexo obsolete umbonato laevi, sicco sericello, stipite fistuloso pallido deorsum subattenuato fuscescente albo-villoso, lamellis adnatis latis planis e fusco umbrino-nigris. *S. M. p.* 293. *El. p.* 41. *Weinm. p.* 257. A. montan. *β. Fr. Obs.* 1. — *Secr. n.* 397. In pericarpiis Fagi, ramentisque variis. Stipes gracilis, 1—2 unc. l. apice, ut prior, saepe pruinatus. Pileus flavescens. Habitus exacte A. *inquilini*, sed differt sporidiis.

† A. SARDELLUS s. A. montanus *γ.* coriarius. *A. S. p.* 307 a prioribus differt lamellis primo opace rubris, dein brunnescentibus. Manifeste est A. *echinati* analogon in hac serie!, etiam situ subcaespitoso inter corticem coriarium.

Obs. Cum praecedd. comparandi A. *tabacinus* et *inquilinus* (n. 802, 808). Praeter sporidia, ille differt pileo epelliculoso, lam. linearibus. *Batt. t.* 28. X e descr.! fere A. *physaloides* et *f. C.* ad A. *bullaceum* ex icon. referres. — *Fl. Dan. t.* 2020. *f.* 1. manifeste decolor, ex A. *merdario* forsan ortus. *Pers. M. E. t.* 27. *f.*, 1, 2 n. 933 proximus, ex icone spec. sq. sectionis sisteret.

*** *lamellis sublinearibus adscendentibus.* Cfr. n. 925.

938. A. TEGULARIS, pileo carnosulo e glandiformi camp. glabro areolato-rimoso, stipite *farcto a basi incrassata sursum attenuato* pallido, lamellis attenuato-adnexis adscend. confertis fuscescentibus. *Schum.* — *S. M. p.* 294. *Fl. Dan. t.* 1958. Loc. gramin. Daniae. Est forsan Psathyra, sed firmior, carnosior; color alutaceus.

939. A. CALLOSUS, pileo carnosulo conico-camp. obtuso laevi glabro sicco, stipite fistuloso tenaci aequali pallido, lamellis adnatis adscend. ventricosis fuligineo-nigris. *Fr. Obs.* 2. *p.* 180. *S. M. p.* 292 (incl. sq.) *Weinm. p.* 256. *Buxb. C. IV. t.* 15. *f.* 1. *Pers. M. E. t.* 27. *f.* 3. — b. stipite

elongato, flexuoso. In graminosis ad vias. Parvus, gregarius, *tenax*, pileo albo, lutescente, livido etc. varians.

940. A. SEMILANCEATUS, pileo submembr. acute conico fere cuspidato *humido viscoso striatulo*, stipite medullato tenaci flexuoso glabro pallido subcortinato lamellis adnexis adscendentibus purpureo-atris. *Fr. Obs.* 2. *p.* 178. *Sowerb. t.* 240. *f.* 1—3. *Weinm. n.* 414. b. *Secr. n.* 365. *Lasch. n.* 445. Ad vias, inter gramina stercorata. Pileus luteus, virescens etc. pellicula facile secedente; *margo primo infractus* et *substantia tenax* a Galeris separat.

XXVI. PSATHYRA. Velum nullum l. tantum universale floccoso-fibrillosum. Stipes subcartilagineus, tubuloso-fistulosus, politus, *fragilis*. Pileus conicus l. campanulatus, membranaceus, *margine primitus recto stipiti adpresso*. Lamellae purpurascentes l. fuscescentes! *Graciles*, *fragiles*, *hygrophani*. [Series tenax Pratellarum inter Psathyras deest, analogae formae inter ultimas Psilocybes obviam veniunt.] *Statura exacte* Mycenae, Nolanae, Galerae *mox dignoscuntur*, *licet peraffines sint ultimae* 2 Hypholomatis species et Psilocybes n. 820—824. — *Coprinarii* mox dignoscuntur lamellis ex albo l. cinereo nigris *nec fuscis l. purpurascentibus*.

I. Conopili, *pileo conico-campanulato*, *lamellis adscendentibus in coni fundo adnexis*, *saepe liberis*. Stipes strictus, velum nullum. Ad terram locis graminosis l. humidis.

941. A. CONOPILUS, pileo submembr. camp. *laevi* glabro pallescente, stipite procero sursum attenuato glabro argenteo-nitido, lamellis leviter adnexis confertis fusco-purpurascentibus *S. M. p.* 504. *Weinm. Ross. p.* 269. A. superbus. *Jungh. Linn. l. c. t.* 6. *f.* 11. In hortis graminosis, Lundae frequens. Magnus, spectabilis, stipite 4—6 unc. l., 1—2 lin. cr., pileus ex albido pallescit.

942. A. CORRUGIS, pileo subm. campan. umbonato *subrugoso* glabro pallescente, stipite elongato aequali glabro albo, lamellis sinuato-adfixis ventricosis *violaceo*-nigricantibus. *Pers. syn. p.* 424. *S. M. p.* 298. c. syn. *Weinm. p.* 262. *Holmsk.* 2. *t.* 32. — b. statura A. gracilis: *Bull. t.* 561. *f.* 1., ut «pellospermus» nec melaspermus h. l. In hortis et umbrosis. silv. Praec. gracilior. Pileus subroseus. Caute inquiratur ob pileum in multis rugosum.

943. A. TORPENS, pileo subm. campan. obtuso laevi pallescente, stipite aequali *gracili glabro* albo, lamellis attenuato-adfixis confertis *aridis fuscis*. *S. M. p.* 299. *Weinm. Ross*

p. 264. *Batt. t.* 28. *S.* [*Fl. Dan. t.* 2139. *f.* 1. staturam exhibet.] Ad terram graminosam. Tenellus, fragilis; pileo ½—1 unc. lato, udus, nec viscidus.

944. A. SUBLIQUESCENS, pileo subm. e conico expanso *fusco-striato viscido*, stipite elongato attenuato stricto fusco-pallido, lamellis subliberis subliquescentibus albido-fuscis. *Schum.* — *S. M.* p. 304. *Fl. Dan. t.* 1732. *f.* 2. In fimetosis. Stipes 5 unc. usque longus.

945. A. STRICTUS, pileo camp. *sericeo-laevi sicco* pallescente, stipite elato stricto glabro albo, lamellis *denticulo adnexis subliquescentibus purpurascente* - umbrinis. *Trog in Flora* 1832. Locis umbrosis humidis inter gramina. Stipes 3—4 unc. l., rigidulus, sed pileus (cinereo-pallidus) ½—¾ unc. tantum latus. *Hunc et praeced. non legi*, sed varias affines, nondum claras; hinc omissas.

946. A. GYROFLEXUS, pileo membr. conico-camp. *striato* atomato pallescente, stipite gracili *flexuoso* sericeo-nitente albo, lamellis adnexis confertis mollibus purpurascenti-griseis. *Paul. t.* 123. *f.* 4. A. pallescens. *Schaeff. t.* 211. *Secr. n.* 398 ex quo A. digitatif. *Bull. t.* 22. Cfr. A. amblycephal. *Lasch n.* 590. Ad margines graminos., saepe fimetos., silvarum. Praecedd. minor, subcaespitosus; habitu fere A. *disseminati.* Stipes 2 unc. l., vix lin. cr. Pileus 5 lin. l., griseus, disco rufescente. *Batsch. f.* 90. (*Wallr. n.* 3090). var.!

II. Obtusati, *pileo camp.-convexo explanatove glabro* (l. atomato) *lamellis plano l. arcuato-adfixis.* Velum nullum. Truncicolae.

947. A. SPADICEO-GRISEUS, pileo submembr. e conico-camp. expanso *subumbonato glabro ad medium striato* hygrophano, stipite firmo sursum attenuato nitido albo apice striato, lamellis adnexis subconfertis fuscis. *Schaeff. t.* 237.! *Schum. n.* 1761. et hinc A. stipatus. *Auct. Fl. Dan. t.* 1673. *f.* 2, at vulgo n. 815, 816 [velo manifesto partiali] n. 820 (pileo carnoso convexo-plano, stipite valido, lam. non violasc.) sic dictae fuerunt — in *S. M.* conjunximus. — Ad et juxta truncos, raro saltim in his terris. Subcaespitosus, etiam simplex! aquosus, fragilis. Pileus e spadiceo griseus.

948. A. OBTUSATUS, pileo submembr. camp.-expanso obtuso glabro *corrugi hygrophano subnitido*, stipite rigidulo aequali laevi subnudo pallido, basi incurvo, lamellis adnatis subventricosis e pallido umbrinis. *S. M. p.* 293. quatenus A. obtusus *Pers. syn. p.* 428 (omnino convenit!) — *Schaeff. t.*

60. *f.* 1—3. — var. major A. fuscus. *Schum. n.* 1807. — var. minor. *Vaill. par. t.* 12. *f.* 5, 6. Ag. papyraceus *Secr. n.* 386. Ad truncos quercinos simpl. l. caespitosus. Pro forma pusilla A. *stipati* (nec A. Candoll. l. appendic.!) olim habui, at omnino constans! Tenuis, rigido-fragilis; stipes 2—3 unc. l., 1—2 lin. cr. Pileus excarnis, subuncialis, umbrinus, siccus et margine pallens, *absque velo!* Proximus est A. *spadiceo*, cui referendus A. *papyraceus* P. s. A. *membranac.* Bolt. t. 11, ut e stipite validiori, lamellis carneis, pileo convexo et praecipue «margine involuto» (hinc non Psathyra) patet. Idem ad terram *Buxb. C. IV. t.* 29. *f.* 2.

949. A. FAGICOLA, pileo membr. camp. obtuso striato *viscido*, stipite aequali fragili fibrilloso furfuraceo pallescente, lamellis adnexo-secedentibus subliquescentibus brunneis. *Lasch! n.* 468. Subcaespitosus ad Fagi truncos. Stipes 2—$2\frac{1}{2}$ unc. l., 2—3 lin. cr. Pileus 1—2 unc. l., virescente-coeruleus, sublividus, fuscescens. Sporidia ut in praecc. brunneo-fusca.

950. A. FALKII, pileo membr. hemisphaerico-expanso pellucido udo hygrophano, sicco griseo-farinoso, stipite curto aequali albido-fuscescente, basi albo-villoso; lamellis laxe adfixis ventricosis ex umbrino fusco-purpureis. *Weinm! Ross. p.* 261. Ad truncos Pini, gregarius; in Rossia. Valde a praec. differt, etiam sporidiis fusco-purpur. Stipes tenuis, haud unc. Pileus $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}$ unc. latus, valde fragilis, udus umbrinus. Huic melius, quam A. *murcido*, convenit *Secr. n.* 392.

III. Fibrillosi, *pileo stipiteque primitus e velo universali floccoso-fibrillosis.* [Cfr. n. 923.]

951. A. FATUUS, pileo submembr. ex ovato-camp., expanso *rugoso*, *primitus fibrilloso*, dein glabro, stipite gracili fragili *glabrato* candido, apice striato farinulento, lamellis adnatis confertis linearibus ex albido fuscis. *S. M. p.* 296. *Fl. Dan. t.* 830. *f.* 2. [*Schaeff. t.* 207 etiam huic accedit]. In dumetis, hortis, solitarius l. caespitosus. Fragillimus, stipite glabrato, pil. *ex argillaceo albicante*, sporidiis umbrinis. Cortina nulla.

952. A. FIBRILLOSUS, pileo submembr. e camp.-convexo expanso *striatulo* primitus fibrilloso, stipite *elongato* fragillimo albo *fibrilloso-squamoso*, lamellis adnatis planis postice latissimis purpureo-nigris. *Pers. p.* 424 (fibrillis nigrescentibus, forte e sporidiis) *S. M. p.* 297. — b. *dendrophilus*, minor, campan. *Fr. Obs. p.* 181 (squamis albis secedentibus diver-

sus a Secr. n. 88). In silvis roridis, vulgo ad terram, simplex. Pileus lividus, siccus albus. - Sporidia atro-purpur. —

953. A. PENNATUS, pileo submembr. camp. obtuso *laevi, squamis albis plumoso*, dein nudo, stipite *villoso* argenteo apice pulverulento, lamellis adnexis confertis latis e livido fusco-nigricantibus. *S. M. l. c. Weinm. p.* 260. Ad terram deustam in silvis. *Coprini cinerei* facie, e livescenti-albus, vulgo curtus, sed var. elongatus.

954. A. GOSSYPINUS, pileo submembr. camp.-expanso e *tomentoso mox glabrato*, margine *striato*, *stipite tomentoso* albido, lamellis adnexis ventricosis ex albo fusco-nigris. *Bull. t.* 425. *S. M. p.* 310. *Bolt. t.* 71. *f.* 1. certe. *Secr. n.* 377. e syn. Ad terram et stipulas silv., subcaesp., fragilis, ochreo-argillaceus.

955. A. NOLI TANGERE, pileo membran. camp. -expanso *undique striato* hygrophano, circa marginem squamuloso, stipite fragillimo subnudo fuscescente apice laevi, lamellis adnatis latis pallide fuscis. A. xylophil. *Sow. t.* 167 optima!, sed squamae albae desunt. Inter ramenta Quercus, gregar. Omnium fragillimus, udus totus pallide umbrinus, pil. siccus pallescens laevis et passim spurie squamoso-appendicul.

956. A. MICRORHIZUS, pileo membr. camp. laevi sicco atomato-nitente, primitus *luteo-piloso*, stipite tenui brevi radicato *sericeo* albido, lamellis adnexis confertis angustis e pallido nigrescente-brunneis. *Lasch! l. c. n.* 468. Locis graminosis, in hortis, gregar. Primitus (ut n. 954) undique flocculosus subcortinatusque, fragilis, minor. Pileus ochraceus l. rufo-brunneus, expallens: sporidia, e fundo vario!, fusca l. nigra.

V. COPRINARIUS. Sporidia atra, hinc lamellae, inter se *separatae*, numquam purpurascentes l. fuscescentes. *Lamellae liquescentes a nulla serie alienae, sed* COPRINI genus *mox dignoscitur lamellis primo cohaerentibus* (nec separatis!) *in laticem diffluentibus* etc.

XXVII. PANAEOLUS. Velum contextum, saepe deficiens. Stipes politus, firmulus. Pileus *carnosulus, exstrius, margine primo excedente.* Lamellae in coni fundum adscendentes, «papilionaceae» i. e. *variegatae*; jove sicco juniores passim subgilvae. *Vulgo fimicolae*, Clusio *pern. gen. XVI. sp.* 1.

* *pileo*, cute gelatinoso-liquesc., *viscoso*, *sicco nitido.*

957. A. SEPARATUS, pileo carnosulo camp. obtuso laevi viscoso, stipite stricto nitido albo, *deorsum incrassato*, *annu-*

*lo distante*, lamellis adfixis cinereo-atris. *Linn. Suec. n.* 1220! a. major, pileo ovato-camp. A. semiovatus. *Sow. t.* 131. *S. M. p.* 300 c. syn. A. ciliaris. *Bolt. t.* 53. *Pers. syn.* — b. minor, pileo camp.-convexo lutesc. *Bull. t.* 84. A. semiovat. *Pers. syn.* In fimo. Pileus vulgo argillaceo-albus, haud expansus. Vulgo procerus, spitham., sed exstat, ut omn. sqq. forma pumila; alia cernua.

958. A. FIMIPUTRIS, pileo submembr. conico-expanso subgibbo laevi viscido, stipite *gracili aequali* glabro pallido, *zona annulari notato*, lamellis adfixis livido-nigricantibus. *Bull. t.* 66. *S. M. l. c. Bolt. t.* 57. *Batt. t.* 28. *P.* In sterquilinis. Gracilior, fragilior, pileo livido fuligineo, saepe inclinato, demum expanso inaequali. E descr. optima hic l. sq. videtur *Weinm. n.* 428. *a.*

959. A. PHALENARUM, pileo carnosulo camp.-convexo obtuso laevi glabro *viscido*, *velo appendiculato fugaci*, stipite aequali firmulo subnudo pallide rufescente, lamellis adnexis latis cinereo-atris. — *Bull. t.* 58. *Secr. n.* 364. *Paul. t.* 121. *f.* 1. In fimo, etiam mihi passim obvius. Valde affinis A. *papilionaceo*, sed major, pileo viscido argillaceo lutescente A. *separati.*

† A. NUTANS, pileo hemisph. cernuo laevi albido, stipite attenuato nudo albido. *Batt. t.* 28. *R.* In fimo. Cum analogas viderim formas 957—959 viscidum crederem et n. 957 proximum.

** *pileo (humido) udo opaco bibulo, sicco subflocculoso.*

960. A. RETIRUGIS, pileo carnosulo e globoso hemisphaerico subumbonato *costis elevatis reticulato atomato-opaco*, velo lacero appendiculato, stipite aequali pruinoso carneo purpurascente, lamellis adfixis adscendentibus cinereo-nigricantibus. — *Batsch. f.* 91.! In fimo cervino B., in leporino nos legimus var. minorem. Pileus carneo-alutaceus, facie omnino A. *corrugis.*

961. A. REMOTUS, pileo carnosulo camp.-convexo subumbonato sicco flocculoso-ruguloso, stipite fistuloso tenui fuscescente, lamellis liberis demum remotis ventricosis nigris. *Schaeff.* t. 210.? Stipes 2 unc. l., sed *fragilis*, glaber l. villo adpresso sursum sericeus. Pileus unc. et ultra, fulvo-fuligineus, floccis innatis. Lamellae latae, demum planae, aridae, confertae. Ad *sicc.*, ab A. *ericeo certe* distinctus.

962. A. SPHINCTRINUS, pileo carnosulo parabolico obtu-

so opaco laevi udo, sicco subsericeo, velo albo primitus appendiculato, stipite aequali stricto *fuligineo-griseo apice laevi* pruinoso, lamellis adnatis confertis cinereo-nigricantibus acie concoloribus. *Weinm. n.* 427 ut apparet. — b. *Batt. t.* 27. *L.* hujus loci omnino videtur. In fimo passim, sq. adfinis. Stipes 2—3 unc. l., 1 lin. cr. fragilis, basi tantum rufescens. Pileus udus glaber, fuligineo-nigricans, siccus lividus; carne tenui umbrina. In forma pumila stip. unc., lamellae lineares: *Buxb. C. V. t.* 48. *f.* 2.

*** *pileo sicco, glabro, nitidulo, azono.*

963. A. CAMPANULATUS, pileo carnosulo campanulato sicco laevi glabro subnitido, stipite aequali stricto *undique rufescente apice striato atropulverulento*, lamellis adfixis adscendentibus griseo-nigroque variis. *Linn. Suec.* 2. *n.* 2117 certiss.! *Wahl.! Ups. p.* 448. A. papilionac. ex meliori parte *S. M.* — *Bull. t.* 561. *f.* 2. L. *Secr. n.* 369 excl. syn. *Buxb. C. IV. t.* 13. — b. major. *Fl. Dan. t.* 1959. — c. minor. A. equinus *Abb. d. Schw.* 3. *Batsch. f.* 6. Ad terram fimetosam freq. Fragilis. Stipes, jove udo, guttulis aqueis roridus s. var. *stillaris* Fr. Obs.!, primo apice albo-pruinosus. Pileus non expanditur, nec rimosus, sed saepe umbonatus, e fusco rufescens. Velum fugaciss. Lam. acies vulgo albicans, sed est ubique nota vix citatu digna. [A. camp. *Bull.* dicendus A. *ovalis*; Linnaean. nomen certiss. *optimum necesse huic restituendum.*

964. A. PAPILIONACEUS, pileo carnosulo hemisphaerico glabro, *sicco rimoso-squamoso*, stipite aequali laevi *albido* apice albo-pulverulento, lamellis *late adnatis perlatis* demum planis nigricantibus. *Bull. t.* 561. *f.* 2. *N, M.* ejusque var. *Auct.!* (*Secr. n.* 368 priori accedens). Cum praeced.: a quo manifeste differt pileo hemisphaerico (fere A. *semiglobati*) stipiteque pallidis, lamellis latioribus. Firmior quoque est, praecipue forma *pumila* pileo stipiteque (absque rufo!) albo-griseis uncialibus — ad latera viarum arenosa Upsaliae.

965. A. CALIGINOSUS, pileo carnosulo campan. obtuso laevi glabro, stipite aequali *laevi nudo concolori*, lamellis leviter adnexis adscendentibus lanceolatis fuligineo-nigris. *Jungh. l. c. t.* 6. *f.* 13. Locis graminos. in campis apricis. Gracilis, minor brunneus; vidimus velum tenuissimum.

**** *pileo sicco, glabro, circa marginem zonato.*

966. A. CINCTULUS, pileo subcarnosulo camp.-expanso laevi glabro, *circa marginem zona lata fulva* tincto, stipite

firmulo aequali ubique fuscescente, lamellis liberis? ventricosis olivaceo-nigris. *Bolt. t.* 152.! In fimetis. Manifeste ex hac grege et ab omnibus a me visis pileo carnosiori et colore subfulvo distinctus. Stipes ut sqq. fistulos. (*Non vidi.*)

967. A. ACUMINATUS, pileo carnosulo conico *acuminato* laevi glabro nitido, *circa marginem linea nigricante zonato*, stipite tenui aequali pruinoso bicolori, lamellis adnexis ventricosis confertis nigricantibus. *Batt. t.* 22. *F.* meum optime sistit. *Schaeff. t.* 202 stipite long. et obscur. recedit, sed lineae vestigia adsunt. *Secr. n.* 370 e syn. Schaeff. Ad vias. Stipes 1 unc. («3 unc. usque») l., albidus deorsum fuscus, basi incrassata. Pileus pro ratione major, carneo-alutaceus («fulvo-violaceus» Secr.); margine primo crenulato.

968. A. FIMICOLA, pileo carnosulo camp.-convexo *obtuso* glabro opaco, *circa marginem zona angusta fusca* notato, stipite fragili elongato aequali pallido apice albo-pruinato, lamellis adnatis latis griseo et fuligineo-variegatis. *S. M. p.* 301.! *Weinm. p.* 266. *Buxb. C. IV. t.* 28. *f.* 4. b. gracilior. *Weinm.* l. c. A. varius. *Bolt. t.* 66. *f.* 1! In fimo, pascuis stercoratis; vere, aestate. Stipes molli-fragilis, obsolete sericeo-striatulus, 2—4 unc. l. Pileus udus vulgo fuligineo-canescens, siccus argillaceo-canescens, interdum discoideus. Lam. semiovatae, denticulo decurr. Simillimus formis elongatis A. *callosi*, sed sporidiis, stipite *tenaci* diversi, cui omnino A. varius *Pers. syn.*

A. *hypomelas* s. Batt. t. 15. B, pileo subcarnoso convexo-explanato rufo-tomentoso, disco nigricante, stipite farcto deorsum attenuato albocinereo lamellis confertis nigerrimis — ad truncos ficus — est species valde insignis, loco vera incerta.

† A. GOMPHODES, pileo carnosulo camp.-convexo gibbo, sicco pannoso, stipite valido rigido adscendente flocculoso rufescente, velo araneoso, lamellis liberis nigricantibus, *Batt. t.* 23. E. Ad terram. *Non vidi*, affinitas haud liquet. Ex ic. stipes 2 unc. l. 3 lin. cr. striatus. Pileus atrorufus.

XXVIII. PSATHYRELLA. Velum haud contextum, vix conspicuum. Pileus membranaceus, striatus, margine haud excedente. Lamellae aequaliter nigro-fuliginosae, nec variegatae, nec fuscescentes; l. purpurascentes. *Tota facies Psathyrae*, ut ex ic. et descr. Auct. species vix tute determinare liceat. Sporidia in fundo albo nigra sed unius alteriusve supra fundum nigrum leviter fuscescunt. — Similes, lamellis luteolis, sporidiis ferruginasc., sub *Bolbitii* genere nunc separantur.

** *stipite stricto glabro.*

969. A. SUBATRATUS, pileo submembr. camp.-expanso *umbonato striato ruguloso* pruinoso-atomato, stipite stricto firmulo sericeo-nitente nudo, lamellis adnexis e fuligineo nigris. *Batsch f* 89. *Secr. n* 377? Locis graminos. hortor. Pileus e rufescenti expallens, unciam excedens. Stipes rufescenti-albus, $1\frac{1}{2}$ lin. cr. basi albo-villosus. *Paul t.* 121 *f.* 3. qui ex ic. ex hac regione, e descr. potius A. conopilus.

970. A. GRACILIS, pileo submembr. conico *striatulo* hygrophano sicco exstrio, stipite tenui stricto nudo pallido, lamellis late adnatis subdistantibus cinereo-nigricantibus, *acie obsolete rosea. S. M. p.* 299. *El. p.* 42 certeque *Pers.* pr. p. In dumetis humidiusc. vulgaris. Statura A. teneri. Pileus livido-fuscescens, siccus varie (alutaceo — roseo etc.) pallescens. Stipes basi villosus. Lam. postice sublatiores. Huic ut vulgatissimae servandum fingo nomen P. Valde similis A. *corrugi* (n. 942) exstatque hujus var. corrugata. (Secr. n. 378).

971. A. IMPATIENS, pileo membr. camp.-convexo obtuso glabro *furcato-sulcato*, disco laevi, stipite stricto debili glabro albo, lamellis adnatis distantibus linearibus albidis e sporidiis atris cinereis. *S. M. p.* 502. *Secr. n.* 380. In dumetis humidis. Gracilis, fragilis, omnino titubans. Pileus e livido lutescens, opacus.

972. A. HIASCENS, pileo membr. camp. glabro *fisso-sulcato*, disco laevi, stipite stricto rigido-fragili glabro albo, lamellis adnato-linearibus subdistantibus antice acutis e pallido nigricantibus. *S. M. p.* 303 — *Bull. t.* 552. *f.* 2. *F. G!* In saepibus humidis. Habitus prorsus *Coprini* cujusdam *veliformis*, sed rigidus, etiam lam. aridae, rigidulae, quo a praeced. maxime differt. Pileus lutescens.

973. A. TREPIDUS, pileo membr. camp. obtuso glabro densissime striatulo hygrophano, disco laevi, stipite substricto glabro hyalino pellucido, lamellis adnatis *ventricosis confertis* tenuibus fuligineo-nigris. In limo exsicc. paludum silvat. Fragillimus. Stipes 3 unc. l. Pileus fuligineus, unc. et ultra.

974. A. HYDROPHORUS, pileo membr. e camp. expanso glabro, margine striato demumque revoluto, stipite adscendenti-stricto glabro subrorido albo, lamellis adnatis *confertis anguste linearibus* livido-nigricantibus. *Bull. t.* 558, *f.* 2. *S. M. p.* 304. Cfr. *Secr. n* 416. In hortis. Inter hanc seriem et Coprinos prorsus medius; lamellas vere diffluentes nos ta-

mea haud vidimus. Pileus unc. et ultra, rufescens, praecipue disco lato laevi.

In *praecedd.* primitus vulgo observatur circa marginem pilei *velum* Psathyrae ***] *fibrilloso-pilosum*, sed pileus adultus glaber; *deest vero in sqq.*, quorum velum videtur universale pruinosum. In hac regione esset ex icone A. *diffusus Batsch. f.* 111, rudius sistens faciem A. *gracilis Fr.* et *Weinm.! p.* 263 quo ad hunc citato patet A. *gracilem* P. non in A. *impatiente* quaerendum. Collata vero *Batschiana* descr. patet esse Psathyram, ab A. *fibrilloso*, fibrillis detersis tantum, vix specie, diversam. Cfr. *Secr. n.* 376. — Ad hanc vero tribum pertinere videntur *Paul. t.* 123. *f.* 2. (A. *atomatus*?) *f* 3. (A. *gracilis?*) sed notae essentiales desiderantur. — *Pers. M. E. t* 29. *f.* 1. A. *trepidum* sat refert.

** *stipite flexuoso, apice pruinato.*

975. A. CAUDATUS, pileo membr. conico-campan. striato hygrophano, sicco discoque laevi, stipite elongato a basi radicata subattenuato pallescente, demum tortuoso, lamellis adnatis perlatis cinereo-nigricantibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 187. *Secr. n.* 371. *Paul. t.* 124. *f.* 1—2 optime. In S. M. A. gracili proximo, *cum iterum non legeram*, subjungebam; meos fungos me melius haud noscit, qui ad C. *typhoidem* ducit. In hortis, fimetosis. Maximus hujus gregis, at *fragillimus*. Stipes 3 unc. et ultra longus, 2 lin. fere cr., apice obsolete pulverulentus. Pileus expl. 2 unc., siccus non rugosus, alutaceus in carneum vergens, jove pluvio etiam fissus et subliquesc. Sporidia in fundo nigro fuscescunt; *in albo atra.*

976. A PRONUS, pileo membr. hemisphaerico obtuso striato hygrophano, sicco opaco sericello-atomato, stipite gracillimo aequali flexuoso subpellucido, lamellis adnatis ventricosis subdistantibus livido-fuligineis. In graminosis fimetosis. Stipes filiformis, laxus, fragilis tamen; 1½ unc. l., apice obsoleto pruinoso excepto glaberrimus. Pileus 4—6 lin. latus, fuligineus, siccus canus. Lam. subtriquetrae, acie [ut prioris] subinde obsolete roseola. Sporidia aterrima.

977. A. ATOMATUS, pileo submembr. campan. obtuso striatulo hygrophano, sicco ruguloso integro atomis nitentibus furfurato, stipite laxo fragili albo apice albo-furfurato, lamellis adnatis latis cinereo-nigricantibus. *S. M. p.* 298. *Weinm. p.* 262. *Secr. n* 375. In graminosis ad vias, pagos, fr. Color pilei A. *gracilis* instar e livido in albidum et

roseum mutatur, sed fragilior, stipes haud strictus, brevior, (2 unc.) arrhizus, nec glaber. Lam. subdistant, acie concol. l. albicant.

* A. *expolitus*, pileo conico, margine striato, stipiteque undulato glabris. Locis similibus, sed minor, *spec. diversus.*

978. A. CRENATUS, pileo membran. hemisphaerico sulcato atomato hygrophano, margine crenato, stipite subcurvato fragili glabro albido, superne striato farinaceo, lamellis adnatis subventricosis e flavido-fusco nigricantibus. *Lasch n.* 465. Ad terram graminos. pinguem, greg. Fragilis. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. l. Pileus $\frac{3}{4}$—1 unc. lat. ex ochreo l. rufescenti pallens.

979. A. DISSEMINATUS, pileo membr. ovato-campanulato furfurato, dein nudo sulcato-plicato integro decolorante, stipite laxo subflexuoso fragili e furfurato glabro, lamellis adnatis latolinearibus ex albido-cinereo nigricantibus. *Pers. syn. p.* 403. *S. M. p.* 305 c. syn.! — a. major. *Sowerb. t.* 166. *Paul. t.* 123. *f.* 6. b. minor, disco demum papillato. *Fl. Dan. t.* 1848 *Schaeff. t.* 308 infans. *Batsch f.* 3. *Buxb. C.* II. *t.* 50. *f.* 5. *Batt. t.* 27. C. Ad truncos vetustos ubique, etiam ad terram humosam in umbrosis, caespitosus. Primo lutescit, dein cinerascit, admodum tenuis, mox flaccescens, at non diffluit. An A. *digitalif.* Bull. t. 22 huc l. ad n. 946 pertineat non liquet, lamellis liberis ventricosis ab utroque recedit.

980. A. SUBTILIS, pileo membr. campan. obtuso glabrato hygrophano, udo pellucido-striatulo, sicco laevi, stipite filiformi laxo glabro, lamellis adnatis cinereo-nigris, acie albicantibus. *S. M. p.* 302. In fimo ovino, caprino etc. Praec. cognatus, sed tenerrimus, nec diffluens, nec veliformi-hiascens, udus ochreofuscescens, adultior et siccus albidus, primitus, ni fallor, furfurato-velatus. Staturam refert *M. E. t.* 26. *f.* 1.

**II. MONTAGNITES.** Hymenophorum subtus nudum laeve; *lamellae* uno puncto ejus margini tantum adfixae, *radiorum instar liberorum* (nec superne membrana tectorum!) *excurrentes*, arescentes, sporis globosis nigris dense incrustatae. — *Genus nobilissimum, ne Linnaeano quidem sensu cum Agarico jungendum, in grati animi testimonium dicatum Cel. Dr.* MONTAGNE, *plantarum cryptogamarum scrutatori acutissimo, cui inter alia duas hujus generis spe-*

*cies debemus.* Ob *Montanoam* in Montagneam ab Ill. Decandolle mutatam insolitam terminat. nominis dedimus.

1. M. Dunalii, pileo membranaceo mammoso, stipite solido utrinque fusiformi - attenuato glabro ultra medium *a volva amplissima* apice laxa vaginato, lamellis crispato-plicatis. A. ocreatus. *Dunal!* In arenosis maritimis Monspelii. Stipes firmus, spithameus, ½ unc. cr., cum volva pallidus. Pileus unc. latus, utrinque laevis, sed ob radios lamellatos duplo latior.

2. M. Candollei, pileo membr. convexo-plano, stipite radicato cavo deorsum attenuato *glabro evolvato*, lamellis laevibus. A. arenarius. *Dec.! fr.* 6. *p.* 45. 1. Cum praeced., sed omnino distinctus ex Dunal et Montagne. Priori admodum similis, at minor. Stipes 4—5 unc. l., albus, in sicc. striatus. Pileus griseus.

3. M. Pallasii, pileo membr. plano, stipite radicato spongioso-farcto aequali *scarioso-strigoso evolvato*, lamellis laevibus. Boleti spec. sing. *Pall. Russ. Reis.* 2. *p.* 744. *t.* 4. *f.* 3. Cfr. *S. M.* 3. *p.* 8. In pinetis sabulosis ad Irtim. Statura praeced. Lamellae omnium nigrae.

III. COPRINUS. Hymenophorum a stipite discretum. Lamellae membranaceae *primitus stipato-cohaerentes, dein in laticem nigram diffluentes*, trama nulla. Spori ovales (majores, nigri) sparsi, sed quaternatim aggregati, cum latice diffluentes. *Fungi fugaces, mox deliquescentes, velo volvato-annulato l. nullo.* — Agarici *Auct. infra citandorum*, sed minor pars *Coprini* P. hujus generis est.

A centrali Agaricorum genere trama nulla, lamellis cohaerentibus diffluentibus, mox differt, sed spororum similis situs etiam inter Pratellas, Pluteos etc. obviam venit. At e notis mere microscopicis inter hos limitare genera ad exitum specialis cognitionis duceret. — Species ob fugacitatem aegre definiuntur, hactenus ex habitu modo distinctae, quare paucas modo in S. M. recipere potui, jam invento fido e velo dispositionis fundo plurimas spec. in plures solvo. Lamellae lineares et ventricosae, e quibus pilei forma primitiva cylindrica l. ovata pendet, eximiam offerunt notam, sed observandum etiam ventricosas deliquescendo lineares evadere l. eisdem adnatis, a stipite ad marginem, ubi ocius liquescunt, attenuatis.

Trib. I. PELLICULOSI. Lamellae pellicula membranacea l. subcarnosa superne tectae quare pileus non secus lamellas hiascens, sed laceratur

* Comati, *volvato-annulati, pilei cute* [a volva concreta] *in squamas lacerata.*

1. C. COMATUS, pileo subcarnoso e cylindrico expanso laevi, *mox in squamas latas adpressas sparsas lacerato*, stipite cavo fibrilloso, bulbo solido radicato, annulo mobili, lamellis liberis linearibus ex albo purpurascentibus. *Batt.* 26. *B. S. M. p.* 307. ubi syn. copios. *Fl. Dan. t.* 831. *Schaeff. t.* 46, 47. *Sowerb. t.* 189. *Grev. t.* 119. *Paul. t.* 127. *Krombh. t.* 3. *f.* 35. In terra pingui. Speciosus, elatus, pileo lilacino — l. sordide albido, haud sulcato. Annulus interdum deest, ad basin volvaceus persistens: *Bolt. t.* 49. Iove siccioriori magis, etiam lamellis albescit: *Paul. t.* 128.

2. C. OVATUS, pileo submembr. ex ovato expanso striato, *primitus squamis crassis dense imbricatis concentricisque tecto*, stipite bulboso-radicato flocculoso sursum cavo, annulo deciduo, lamellis remotis lanceolatis candidis, demum umbrino nigris. *Schaeff. t.* 7! [*Scop. p.* 425 etiam A. atrament. etc. complectitur] *Raii syn. n.* 22 *p.* 5. *Secr. n.* 409 excl. synn parad.! Cum priori simillimo, at constans, antiquitus distinctus (F. ovatus *Bauh.* etc.) Minor, tenuior, diu persistens; pileus calyptra laevi tectus, color candidus, etiam in lamellis tarde diffluentibus. Hic e descr. et loco plene est A. *cepaestipes* Alb. Schw. n. 590.

3. C. CLAVATUS, pileo submembr. ovali-expanso exstrio, *primitus in squamas comatas lacerato*, stipite a *basi arrhiza* subattenuato flocculoso subnudo, lamellis liberis sublinearibus ex albo mox nigricantibus. Hydroph. clavatus. *Batt. t.* 26. *C.* (A est n. 6.) A. cylindr. *Schaeff. t.* 8. Locis similibus. Stipes brevior, ut pileus junior ad basin (adpresse membr.-volvatam) attingit, annulo nullo manifesto; intus araneosus. Pileus parum et tarde expanditur, deliquescens margine striatus. Color candidus nec umquam lamellae purpurasc.

4. C. STERQUILINUS, pileo membr. conico expanso *sulcato, primo villoso-sericeo, disco carnosulo squarrose-squamoso*, stipite attenuato fibrilloso, basi solido arrhizo annulato, lamellis liberis ventric. purpurascentibus. *S M. p.* 308. *Mich. gen. t.* 83. *f.* 3. *Dub. Syn. p.* 802. In fimo vaccino, raro. Longe a praecedent. (subcalyptratis) disco tantum squarroso distat; color sordidus; stipes albus tactu nigricat!

5. C. OBLECTUS, pileo membr. conico-campanulato *undique sericeo, dein glabro sulcato*, stipite cavo molli sericeo-laevigato, basi vaginato-annulato, lamellis liberis linearibus carneo-nigricantibus *Bolt. t.* 142. In fimetis, raro. Pileus primo candidus, denudatus rubens («pulvere rubro obductus») revolutusque. Ex indumento pilei **** potius pertinet, aut potius ad A. *veliformes*. Ob volvam h. l. receptus. *Non vidi.*

** Atramentarii, *subannulati* (haud volvati) *pileo squamis minutis innatis punctato maculatove.*

6. C. PRAEGNANS, pileo subcarnoso campan. exstrio *undique squamulis confertis minutis tecto*, stipite fibrilloso-squamoso basi ventricoso solido fusiformi-radicato, *annulo mobili*, lamellis liberis latissimis ventricosis *primitus* umbrinis. Ad vias Scaniae. Cum A. *ovato* olim junctus, sed maximus, spithamam altus et sq. certe proximus. Pileus cinereus. Lamellae numquam albae l. purpureae. — Var. l. figura diminuta: *Batt. t.* 26. *A.* sed *Buxb. C. IV. t.* 24 statura pilei congrua est sq. luxurians!

7. C. ATRAMENTARIUS, pileo subcarnoso ovato-expanso repando, vertice squamulis innatis maculato, stipite cavo firmo intus zonato, annulo abrupto fugaci, lamellis liberis ventricosis ex albo purpurascenti-fuscis. *Bull.! — S. M. p.* 308 c. syn. *Fl. Dan. t.* 1370. *Sowerb. t.* 188. *Vaill. par. t.* 12. *f.* 10, 11. b. Bull. t. 164. Solo pingui ad vias, pagos etc. [non in fimo, quare cum n. 1 pro A. stercor. L. male habetur]. Caespitosus, a loco, et praec. ex aetate tam mutabilis (Cfr. *Schaeff. t.* 67, 68) ut diversas facile fingas species. Iunior obesus, caseoso-mollis, pileo rugoso-plicato lacunoso lobatoque, micore sordido obducto, stipite ad limites pilei velique abrupti nodoso-anguloso; hic vero nodus stipite dein elongato aequali (immo bulboso) evanescit, pileus laevigatur, albido-cinereus squamis fuscesc. — Iove sereno magis, etiam lamellis haud purpur., albescit: *Paul. t.* 129. Cfr. *Secr. n.* 417. Cujus obs. ad *n.* 410 prorsus delenda. Cfr. C. *deliquesc.!*

8. C. LURIDUS, pileo submembr. ovato-conico repando glabro viscido laevi, stipite *solido firmo aequali fusco*, basi sobolifero, lamellis liberis ventricosis coeruleo-atris. *Bolt. t.* 25. Circa Halifax. Magnitudo et statura praecedentis, sed si icon et descr. Bolt. fidae omnino diversus, ad * 6 referendus. Facies tristis, habitus turpis, color squalidus olivaceo-fuscus.

9. C. SOBOLIFERUS, pileó submembr. ovato-expanso trun-

cato squamoso-maculato, stipite farcto subventricoso *tuberoso sobulifero*, annulo fugaci, lamellis ventricosis e pallido nigricantibus. *Hoffm. nomencl. t.* 3. *f.* 1. A. costatus. *Krombh. t.* 4. *f.* 1, 2 (status junior cum Schaeff. t. 67. analog.) Ad trunc. bases et in vapor. Magnus, albido-sordidus, squamis distinctus, ad typum A. *atramentarii* mutabil.

10. C. FUSCESCENS, pileo submembr. ovato-expanso impolito; disco carnosulo laevi rimosove squamoso, stipite cavo fragili incurvo subfibrilloso vix annulato, lamellis adfixis umbrino-nigris. *Schaeff. t.* 17. b. stipite longo, pileo fisso. A. strictus. *Pers. syn. p.* 399. Cfr. *Secr. n.* 413, 411 C. *Paul. t.* 125. *f.* 1. *Vaill. par. p.* 72. *n.* 10. Ad truncos a. Quercus, Fraxini etc. b. ad Salices. A. *atramentario* tenuior, fragilior, minor, primitus magis aequalis, pileo griseo-fuscescente disco rufescente; non atomis micaceis, sed micore opaco subfarinaceo primo tectus. Ob lamellas adnexis deliquescentes a stipite ad marginem usque attenuatae. In b. stipes 4—8 unc. l., fragilior. Analogus cum A. *tergiversante.*

* 3. Picacei, *volva flocculosa contexto-contigua, dein in squamas pilei superficiales areolatim rupta.* Annulus o!

11. C. CYLINDRICUS, pileo membran. e cylindrico expanso *longitudinaliter rimoso striato* squamis floccosis superficialibus raris adsperso, disco carnosulo, *stipite cavo aequali* longissimo fibrilloso, lamellis liberis sublinearibus atris. *Fr. El. p.* 43. A. quisquiliarum a. *Scop. C. p.* 426. var. subterr. Ad terram juxta truncos. Stipes spithamaeus, rectus, fragilis, licet corticatus. Pileus demum explan., 4—5 unc. latus, albido-fuscus, circa marginem leucophaeus: valde nobilis. Hujus var. puto *Schaeff. t.* 201, sed loci in Tom. IV additi recedunt.

12. C. PICACEUS, pileo membr. ovato-campan. striato, squamis superficialibus latis albis variegato, stipite *in bulbum arrhizum usque cavo* fragili glabro, lamellis liberis ventricosis cinereo-atris. *Bull. t.* 206. *S. M. p.* 308. *Sow. t.* 170. *Fl. Dan. t.* 144. In silvis umbrosis ad terram. Major, mox liquescens, pileo fuligineo-nigro.

13. C. VARICUS, pileo submembr. ex ovato campan. laevi, squamis superfic. latis albis adsperso, *stipite solido* incurvo tenacissimo aequali glabro, lamellis liberis ventricosis atris. Locis cariosis in truncis Fagi vivis. *Nobilis!* habitu fere C. *ovati.* Stipes rigidus, 3 unc. l., 3 lin. cr. Pileus 2 unc. lat., haud explanatus; albo-livens, apice albus, nec nisi mar-

gine fisso-striatus. Lam. 3—4 lin. latae, primitus atrae, cum micore albo in acie, mox vero nudae.

14. C. APHTHOSUS, pileo membran. ovato-campan. *ex-strio*, squamis superficial. floccosis adsperso, dein nudo, stipite *cavo aequali torto fibrilloso*, lamellis adnatis linearibus (forte liquescendo) ex albo nigricantibus. — A. domesticus. *Bolt. t.* 26 (non Pers. et Auct.) certe est var. pileo repando olivascente. Ad Salices cavas, v. c. Scaniae. Stipes 2 unc. l., 2 lin. cr., mollis, albus. Pileus unc. altus, lividus, tardius diffluens, nec striatus.

15. C. FLOCCULOSUS, pileo membr. e globoso expanso striato discoideo, squamulis floccosis secedentibus obtecto, mox glabro, stipite *cavo aequali glabro nudo*, lamellis remotis ventricosis e *violaceo* fusco-nigris. *Dec. fr.* 5. *p.* 45. — *Batt. t.* 25. *f. A.* In arvis et hortis Eur. austr. Simplex, humilis, pileo cinereo, primitus ex Dec. *velo contiguo* tecto, hinc videtur e *Picaceis*. *Non vidi.* *Ag. tomentosus* Picaceis simul affinis.

* 4. Tomentosi, *pileo squamulis floccosis discretis villove laxo secedentibus primo velato.* Annulus o! Subfimicolae.

16. C. EXSTINCTORIUS, pileo submembr. e clavato camp. stricto, margine striato, squamulis floccosis secedentibus primo adsperso, stipite cavo a *basi radicata attenuato glabro*, lamellis attingentibus lanceolatis ex albo fusco-nigricantibus. *Paul. t.* 124. *f.* 7. *Bull. t.* 437. *f.* 1. Cfr. *Schum. n.* 1886. *Bolt. t.* 24, habitu quidem recedens, sed descr. «squamulae in apice primo floccosae» hunc indicant. Ad terram; circa radices Fraxini solo pingui legimus. Firmior. Pileus rimose fissus tantum expanditur, pallescens, disco saturatiori (vidimus quoque lividum) a margine ad verticem, sq. e vertice versus marginem, calvescens.

17. A. FIMETARIUS, pileo submembr. e clavato conico mox lacerato revolutoque primo squamis floccosis squarrosis albis undique tecto, dein nudo longitudinaliter rimoso-sulcato, vertice laevi, stipite *squamuloso basi incrassato solido*, lamellis liberis nigris e lanceolato linearibus flexuosis. *Linn. Suec. n.* 1213. *Scop. Carn. p.* 428. *Huds.* etc. A. cinereus. *Bull. t.* 88. et vulgo, *S. M.*, *Weinm.* etc. b) *macrorhizus*, pileo plumoso-squamoso; stipite breviori submarginato-bulboso villoso (saepeque guttis aqueis irrorato — junior potius quam var.) A macrorhizus. *Pers.* et *Auct. Mich. t.* 82. *f.* 2. *Secr. n.* 419. In fimetis abunde, etiam locis pinguibus udis ad ter-

ram, truncos; in omnibus reg. silvaticis vulgatissimus generis. Major, subcaespitosus, sed brevi fugax explicatusque excarnis, stipite candidissimo, (primo aqua refertus!) qualis et pileus vestitus, disco livido mox denudato. Inter multos A. *fimetarios* dictos *hic sane solus* e fimetis emergit saepe maxima copia (et quidem praecip. Martio, Aprili, ut rite Clusius); *hic solus*, sed optime, in definitionem Linnaei quadrat; hic manifeste *Mistschwam* Vulgi e *Clus. pern. gen. III.* (incl. A. niveo). Ex hac regione plurimi affines [et quidem *Veliformes*] aegre separandi: v. c.

* C. PULLATUS, pileo adpresse squamoso albo tomentosoque, denudato fusco-nigricante, stipite subaequali glabrescente. *Bolt. t.* 20. *Secr. n.* 418. A. stercorar. *Sowerb. t.* 262. Locis similibus frequens, praecipue aestate in fundo fimetorum purgatorum.

* C. CINEREUS, pileo membr. flocculoso-farinaceo, mox denudato griseo-cinereo, stipite *subaequali torto* subnudo arrhizo ad basin cavo. *Schaeff. t.* 100. *Fl. Dan.* 1195. *Schum. n.* 1872. *Secr. n.* 420. *Sterb. t.* 24. *f. A. B.* Locis similibus, autumno. Hunc a priori separassem, si totam evolutionem observare nobis contigisset et nisi omnes cautiores Auctores junxissent.

18. C. TOMENTOSUS, pileo submembr. e *cylindrico* conico striato flocculoso-tomentoso, dein longitudinaliter rimoso, stipite cavo subbrevi aequali velutino, lamellis *liberis linearibus* fusco-nigricantibus. *Bull. t.* 138. *Bolt. t.* 136. *Mich. t.* 75. *f.* 3. *S. M. l. c. Weinm. p.* 276. Ad terram fimetosam, in hortis; etiam locis silvaticis. Habitu, omnino constanti, a priori mox distinguitur. Pileus anguste pyramidalis, tomento tenuiori subpersistente albido-griseo, interdum vero furfuraceo.

19. C. NIVEUS, pileo submembr. ex ovali campan. explanatoque, *villo denso albo* floccoso-squamuloso furfuraceoque *subpersistente* obtecto, stipite fistuloso aequali villoso albo, lamellis *subadnatis* angustis nigricantibus. *Pers. syn. p.* 400. *S. M. l. c. Weinm. l. c. Fl. Dan. t.* 1671. *Paul. t.* 125. *f.* 2. — *Bull.* etiam hunc sub A. *stercorario* habet. *Sow. t.* 262. minor. Vulgatus in fimo, prope cognatus A. *fimetario* sed minor, indumentum subpersistens; lamellisque adnatis tute distinguitur. Stipes primo brevis, dein pro more elongatur. Ceterum statura e loco et aetate ita mutatur, ut varias affines formas negligere cogamur. Inter C. *veliformes* exstant utique simillimi.

* C. ASTROIDEUS, pileo squamoso, dein inverso nudo griseo, stipite procero glabro basi stellata. *S. M. p.* 312. *Hoffm. Nom. t.* 6. *f.* 2. *Mich. t.* 79. *f.* 2. Locis nemorosis. Analogiam cum n. 24 offert, ab A. *niveo* facile diversus, sed *non vidi.*

20. C. HIRTELLUS, pileo membran. ovato-campan. obtuso laevi hirtulo, stipite fistuloso aequali tenui villoso, lamellis *adnatis ventricosis subdistantibus* e pallido nigrescentibus. In fimo in region. pineto-montanis semel (Aug.) legi. Habitu omnino peculiari distinctus. Stipes unc. l. ultra, lin. vix crassus, fragilis, pallidus. Pileus colore peculiari ochreo-fuscescenti-pallidus. Lam. quaternatae, diu pallescentes.

C. *domesticum* etc. videas inter Veliformes.

* 5. Micacei, *pileo squamulis l. granulis micaceis secedentibus tecto.* Annulus o! Vix fimicolae.

21. C. TERGIVERSANS, pileo submembr. conico-expanso *subsericeo, mox sulcato hiascente* rimose squamuloso granuloso, disco carnosulo plano laevi, stipite cavo aequali glabro apice sulcato, lamellis *late adnatis* ventricosis e pallido *cinnamomeo*-nigricant. *S. M. p.* 303. *Buxb. II. t.* 50. *f.* 1. Sub A. ferrugineo *Pers. Secr. n.* 415. [*Schaeff. t.* 66. *f.* 1—2 accedunt]. In pratis pinguibus legimus. Pileus sq. carnosior, primitus non micaceus, haud deliquescens, sed rimose fissus et revolutus, ferrugineo-fuscus, disco obscuriori. Lamellae numquam roseae!, deliquescendo ad stipitem latiores, in margin. aequaliter attenuatae. *Cfr. n.* 10.

22. C. MICACEUS, pileo submembr. ex ovali camp. subrepando *striato* discoideo *granulis micaceis fugacibus conspersо*, mox nudo rimoso-sulcato, stipite cavo sericeo-laevi albido, lamellis *adnexis lanceolatis* ex albido ad medium fuscis, dein nigricantibus. *S. M. p.* 309. a. *Weinm. p.* 273. *Secr. n.* 414. *Fl. Dan. t.* 1193. *Bolt. t.* 54 fig. minor. Iove pluvio subliquescens, pileo mox nudo, demum spadiceo-fusco: *Bull. t.* 565. *Schaeff. t.* 66. *f.* 4—6. A. ferrug. v. hortensis P. — jove sicco arescens, pileo expallente persistenter micaceo-squamuloso: *Bull. t.* 246. A. lignorum *Scop. C. p.* 427. b.) A. congregatus. *Sow. t.* 261. *Grev. t.* 76. *Paul. t.* 126. *f.* 3. laetior. Vulgatus ad terram in hortis et ad truncos putrid., maxime communis et mutabilis, vulgo caespit. Pileus varie fulvo-ferrugineus, saepe nudus. Stipites e mutua pressione saepe angulati; immo nodus tumidus A. *atramentarii* (Cfr. Sow.) etiam in hoc observatur, sed in utroque evanescit. Lamellae deliquescen-

do lineares. Est *Clusii pern. gen.* 16. *spec.* 3. [sp. 1, 2 sunt Panaeoli] ceterumque antiquitus celebrat.

23. C. TRUNCORUM, pileo membran. globoso-campan. *primo discoque laevi dense micaceo-pruinoso*, dein striato lacero deliquescente, stipite fistuloso subflexuoso glabro, lamellis libero-attingentibus *linearibus e roseo* nigris. *Schaeff. t.* 6. *Scop. Carn. p.* 426. A. ferrugin. a. *Pers.* v. quoad lam. roseas. Ad Salices cariosas, ut inter Lund et Malmö, at raro. Mox diffluit!, semper caespitosus, truncigenus. Stipes ad 3—4 unc. elongatur, gracilis. Pileus unc. l. ultra, numquam sulcatus, unicolor, ferrugineo-ochraceus. Hic, qui A. *micaceus* b. S. M., a priori differt fere ut A. tomentosus ab A. cinereo.

24. C. RADIANS, pileo membran. ovato-campan. micaceo disco granuloso-squamoso, margine striato, stipite aequali nudo brevi *basi fibrilloso radiante*, lamellis attingentibus sublinearibus ex albo *violaceo*-nigricantibus. *Desmaz. in Ann. Sc. nat.* 13. *t.* 10. *f.* 1. *Dub. Syn. p.* 802. *Sowerb. t* 145. infans. Cfr. *Secr. n.* 423. Ad muros humidos. Parvus, subcaespit., pileo luteo-fulvo subdiscoideo expallente. Analogus cum A. *astroideo*. *Non vidi.*

25. C. PAPILLATUS, pileo membr. ovali-campan. striato griseo-furfuraceo dein lacero, disco granuloso-papilloso, stipite tenui pellucido atro-pruinato, lamellis *attingentibus atris. Batsch f.* 78! *S. M. p.* 312. *Weinm. p.* 277. major. *Secr. n.* 424 minor. Ad terram, etiam in fimo, dispersus, rarus. Minimus, at sat persistens, stipite unc., pileo 3 lin. lato circiter.

* 6. Glabrati, *pileo glabrato, primitus absque velo et squamulis floccosis aut micaceis.*

26. C. ALOPECIA, pileo subcarnoso ovato-campan. obtuso striato-sulcato, *primitus pilis simplicibus adpressis tecto*, dein glabro, *stipite* cavo *dense squamoso* basi incrassato, lamellis *adfixis* antice attenuatis subrubello-nigricantibus. Ad truncos Quercus, Populi caespit. Stipes primo curtus, dein 4—5 unc. l., ½ unc. cr. Pileus 3 unc., adultus glabratus, pallide fuscus l. ochraceus, margine primo undulato plicatus, dein fisso revolutus. *Lasch* ic. et descr. misit.

27. A. ALTERNATUS, pileo subcarnoso hemisphaerico laevi glaberrimo discoideo, margine sulcato-plicato, stipite cavo a *basi incrassata attenuato glabro*, lamellis *adnatis* subarcuatis linearibus e cinereo atris. *Schum. n.* 1874. *Fl. Dan. t.* 1961. *f.* 1. Ad saepes. Stipes 3—4 unc. l., basi 4 lin. cr.

pallescens. Pileus 1 ½ unc. latus, cretaceo-pallidus, vertice dilute umbrinus. *Non vidi.*

28. C. DELIQUESCENS, pileo submembr. ex ovato-camp. expanso subrepando late striato glabro, *vertice punctis innatis papilloso*, stipite cavo corticato glabro, lamellis *demum remotis* linearibus lurido-nigris. *S. M. p.* 309. *El. p.* 43. *Weinm. p.* 273. *Sommerf. n.* 1030. *Fl. Dan. t.* 1070. *Scop. n.* 1481. b. *Bull. t.* 558. *f.* 1. junior videtur.- b. A. margaritac. *Schaeff. t.* 216. In silvis ad truncos et inter folia decidua. Stipes 4 unc. l., firmus (quo maxime ab A. *fimetario* jam differt), attenuatus. Pileus 3—4 unc. lat., livido-fuligineus, numquam floccosus. Lam. demum angustissimae. — Contra cavillationem ad *Secr. n.* 410 observandum, *Fl. Dan. t.* 1370 in S. M. ad A. atramentarium esse citatam, ad hunc vero t. 1070! Sed, Fl. Dan. et memoriae fide, Schaeff. t. 17, loco 216, citata est.

29. C. DIGITALIS, pileo submembr. ovato-campan. aequali glaberrimo udo striato, disco laevi, stipite fistuloso *aequali subflexuoso glabro*, lamellis attingentibus lanceolatis ex albo brunneo-nigrescentibus. *Batsch f.* 1. *Fl. Dan. t.* 1371. e syn. (colore A. micacei). A. deliquesc. *Bull. t.* 437. *f.* 2. *Secr. n.* 412. *Vaill. par. p.* 70. *n.* 2. In nemoribus silvaticis ad terram, caespitos. Nobis tenuis fragilis. Stipes 1 lin. l. parum ultra crassus, sed ab 1 ad 5 unc. usque elongatus, tubulum includens. Pileus unc. altus et latus, albo-stramineus, disco saepe saturatori, ceterum excarnis, sed pellicula separabili tectus. Lam. tarde liquescunt, acie micacea, adultae liberae. Syn. allata ad var. majorem et Batschii ad saturatius coloratam spectant.

30. C. CONGREGATUS, pileo membr. cylindrico campan. glabro viscido, margine striatulo, stipite fistuloso tenui brevi glabro, lamellis *attingentibus linearibus* ex albo nigricantibus. *Bull. t* 94. *Dec. fr.* 2. — *Paul. t.* 123. *f.* 7, 8. Ad terram juxta vias. Admodum caespitosus, pileo unicolori ochraceo, margine fisso expanso. *Non vidi.*

† C. LACUNOSUS, pileo subfirmo campan. ruguloso expallescente (½ unc.) stipite cylindrico (2—3 unc. l., 1 lin. et ultra crasso) deorsum squamuloso, lamellis latiusculis purpurascenti-cinereis. *Pers. syn. p.* 401. Ad truncos. Dubius, forte Pratella ut C. *gossypinus*, *macropus*, *ellipticus*. (*Sow. t.* 303. vix vidi.)

Trib. II. VELIFORMES. Pileus tenuissimus, epelliculosus, hinc secundum dorsum lamellarum hiascens, plicato-sulcatus. Stipes tenuis fistulos. Lamellae in lineas tenuissimas atras tabescunt.

* Cyclodei, *stipite annulato volvatove.*

31. C. DILECTUS, pileo tenuissimo campanulato obtuso furfuraceo-floccoso, dein fisso revoluto nudo, stipite attenuato glabrello *basi squamuloso-volvato*, lamellis liberis sublanceolatis confertis rubrofuscis demum nigris. Locis adustis umbrosis in fagetis. Est quasi A. *oblectus* diminutus, volva obliterata, stipite 2—3 unc. l., 1—2 lin. cr. albo, pileo ½—¾ unc. lato albido-roseo, disco livido.

32. C. EPHEMEROIDES, pileo tenuissimo e cylindrico expanso fisso revolutoque plicato-striato squamuloso, stipite, filo incluso, cavo glabro basi in bulbum hirtum inflato, annulo mobili, lamellis remotis e hyalino nigris. *Bull. t.* 582. *S. M. p.* 313. *Sommerf. Lapp. p.* 266. In fimo, in Gallia et Lapponia lectus. Pusillus, uncialis, pileo ex albo cinereo; in Sommerf. 2—4 lin. tantum latus. — *Alia affinis* spec. *Mich. t.* 81. *f.* 3 pileo ovato floccoso fulvo ferrug. stipite aequali.

33. C. CYCLODES, pileo tenuissimo ovato-camp. striato glabro (an semper?), stipite brevi aequali basi volvato-annulato, lamellis albis demum nigricantibus. *Mich. t.* 81. *f.* 4. In fimo equino, post Michelium haud repertus. Parvus, caespitosus. Pileus spadiceus disco fusco.

34. C. HENDERSONII, pileo tenuissimo ovali-camp. glabro ad medium striato, stipite filiformi glabrescente, primitus annulo subtilissimo fixo mox evanido notato, lamellis nigris. *Berkel. in Hook. Brit. V. M. E. t.* 26. *f.* 1. In fimo. Minimus, ½—1 unc. altus, sed pileus vix 2 lin. altus latusque, fuscescens, disco fulvente. *Non vidi.*

** Lanatuli, *pileo flocculis superfic. secedentibus velato.* Lamellae liberae.

35. C. LAGOPUS, pileo tenuissimo e cylindrico campan. albo-floccoso, dein fisso radiato-sulcato subrevoluto, stipite fragillimo *undique lanato* candido, lamellis liberis linearibus nigris *S. M. p.* 312. *Lasch. n.* 484. Solo pingui. Duplex mihi forma: a) *nemorum*, stipite gracillimo 4—6 unc., lamellis demum remotis distantibusque — in umbrosis udis: b) *viarum*, stipite attenuato, 2—3 unc., lam. etiam in pileo fisso confertis; locis ruderatis apricis.

36. C. NARCOTICUS, pileo tenuissimo, primo clavato stri-

ato squamis floccosis recurvatis villoso, dein fisso hemisphaerico nudo sulcato-plicato, stipite attenuato glabro albo, lamellis liberis linearibus cinereo-nigricantibus. *Batsch f.* 77. *S. M. p.* 311. *Lasch. n.* 432. *Pers. M. E. t.* 26. *f.* 5. In fimo. Pileus ex albido cinereus. Odorem vulgo spargit omnium Agaricorum gravissimum.

37. C. LANATUS, pileo tenuissimo mox campan. plicato striato cinereo-rufescente lanato, stipite bulbilloso attenuato glabro albo, lamellis liberis utrinque attenuatis confertis purpureo-brunneis. *Bongard in Weinm. Ross. p.* 279. Ad saepes Rossiae merid. Solitarius, fugax. Stipes 1—2 unc. l., 1 lin. cr. Pileus ½—1 unc. altus, vertice obscuriori, micaceo-nitens. *Non vidi.*

38. C. NYCTHEMERUS, pileo tenuissimo mox rimose expanso flocculoso-furfuraceo discoideo, dein nudo furcato-striato, stipite aequali flaccido glabro albido, lamellis liberis angustis nigricantibus, primo confertis, dein remotis distantibus. *Bull. t.* 542. *f. D. J.* quoad notas essent.! *Vaill. par. p.* 72. *n.* 11. Ad terram fimetosam raro. Stipes pallescens. Pileus primo 4 lin. altus griseus, dein ½ unc. et ultra disco fusco. Ob lamellas liberas *h. t.* recepi; Bull. fig. habitum etc. mei non exprimit, potius C. *ephemeri.!*

39. C. RADIATUS, tenerrimus, pileo clavato-camp. tomentoso, mox fisso explanato nudo discoideo plicato-radiato, stipite filiformi impolito, lamellis liberis distantibus paucis. *Bolt. t.* 39. C. (brevipes) *S. M. p.* 313. cum syn.! A. stercor. *Bull. t.* 542. *f. L et E—H. Weinm. p.* 280. In fimo, vaporariis. Pileus 1—3 lin. latus, disco rufescente: totus illico tabescit. [Bull. f. M. N, O, P longe distant.]

*** Furfurelli, *pileo furfuraceo micaceove, lamellis adnatis, vulgo apice stipitis dilatato in annulum.*

40. C. DOMESTICUS, pileo tenui ovato camp. obtuso fisso *undulato-sulcato furfuraceo-squamuloso*, stipite attenuato *sericeo* albo, lamellis adfixis confertis linearibus ex albo-rubello fusco-nigricantibus. *Pers. syn p.* 404. *S. M. p.* 311. *Alb. et Schw. p.* 200. *Weinm. Ross p.* 276. Gregarius in plateis urbium, pagis etc, raro at insignis. Major. Stipes 2—3 unc. l., 2—3 lin. cr.; pileus fuligineus, disco spadiceo.

41. C. STERCOREUS, pileo tenui ovato-camp. *farina densa micacea candida obtecto*, margine demum *striatulo*, stipite attenuato glabrato candido, lamellis adnexis ventricosis mox atris. *Scop. Carn. p.* 427. A. ephemerus. *Swartz. V. A.*

*Handl.* A. stercorarius. *Bull. t.* 542. *f. M.* — *P.* sed cum aliis conjunxit, ut C. *radiato*, immo C. niveo; loquitur enim ad t. 68 de carne parca etc. Stipes sensim elongatur, primo bulbillosus et pruinatus. Pileus expans. unc. non hiascens, nec striatus, nisi in margine liquescente.

42. C. COOPERTUS, pileo tenerrimo conico-campan. *exstrio furfure denso micaceo obruto*, stipite aequali pallido *albo-flocculoso*, lamellis adnatis latis subconfertis livido-cinereis. In fimo. Admodum fragilis. Pileus ½ unc., explanatus uncialis, colore peculiari lurido, sicco isabellino griseo.

43. C. EPHEMERUS, pileo tenerrimo ex ovali-clavato mox campanulato fisso *radiato-sulcato* subfurfuraceo, disco elevato laevi, stipite gracili aequali pellucido glabro, *lamellis attingentibus* (nec collario adnexis) distantibus ex albido fusco nigricantibus. *S. M. p.* 313. cum syn. *Bull. t.* 128. *Fl. Dan. t.* 832. *f.* 2. *Weinm. p.* 282. *Batt. t.* 27. *B.* In cultis, ad vias aliaque loca stercorata. Nudo oculo glaber apparet, sub lente vero furfuratus. Discus subrufescens. Valde affinis n. 38; *plures latent sub hac specie*, sed synonymia difficillima nunc separare vetat.

44. C. SOCIATUS, pileo tenerrimo ex ovato campan. mox fisso radiato-plicato «subsquamuloso» farinoso disco *umbrino demum umbilicato*, stipite attenuato glabro albo, lamellis *annulato-adnexis subconfertis* cinereo-nigris. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 1960. *f.* 1. Ad muros, terram humidam hortorum. Stip. 2 unc. l., non pellucidus. Pileus expansus unc. usque et ultra. Lamellae parum ventricosae, postice attenuatae, haud remotae nec admodum liquescentes. In meo costae sulcorum tantum furfuraceae; nec squamulas video.

45. C. PLICATILIS, pileo tenerrimo ex ovali-cylindrico mox expanso fisso sulcato-plicato subglabro, *disco lato demum depresso laevi*, stipite aequali glabro albo, *lamellis collario (a stipitis apice dilatato) manifesto adnatis distantibus* griseo-nigricantibus. *Curt. Lond. t.* 200. *S. M. p.* 312 cum syn. (excl. Buxb.) *Sow. t.* 364. *Fl. Dan. t.* 1134. *Batt. t.* 28. *A. B.* — A. striatus *Bull. t.* 552. *f.* 2 ex part. A. pulcher *Pers.* In campis, ad vias vulgatiss. Maxime tener, fragilis, sed sole exsiccatus haud diffluit. Lamellae remotae.

Ab hoc separat Bongard A. *diaphanum* Weinm. Ross. p. 279. disco lutescente squamuloso, stipite intus zonato. Veteres speciem caespitosam, stipite laxo: *Batt. t.* 27. *D. Mich. gen. t.* 79. *f.* 4. Analogum, sed C. *ephemero* accedentem in areis hortorum legi. — Cfr. *Bolbitii* sect. 2.

**** Hemerobii, *pileo semper glabro.* Cfr. n. 43, 45,

46. C. HEMEROBIUS, pileo tenerrimo ovato laeviusculo, expanso campanulato fisso sulcato glabro, vertice subpromi-nente, stipite elongato attenuato glabro pallido, lamellis li-nearibus e pallido-nigricantibus collario obsoleto adnexis. A. campan. *Bolt. t.* 31. *Pollich. Pal.* 3. *p.* 295. Cfr. *Secr. n.* 428. Juxta vias. Habitus omnino praeced., sed stipes lon-gior 4—5 unc. l. fragillimus, pileus persistenter campanulatus, discus spadiceus numquam saltim depressus, collarium vix manifestum, lam. 1—1½ lin latae. Notis discerni nequit A. *bubalinus* Schum. (*Fl. Dan. t.* 1960. *f.* 2.) a statu primario, pileo nondum fisso.

47. C. RAPIDUS, pileo tenerrimo, primitus cylindri-co costato-sulcato glaberrimo, expanso mox liquescente, stipite attenuato glabro albo, lamellas liberis approximatis lineari-lanceolatis fuscis. Ad pagos. Valde distinctus! Pileus subrepandus, luridus, sed explicatione diffluit rapidissime, restante stipite.

48. C. VELARIS, pileo tenerrimo, primitus globoso ob-tuso costato-striato glaberrimo, dein fisso hemisphaerico, stipite aequali glabro hyalino-pellucido, lamellis apici stipitis dilata-to adnatis subdistantibus nigris. In terra hortorum; forma subglobosa insignis. Stipes 3 unc. usque l., lin. fere cr. Pi-leus vix unc. altus latusque, luridus, disco haud umbilicato. Lamellae 1½ lin. latae, scaphaeformes.

49. C. SCEPTRUM, tenerrimus, pileo campan. umbonato plicato-sulcato glaberrimo, stipite *sursum incrassato* hyalino, lamellis *simpliciter adnatis ventricosis* cinereo-nigricantibus. *Jungh. t.* 6. *f.* 10. In graminosis pinguibus. Stipes unc. l., pileus 3—4 lin. latus, totus pellucidus, fugax, griseus.

50. C. SOLIFUGUS, tenerrimus, pileo subconico striato glaberrimo, stipite tenuissimo fragili candido, lamellis *subde-currentibus lutescentibus.* Marchand *in Bidr. Natur. Wetens.* — Ad ligna Salicis in umbrosis: Luxemburgiae lectus. Mini-mus, fugax, pileo rufescente 1—2 lin. lato. *Non vidi.*

IV. BOLBITIUS. Hymenophorum subdiscretum. Lamellae membranaceae, molles, *liquescentes, sed vix diffluentes e sporidiis* secedentibus sparsis (haud qua-ternatis nec atris) *pulverulentae.* Trama nulla. *Fungi fugaces, subfimicolae, vernales l. aestivales ve-getatione* Coprini, *fructificatione potius* Cortinarii.

Stipes cavus l. fistulosus. Color luteolus. Exiguum genus, separatis Coprinis et Cortinariis necessarium. AGARICI Auctt. citat.

1. B. VITELLINUS, pileo carnosulo explanato viscoso, primo laevi, dein margine membran. fisso-sulcato, stipite aequali albido albosquamuloso, lamellis leviter adnexis *ochreo-argillaceis*. *Pers. syn. p.* 402. *S. M. p.* 303. *Weinm. p.* 268. In fimo, vere. Sqq. major. Pileus unicolor vitellinus, primo ovato-repandus, 2 unc. lat. Sporidia subochracea.

2. B. BOLTONII, pileo carnosulo viscoso, primo laevi, dein margine membran. sulcato, disco obscuriori subdepresso, stipite attenuato lutescente, cortina fugaci primitus flocculoso, lamellis subadnatis e *flavo-livido fuscescentibus*. *Pers.* (incl. sq.) *S. M. p.* 309. *Weinm. l. c. Secr. n.* 404. A. flavidus. *Bolt. t.* 149. In fimo, in foliis coacervatis etc. Pileus primo conicus, luteo-expallens, demum marcescendo papyraceus. Sporidia brunneo-fusca.

3, B. FRAGILIS, pileo submembr. viscido pellucido, margine striato, disco subumbonato, stipite attenuato nudo glabro luteo, lamellis attenuato-adnexis e luteolo *dilute cinnamomeis*. *Linn. Spec.* 2. *p.* 1643. *Pollich Pal.* 3. *p.* 295 (feliciss. Linnaei interpres!) A. equestris. *Bolt. t.* 65 *Sow. t.* 96.! *Secr n.* 403. A. Boltonii *P. ex p.* Ad ambulacra, vias; frequens circa Upsaliam, Holmiam. Praecedd. tenuior, fragilis, haud diffluens, sed marcescens, e flavo expallens. Sporidia ferruginea.

4. B. TITUBANS, pileo membran. explanato pellucido discoideo, ad medium striato, stipite gracili stricto nitido lutescente, lamellis leviter adnexis e pallido *incarnato-fuscis*. *Bull. t.* 425. *f.* 1. *Sowerb. t.* 128. *S. M. p* 304. *Secr. n.* 402. Locis silvaticis roridis; mihi vero semper supra fimum. Non tantum fragilis, sed ita delicatus, ut tremulo-titubans. Pileus pallidus, disco luteolo. Sporidia videntur purpurasc. fusca, sed ob tenuitatem integrum domi reportare non licuit.

5. B. LUTEOLUS, pileo tenerrimo campanulato glabrato plicato sulcato flavo, stipite tenui nudo pallido, lamellis liberis ventricosis e flavido lividis. *Lasch Linn. n.* 591. In graminos. hortorum. Colore Bolbitii insignis. *Non vidi.*

6. B. PURIFLUUS, pileo tenerrimo explanato *flocculoso* sulcato stipite attenuato farinaceo lutescente, lamellis liberis angustis e luteo subochraceis. *Lasch Linn. n.* 487. In umbrosis humidis. Valde fragilis et fugax, lamellae in mucila-

ginem flavido-fuscam solvuntur, hinc *Coprinis* forsan adscribendus, sed sporidia fuscescentia. Pileus luteus. *Non vidi.*

V. CORTINARIUS. Hymenophorum cum stipite contiguum. Lamellae membranaceae, trama floccosa pileo cohaerentes, persistentes, *decolorantes, ex ascis imperfectis in sporidia secedentibus pulverulentae.* Velum araneosum. *Fungi terrestres!, carnosi putrescentes, sporidiis supra lamellis cinnamomeis, sed sicca et in charta delapsa subochracea.*

Genus vastissimum, at nullum magis naturale, *nec ullum a reliquis acutius discretum.* Tirones tantum cum *Agaricis Derminis* commiscere possunt, at peritus jam ex habitu primo obtutu discernit. At species, ut in maxime naturalibus sectionibus fit, tam intime inter se connexae, ut singulas distinguere paene desperandum; individuorum mole et copia dimidiam partem saltim Agaricinorum in silvis, saltim borealibus, sistunt. In diversis provinciis aliae regnant species! — exhaustis, ut videbatur, formis Sueciae merid. novam orbem circa Upsaliam intravi. Bulliard acutissimus plurimas hinc sub *Ag. araneoso* conjungebat; nos in S. M. ne dimidium quidem numerum nobis obviarum de industria haud recipimus, notisque primariis congruas conjunximus; plurimi neglexerunt. Adolescentes quoque et jove pluvio tantum rite dignoscuntur; decoloratae et aëre sicco vix amplius species notissimae discernuntur. Plurimorum vero annorum exclusivo studio fingimus nobis successisse plurimas notas essentiales rimare, dispositionem altius petitam, quam e colore aliisque notis superficialibus haustam eruere, ut nunc longe plures recipere liceat species. Attamen permultas a me lectas adhuc sepono; nullam ad specc. sicca determinare ausus sum. Cardo mihi videtur succesive addere species *selectas, diu et repetite probatas.* Vix fingeres stirpes externa facie simillimas tot prominere notis primariis; solidum morphoseos studium clare indicat aliam affinitatem quam notae superficiales e colore; odore, statura e. s. p. [Sequ. synopsi jam diu conscripta accepimus *Secretani Mycographiam Helveticam.* Cum multa meo sensu heterogenea Cortinariis immixta sint, cum e dispositione veram affinitatem, quod primarium!, eruere non valeam, *cum e synn. Auctores citare caveam;* cum singulas spe-

cies de novo sec. Secr. examinare defuerit occasio, varia Secr. synonyma ad alium locum reservare cogor.]

*Ser.* I. Pilei *pellicula* primitus contigua membranacea, *uda viscosa*, sicca nitida, in paucis demum flocculoso-soluta. Caro pilei contigua.

I. PHLEGMACIUM. Velum partiale *fibrillosum*; unius annulatum. Stipes firmus, *siccus*. Pileus aequaliter carnosus, obtusus.

†. CAPERATI. Velum *partiale annulatum superum* reflexum. Stipes carnosus, ob velum universale discretum nudus. Pileus obsolete viscidus, sed sqq., C. *colliniti* manifeste proximi.

1. C. CAPERATUS, pileo carnoso ex ovato expanso obtuso udo floccis superficialibus albis incrustato, stipite valido glabro albo ex *annulo membran. supero reflexo sursum disrupto* apice squamuloso, lamellis adfixo-secedentibus serratis confertis argillaceis. *S. M. p.* 241. *Fl. Dan. t.* 1675. *Krombh. t.* 73. *f.* 10—12. *Weinm. p.* 196. *Secr. n.* 65. Silvarum decus, haud infrequens. Magnus, validus, sed pileus, citrino-luteus, sat tenuis. *Flocci pilei*, in disco farinaceo-uniformes, versus marginem squamulosi, sunt volvae fragmenta, jove pluvio ad basin *subinde* quoque distinctae (evidentioris vero in C. *cumatili*); hinc stipes non peronatus; *demum secedunt* ut pileus nudus, praecipue in forma majori fagetorum, pileo lacunoso [lusus in multis Cortinariis obvius, sed inconstans, hic A. *caperatus* Pers. «pileo glabro»]; alia exstat forma minus spectabilis brevipes pileo laevi pinetorum, quae ex *Alb. et Schw.* A. macropus *Pers.* — Lam. ut n. 2, 3. primo nunc albidae, nunc caesio-pallentes.

† †. CLIDUCHII. Velum partiale *cortinatum, superum*, ex apice stipitis saepius annulari-*pendulum*.

Stipes carnosus, validus, fibrosus, a basi subincrassata attenuatus, apice subfarinaceus; primitus exsertus, quare pileus junior margine involutus ejus apicem tantum amplectitur, et hinc cortina supera fit et *stipes numquam marginato-bulbosus*, sed vulgo, licet fugaciter, a velo universali, peronatus. Lamellae sinuatae l. inaequaliter decurrentes. (A. varius *S. M.*)

* *Lamellis e pallido* (albido, caesiove-albido) *argillaceis*.

2. C. TRIUMPHANS, pileo carnoso convexo-explanato viscido laevi, squamis obscurioribus adpressis secedentibus primo maculato, stipite solido clavato *annulis pluribus inferis*

*concentrice-squamosis luteis secedentibus peronato*, lamellis emarginatis confertis integerrimis e pallido argillaceis. In nemoribus Scaniae, Upsaliae ad Fredrikslund etc. copiose. Magnus, speciosus, pileo amplo veloque universali luteis. Lamellae primo subcaesiae sub cortina supera, saepe annulata.

3. C. CLARICOLOR, pileo compacto explanato glabro, sicco nitido saepe squamose diffracto, stipite solido attenuato primo *flocceso-squamoso veloque albis*, lamellis subadnexis confertis serratis e caesio-albido pallidis. A. multif. claricol. *Fr. Obs.* 2. *p.* 65. *Secr. n.* 142. In betuletis apricis asperis ericetosis in Smolandiae, Hallandiae montanis, copiose, sed solitarius. Admodum robustus, durus, pileo luteo (raro, ut C. *caperatus* a velo univers. irrorato); sed stipes primo albo-peronatus, et quidem squamis concentricis, adultus omnino nudus. Affinis n. 15.

4. A. TURMALIS, pileo carnoso convexo-plano laevi viscido glabro discoideo, stipite *cylindrico* candido, *primitus velo lanoso albo peronato*, dein nudo, cortina supera fibrillosa annulari persistente, lamellis emarginatis decurrentibusve confertis subserratis ex albido argillaceis. A. multif. *γ l. c. Secr. n.* 197. In silvis, praecipue fagetis inter folia coacervata, in tumulos vastos vulgo stipatus. Stipes nunc 3, nunc 6 unc. longus, basi potius attenuatus, quam incrassatus. Pileus luteo-ochraceus, nitens, primo e velo flocculoso-sericeus, mox nudus glaber (obsoleteve virgatus) non rimosus, quia caro candida mollis. Lam. numquam in caesium vergunt.

5. C. CRASSUS, pileo crasse carnoso plano depressoque unicolori, disco glabro, *ceterum fibrillis innatis strigoso*, stipite valido obeso fibrilloso albo, apice albo-farinaceo, lamellis rotundatis confertis integerrimis e pallido argillaceis. In nemoribus humidis raro. Valde notabilis, curtus, robustus, sed caro mollis pallescens. Pileus 3—5 unc. latus, sordide luteus, opacus, nec nisi disco primitus viscidulus. Videtur hinc ad *Inolomata* pertinere, sed ex affinitate proximis intime connexus, utrumque velum saepe obsoletum.

6. C. BALTEATUS, pileo compacto applanato viscido, *mox sicco in floccos innatos soluto*, *margine subcoerulescente* sericeo inflexo, stipite obeso solido primitus peronato-tomentoso apice velutino cortinatoque carneque albis, lamellis emarginatis decurrentibusque confertis integerrimis albidis. *Fries Obs.* 2. *p.* 138. Cfr. *Secr. n.* 227. Locis siccis, praecipue in pinetis Maxime mutabilis, versipellis; semper robu-

stus, curtus, stipite bulbiformi, pileo testaceo-ferrugineo etc; *marg. etiam concolori.* Primitus viscosus est et in hac aetate exsiccatus nitens; vulgo gluten disparet, tum opacus et dissolutus.

7. C. SEBACEUS, *pallescens*, pileo carnoso infracto-expanso subrepando *cum micore naucoso albicante* viscidulo, carne veloque partiali fugacissimo albis, stipite solido valido aequali fibrilloso, lamellis emarginatis haud confertis argillaceis. Cfr. *Secr. n.* 145. In pinetis region. campestr. Stipes 3—4 unc. l., saepe tortus et compressus, $\frac{1}{2}$—1 unc. crassus. Pileus $2\frac{1}{2}$—5 unc. latus, unicolor, alutaceus, carne, ut stipitis, alba. Lamellae [numquam caesiae] demum latae, pallide cinnamomeae, sed ad latera albidae.

8. C. LUSTRATUS, *candidus*, pileo carnoso convexo-plano aequali laevi glabro viscoso, margine fibrilloso-cortinato, stipite solido valido subaequali, lamellis rotundatis confertissimis immutabilibus. In ericetis Hallandiae raro. Maxime insignis colore; lamellae albae, sed sporidia tamen omnino ochracea. Statura n. 4. *Cortina in hoc et praeced.* non stipiti, sed *pilei margini adhaeret. Batt. t.* 7. *f. D. h. l.* esse posset, sed velum multo densius.

** *lamellis e violaceo l. purpurascenti cinnamomeis.*

9. C. VARIUS, pileo compacto hemisphaerico-explanato laevi viscido discoideo, margine glabro, carne alba, stipite solido curto conico adpresse flocculoso albido, lamellis emarginatis confertis integerrimis e purpurascenti argillaceo-cinnamomeis. *Schaeff. t.* 42. *Secr. n.* 192. A. glaucopus *β. Pers.* e *syn.*, sed potius forma lutesc. veri. In pinetis region. campestr. fr. Stipes validus, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ unc. l., superne $\frac{1}{2}$, inferne 1 unc. et ultra crassus, intus demum cinerascens, nec lutesc. Pileus aequalis, 2 unc. et ultra, haud manifeste virgatus, crustallinus, circa marginem fibrilloso-appendiculatus.

10. C. CYANOPUS, pileo carnoso hemisphaerico-explanato laevi viscido, margine tenui glabro concolore, *carne albida*, stipite solido e *violaceo* albicante supra cortinam superam tenuem nudo, bulbo depresso obliquo, lamellis ex adnato emarginatis latis subconfertis e violaceo expallentibus. *Secr. n.* 174. (modo viscosus). A. glaucop. *Sowerb. t.* 223. In nemoribus frondosis; prope Upsaliam ad Fredrikslund. Caro pilei non violascens, sed primo sordida, stipitis primo superne obsolete violaceo variegata. Bulbus amplus, spongiosus, depressus

saepe obliquus, subrhombeus, sed non marginatus pileus enim primitus exsertus est; hic ceterum $2\frac{1}{2}$ unc. et ultra latus, spadiceo-lividus, dein alutaceus. Lam. in eodem caespite intense violaceae et fere albidae.

11. C. VARIECOLOR, pileo compacto convexo-expanso viscido discoideo, *margine tomentoso violaceo*, *carne* stipiteque duro obeso *primo villoso e coeruleo-albicantibus*, lamellis decurrenti-emarginatis subarcuatis confertis e coerulescenti-argillaceo cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 280. (colore lam. fulig. recedit). *S. M. p.* 222. *Alb. et Schw. p.* 153. *Secr. n.* 156. *Krombh. t.* 2. *f.* 26. parvus. In pinastretis ericetosis region. silvat. hinc inde tantum, sed copiosiss. Valde durus, compactus; mitis; stipite solito magis in pileum diffuso colore primo spadiceo (rarius toto villoso-violaceo), dein rubiginoso. Certe differt n. 6.

* C. NEMORENSIS, pileo compacto primo glabro viscido, mox sicco opaco piloso-rivuloso, stipite clavato apice cavo farinaceoque, lamellis rotundato-subdecurrentibus. In fagetis montanis. Stipes 3 unc. l. Pileus 4—5 unc. l. spadiceo-lutescens; circa marginem primo coerulescens.

12. C. LARGUS, pileo carnoso dilatato repandoque subgibbo adpresse sericeo-fibrilloso viscidulo, carne e *caesio alba*, stipite *solido fibrilloso curvato* e violaceo albicante, apice pruinoso, lamellis adnato-emarginatis latis confertis integerrimis e caesio argillaceo-cinnamomeis. *Buxb. C. IV. t.* 23. A. *centrif. Secr. n.* 164. In pinetis campestrib., Upsaliae in Kongsparken. Caespitosus, amplus. Stipes nunc brevis bulbosus, vulgo elongatus (4—5 unc.) unc. crass., curvatus et adscendens, tritus saepe sanguinolentus, cortina supera pendula, sed non villosus. Pileus 4—6 unc. latus, disco excepto, haud compactus, variecolor, vulgo spadiceo-fulvus, junior canescens, coerulescens; rarius ad marginem subsquamulosum tinctura coerulea persistit. Sed exstat var. serotina lutescens, etiam in stipite intusque in ejus basi.

13. C. RIEDERI, pileo compacto campan.-expanso laevi *glutinoso*, sicco nitido, carne aquosa, stipite solido clavato *lilacino-sericeo* fibrillosoque, lamellis adnatis crassiusculis erosis e lilacino cinnamomeis. *Weinm. Ross. p.* 261. In pinetis circa Petropolin. Stipes 4—5 unc. l. fulvofibrillosus. Pileus 3 unc. l., obtuse umbonatus, udus mucosus, obsolete virgatus ochraceus. *Myxaciis* videtur affinis. *Non vidi.*

14. C. CENTRIFUGUS, pileo carnoso plano-depresso glabro

viscoso discoideo, *margine aeruginoso*, carne stipiteque solido valido clavato-bulboso glabrescente *albo*, cortina annulari persistente, lamellis emarginatis subconfertis crenulatis ex incarnato-violaceo cinnamomeis. *S. M. p.* 222. *Lasch. l. c. n.* In pinetis Smol. editioris. Statura *C. lati.* Pileus ne virgatus quidem, fusco-lutescenti-violaceus, dein luteus.

*** *lamellis luteis, cinnamomeis, ferrugineis* (nec primo albidis violaceisve).

15. C. PERCOMIS, pileo carnoso convexo-plano aequali laevi glaberrimo viscoso, stipite solido clavato-attenuato fibrilloso supra cortinam superam pruinoso, *intus sulfureo*, lamellis late emarginatis subconfertis *sulfureis*, demum decoloratis. In silvis abiegnis circa Upsaliam. Elegans, *C fulgenti* colore similis. Stipes haud bulbosus, pallidus, flavescens, siccus, fibrillis adpressis obscurioribus subperonatus. Pileus gilvus, siccus pelliculosus, 2—3 unc. l., obtusus, intus pallide lutescens. Lamellae primo confertae, laetae; dein subdistantes, 4 unc. usque latae argillaceo-cinnam.

16. C. LATUS, pileo carnoso explanato glabrato viscido, stipite solido fibrilloso *pallescenti-albo*, *apice flocculoso*, cortina supera annulari persistente, lamellis emarginatis subintegerrimis confertis *argillaceo*-cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 276. *S. M. p.* 215. *Lasch l. c. n.* 568. A. ferruginasc. *Batsch f.* 87 est hujus lusus! Locis humidis sphagnosis gregarius; in Smol. montanis legi. C. *claricolori* et C. *multiformi* intime cognatus. Pileus 3—4 unc. latus et ultra, crustallinus l. alutaceus, disco obscuriori, carne molli alba. Stipes pro ratione brevis, 2—3 unc. longus, $\frac{1}{2}$—1 unc. cr., fibrilloso-striatus, primo bulbosus, dein subaequalis. Lamellae inaequaliter decurrentes.! Non *Secr.* 64 qui potius A. *caperati* var., sed n. 195 ?

17. C. SAGINUS, pileo carnoso plano-convexo inaequali glabro viscoso, stipite solido subbulboso fibrilloso *flavescente aprice nudo*, cortina fugaci, lamellis decurrentibus latis *erosis* e *pallide-sordido* cinnamomeis. *S. M. p.* 246. In silvis abiegnis montanis, valde gregarius, subcaespitosus, amplus. Stipes 3 unc. l. unciam et ultra crassus; pileus 4—5 unc. latus luteus. Caro alba.

18. C. CLIDUCHUS, pileo carnoso plano depresso glabro viscido *nitido discoideo*, stipite solido clavato-bulboso subcurvato fibrilloso *luteo*, supra cortinam fugacem superam albosericeo, lamellis subadnatis serratis confertis *ferrugineo*-cinnamomeis. *Secr. n.* 199! *n.* 198 praecedd. valde affinis. In

fagetis, quercetis, at nobis rarissimus. Caro alba, pilei sub pellicula interdum rubens. Pileus 3 unc. latus, laete luteus, saepe obliquus.

19. C. RUSSUS, pileo carnoso convexo-plano viscoso, *circa margines innato sericeo-fibrilloso*, stipite subcavo molli attenuato adpresse fibrilloso pallescenti-albo, cortina fugaci, lamellis adnatis latis confertis venoso-connexis rufo-ferrugineis. In pinetis subhumidis rariss. Habitus C. *rufoolivacei.* Stipes subadscendens, obliquus, non violascens, nec bulbosus. Pileus non repandus, sed saepe excentricus, 4 unc. latus rufus. Caro mollis ex aquose rubello alba. Sapor non acris, sed valde nauseosus diu salivam movens.

20. C. SPADICEUS, pileo carnoso aequali convexo-plano laevi viscoso, *pellicula separabili*, stipite solido clavato cylindrico fibrilloso-striato pallescente, cortina supera, lamellis sub-emarginatis *cinnamomeo-brunneis. Batsch. f.* 16. A. subsimilis. *Secr. n.* 185; essentialiter non recedit. In pinetis humidis camp.; Upsaliae raro visus. Stipes, basi praecipue, spongioso-mollis et lutescens; apice pruinatum non vidi. Pileus 2—3 unc. l., fuligineo-spadiceus [color C. *elatioris*], margine demum striatus. Lamellae 2—3 lin. latae, obscûrae, haud ventricosae. Caro albolutescens.

**** *Lamellis olivaceis.*

21. C. CEPHALIXUS, pileo carnoso plano subrepando viscoso disco obscuriori *granulis fuscis punctato,* stipite clavato pallescente, inferne adpresse fusco-squamuloso, apice albo cortinatoque, lamellis adnexis tenuibus erosis *ex albo dilute ferrugineo-olivaceis. Secr. n.* 297. In silvis mixtis. *Non vidi,* sed plurimis rationibus cum sq. congruit, ut de loco non dubitemus; citaturque A. *infractus* P. (male vero). Stipes rectus l. curvatus, 2 unc. Pileus olivaceus circa marginem lutescentem demum bullatus et flexuosus, carne firma alba.

22. C. INFRACTUS, pileo explanato laevi virgato viscido, disco compacto expallente, margine tenui infracto demum revoluto flexuoso, stipite solido ovato-clavato adpresse fibrilloso pallescente, lamellis adnatis *latis confertis umbrino-*olivaceis. *S M. p.* 223 var. a. et certe etiam *Secr. n.* 188. — *Pers. syn. p.* 283 pr. parte. In fagetis umbrosis. Sat robustus. Stipes olivaceo-fuscescens, apice fumosus; raro violascens. Pileus primo aequalis, opacus, e lurido-olivaceo lutescens, demum circa marginem fusco-zonatus, carne e sordido

albicante. Lamellae integerrimae, vix crispae, modo undulatae.

23. C. ANFRACTUS, pileo carnoso inaequali infractoque, demum undulato-repando viscidulo, sicco nitido, stipite farcto inaequali adpresse fibrilloso apice violaceo cortinatoque, lamellis arcuato-adfixis *crispis subdistantibus fuligineo*-olivaceis, demum cinnamomeis. A. infracti var. *Pers. syn.* — b. *S. M. l. c.* — *Weinm. n.* 269. *Secr. n.* 189. In silvis tam frondosis quam acerosis locis humidis. Praec. tenuior, primitus magis vulgo sinuosus et irregularis. Stipes adscendens l. curvatus, demum basi cavus, e sordido albicans. Pileus ex olivaceo-fuligineo tigrinoque fulvus, nitidus, saepe scrobiculatus et circa margines demum lobatos depressus. Caro albicat.

24. C. JASMINEUS, pileo carnoso-explanato gibbo undulato *lacunoso rugoso* viscoso, *carne ochraceo-lutescente*, stipite farcto subaequali, medio e *pustullulis violaceo-punctatis coerulescente*, apice albo, lamellis subadnatis perlatis subconfertis *pallide* olivaceis. *Secr. n.* 186. In quercetis. Stipes subrectus fragilis, demum cavus, basi intusque lutescens. Pileus sordide olivaceus, disco primo fusco, dein lutescente opaco. Lamellae acie albicantes, dein cinnamomeae. Var. stipite brevi albo, pileo lutescente viridi nitido, lam. subliberis. *Non vidi*, forte C.*subtorto* nimis cognatus, sed in meo «color coeruleus in stipite obsoletus» i. e. haud conspicuus.

††† SCAURI. Bulbus depressus l. turbinatus, *marginatus!* Stipes carnosus, fibrosus, *cortina* a bulbi margine vulgo *infera*. Pileus aequaliter carnosus. Lamellae subsinuatae.

Stupenda formarum peraffinium copia, quas licet constantes omnes in S. M. distinguere erubui, sed sub titulis latius patentibus proposui. At recipere cogor, ne limites arbitrarii videantur, centies iterum in natura comprobatos. Multos hujus et prioris sectionis bene exposuit quoque *Secretan.* Species inter hos tamen inferioris dignitatis mihi videntur. — Bulbus marginatus est volvae circumscissae species; in multis cum indumento pilei primo conjunctum vidi, in aliis quoque volvaceum liberum; hinc *stipes* numquam a velo universali peronatus, nec *primitus*, ut in proximis, *exsertus*, vix umquam apice farinaceus l. vestitus; sed, Amanitarum ** more in pileo et bulbo, duorum globulorum instar applicatis, primo inclusus; cavitas bulbi circa stipitem oritur a pilei margine primo impresso. Inter *Scauros* et *Cliduchios* exstant non-

nulli intermedii, PANSAE dicti (n. 9, 31, 32), pileo stipitem ad basin usque primo amplectente, quare bulbus fere deest, sed ipsa basis marginata.

* *Lamellis ex albido argillac. l. dilute cinnamomeis.*

25. C. MULTIFORMIS, pileo carnoso convexo-expanso aequali glabro viscido, *carne* cortinaque fugaci *albis*, stipite solido attenuato adpresse fibrilloso nudo *albo lutescente*, bulbo submarginato, lamellis emarginatis confertis *serratis ex albido* argillaceo-cinnamomeis *Fries Obs* 2. *p.* 63. *Weinm. Ross. p.* 162. A. turbinatus. *Sowerb. t.* 111. *Swartz.* etc. b. A. *balius* pileo maculato. *Secr. n.* 215. — c. *elevatior*, pileo fibrilloso-virgato. In silvis copiose. Stipes a bulbo, interdum obsolete marginato, attenuatus, non viscosus, apice nudus, intus demum lutescens. Pileus ubique concolor, lutescens, argillaceus etc., ex aëris constitutione valde viscidus l. subsiccus, tum saepe a velo universali albo irroratus, margine tenui deflexo. Lamellae interdum caesio-albidae. *Mutabilis* admodum.

26. C. RAPACEUS, pileo compacto aequali convexo-plano laevi glabro viscoso, carne stipiteque *farcto curto* cortinaque obsoleta albis, bulbo depresso marginato, lamellis rotundatis *confertis integerrimis* ex *albo* argillaceis. In silvis; circa Upsaliam pluries. Parvus, sed compactus. Stipes unc. parum excedens, ½ unc. cr., intus medullatus. Pileus 1½—2 unc. latus, argillaceo-albus, non expallens, margine regulariter inflexo.

27. C. NAPUS, pileo carnoso convexo-plano glabro glutinoso, *margine infracto*, stipite solido aequali glabro e bulbo obconico oblique marginato adscendente carneque albis, lamellis emarginatis *subdistantibus crispis* albido-fuligineis. In pinetis cum priori raro. Compactus, intus albus, linea cornea sub lamellis, ad latera hyalinis. Stipes 2 unc. l., basi lutescens. Pileus 2—3 unc. l. spadiceo-fulvus l. fuligineus. Accedit ad **.

28.? C. ALLUTUS, pileo carnoso conico-convexo glabro viscoso expallente, *margine obscuriori*, *carne rufescente*, stipite *viscido* albo apice farinaceo, deorsum rufescenti-striato marginato-bulboso, lamellis adnatis subconfertis crenulatis tenuibus ex albido rufescentibus. *Secr. n.* 217. In pinetis raro. Minor, colore («roussatre») insignis. Pileus udus luteo-aurantius, disco pallidiori; siccus intense luteus. Lam. variant decurrentes. *Non vidi.*

29. C. TALUS, pileo carnoso convexo aequali laevi gla-

bro viscoso, stipite solido aequali cylindrico glabrello *carneque pallescente* basi marginato-bulboso, lamellis emarginatis subconfertis *ochreo-stramineis* (vix decolor.) In silvis mixtis Scaniae. Bulbus parvus. Stipes 3 unc. l., ½ unc. cr. - Pileus 2 unc. l. parum ultra, sat tenuis, colore peculiari opaco, margine subolivaceo lutescente. Caro sordide albo-pallida, hyalinis maculis guttata, sub lamellis linea cornea. Medius inter * et ***.

30. C. ELOTUS, pileo carnoso subpulvinato inaequali glabro lente viscido, disco lato compacto expallente, *margine tenui demum striato*, stipite curto fibrilloso pallescente, bulbo marginato obsoletove, lamellis emarginatis *latis subdistantibus e pallido olivaceo*-argillaceis. In ericetis, pratis muscosis asperis Smolandiae passim, sed subsolitarius. Admodum distinctus, colore mutabili, *sapore acri*. Stipes (extus intusque) nunc virens, nunc coerulescens, nunc acyaneus (nota in multis fallax!) Pileus e fuligineo fulvello-alutaceus, margo obscure melleus persistit. Lamellae pallescente - caesiae, albidae, saepius *olivellae*, et ad **** manifeste transeunt.

** *Lamellis violaceis, cyaneis, purpurascentibus; demum cinnamomeis.*

31. C. GLAUCOPUS, pileo *compacto ex infracto* expanso subrepando viscido, dein floccoso-squamoso *fibrillosove*, *carne demum lutescente*, stipite solido valido striato e coerulescente pallido lutescente, basi marginato, lamellis emarginatis latis e coerulescenti argillaceo-cinnamomeis. *Schaeff. t.* 53. *S. M. p.* 224. *Weinm. p.* 159. *Secr. n.* 179. — b. A. defossus *Batsch. f.* 73. (fulvescens ut C. sericeum facile credas). In pinetis regionum campestr. abunde. Validus, amplus, primo admodum curtus, stipite bulbiformi, dein elongato recto 3—4 unc., semper crassus, intus primo dilute coerulescens. Pileus primo olivaceo-spadiceus, mox fulvo-lutescens, *circa marginem zona elevata fusca saepe notatus*, *ut* C. infractus et C. *purpurascens*.

32. C. PANSA, pileo compacto infracto repando glabro, *squamis innatis guttato nitido*, *carne alba*, stipite obeso aequali basi marginato *cortinaque* inflexa *luteis*, lamellis rotundatis subconfertis integerrimis cyaneis. *Fries Obs.* 2. *p.* 67. A. pachypus. *Schum!* (non Holmsk.) *Secr. n.* 180 var. stipite apice violasc. In silvis, fagetis et pinetis. Vulgo curtus persistens. Pileus aurantio-fulvus, nec zonatus, nec fibroso virgatus, junior margine e velo flavotomentosus, primitus ad

basin omnino stipitem amplectens, hinc ibi tantum marginatum, nec bulbosum. C. *vario* certe magis, quam proximis affinis.

33. C. CALLOCHROUS, pileo carnoso convexo-explanato glabro viscido immutabili, *carne compacta alba*, stipite solido aequali fibrilloso albo-lutescente, *bulbo* distincto *marginato inserto*, lamellis emarginatis confertis serratis cyaneo-purpurascentibus. *Pers. syn. p.* 283. *Fr. Obs.* 2. *p.* 68. *Secr. n.* 191. In fagetis apricis raro. Stipes aequalis, curtus, acyaneus! Pileus vulgo fulvus, circa marginem luteus, saepe guttatus glebisque inquinatus, margo tenuis involutus, passim flexuosus, non infractus. A. callochrous *S. M.* etiam sq. complectitur.

34. C. COERULESCENS, pileo carnoso convexo explanato laevi viscido, *carne* molli *stipiteque* solido attenuato nudo e *caeruleo albicantibus*, bulbo marginato, lamellis adnexis confertis integerrimis primitus pure et *obscure caeruleis*. *Schaeff. t.* 34. haud bona. *Pers. s. p.* 277. *Secr. n.* 150 vix differt. In silvaticis montanis frequens. Iunior passim totus coeruleus; vulgo pileus argillaceus l. fuscescenti-lutescens, siccus subfibrillosus. Caro fracta lamellae tritae non colorem [intense coeruleum] mutant, sed hae in purpureum demumque cinnamomeum (immo olivasc.) transeunt. Odor vix ullus et ab *C. camphorato* diversissimus, hinc potius Secr. n. 150, quam n. 148.

35. C. PURPURASCENS, pileo compacto dilatato subrepando tigrino viscido, *carne undique coerulea*, stipite solido obeso fibrilloso, bulbo marginato evanido, lamellis late emarginatis confertis e coeruleo argillaceo-cinnamomeis *tritis purpurascentibus! Fr. Obs.* 2. *p.* 70. incl. n. 54. *Secr. n.* 157. In silvis montanis. Facies *C. glaucopodis* [saepe pileus etiam *zona submarginali* notatus] sed pileus e spadiceo-fusco fulvo-olivaceus, non expallens. Caro vix purpurascens.

* C. *subpurpurascens*, pileo tenuiori subvirgato expallente, stipite farcto subaequali coerulescenti-albo, bulbo submarginato, lamellis cinnamomeis tritis carneque juniori fracta subpurpurascentibus. *Batsch. f.* 74. *Secr. n.* 157 *B.* Cum priori, sed stipes demum cavus, basi tantum fibrillosus, lamellae primitus pallidae, nec coeruleae, nec albidae. Caro pilei demum alba. A. *badius Pers. syn. p.* 279 inter hunc et C. porphyropedem ambigit.

36. C. ARQUATUS, pileo carnoso aequali laevi glaberrimo viscoso *discoideo*, *carne molli ex albo lutescente*, stipite so-

lido pallido bulbo obconico marginato excepto, lamellis subadnatis confertis e purpurascente cinnamomeis. *Alb. et Schw. n.* 436. ut var. A. decolorantis! *Secr. n.* 182. (excl. «excl. syn»!) In silvis frequens. Minor, regularis, mollis, sed non succosus. Pileus tenuis, 2 unc. l. disco subspadiceo, circa margines lutescens, siccus politus et nitens. Stipes supra bulbum (subinde volvaceum!) 2 unc. l., apice extus intusque obsolete coerulescens.

*** *lamellis ferruginasc., fulventibus, luteisve.*

37. C. DIBAPHUS, pileo carnoso plano-depresso glabro viscoso *variegato, carne lutea sub pellicula violascente*, stipite farcto fibrilloso nitido luteo apice purpurascente bulbo marginato, lamellis adnatis subconfertis integerrimis *purpurascenti-ferrugineis. Secr. n.* 252. optime! In fagetis Scaniae ad Trolleholm. Sqq. duobus cognatus, elegans. Stipes 3 unc. l. ½ unc. cr. Pileus 3—4 unc. l., purpurascens, disco luteo, demum lilacino-maculatus, repandusque.

38. C. TURBINATUS, pileo carnoso e plano depresso laevi viscoso *unicolori glabro expallente, carne alba* molli, stipite farcto subaequali nitido albido marginato-bulboso, lamellis attenuato-adnatis confertis *integerrimis* ex isabellino ferruginascentibus. *Bull. t.* 110 certe! *Fr. Obs.* 2. *p.* 66! *S. Myc. p.* 225. *Weinm. n.* 162: nec differt *Secr. n.* 176 nam tinctura in apice stipitis, ut in aliis, fallax est. In fagetis copiose. Pileo glabro, *subhygrophano*, udo *subvirente* l. in olivac. obsolete vergente, sicco flavo, bulbo turbinato facile distinctus.

* C. FERRUGINEUS, undique ferrugineus, intus pallidior, stipite e bulbo marginato-ovato attenuato nudo. *Scop. Carn. p.* 423. Statura omnino C. *coerulescentis*, color C. *biveli*, Pileus opacus et siccus e *spec. siccis* a me tantum visis. Videtur diversa spec.

39. C. CORROSUS, pileo carnoso explanato umbilicatoque glabro viscoso decolore, demum *rivuloso subflocçoso*, *sicco opaco carne dura alba*, *stipite* subcavo aequali apice nudo *cortinaque* fibrillosa *albis*, bulbo depresso marginato, lamellis emarginatis confertissimis angustis primitus subferrugineis. Vix *Secr. n.* 206, qui ab A. *multiformi* vestito parum recedit. In pinetis siccis montanis acubus pineis sepultus. Sqq. minor. Pileus e ferrugineo argillaceus, opacus, 2—3 unc. latus. Lamellae acie repandae, etiam rotundatae liberae. Visum est unum specimen lamellis albidis, alterum carne intus zona violacea. Odor non notabilis.

40. C. FULGENS, pileo carnoso applanato aequali *sericeo-fibrilloso* viscoso, *carne demum spongiosa alutacea*, stipite valido bulboque amplo depresso marginato luteis e cortina concolori (demum pulverulento-ferruginea) lanoso-filamentoso, lamellis emarginatis subfulvis. A. fulgens *Auct. Alb. Schw. p.* 160. *Secr. n.* 193 (lam. colore recedit). *Letell. t.* 646 (non vidi). Cfr. Obs. infra. A. turbinatus. var. fulva. *S. M. Wahl. Suec. n.* 1726. A. defossus. *Weinm. Ross. p.* 163. In pinetis regionum camp.; Upsaliae copiose. Speciosus, robustus, aureus. Stipes lanuginosus, lana juniorum jove udo viscida. Lamellae subconfertae, integerrimae, primo luteae demum ferrugineae. Pileus 2—3 unc. latus, interdum squamulosus. *Pers.* suum A. *fulgentem* et *turbinatum* haud clare distinxit; e syn. est sq. intermedius! in *Ch. comest.* jungit.

* C. FULMINEUS, pileo compacto convexo-plano viscoso squamis ferrugineis adglutinatis guttato nitido, stipite solido obeso *luteo nudo apice albo-cortinato*, bulbo amplo radicato, lamellis rotundatis confertis primo pure luteis. *Schaeff. t.* 24.! A. fulgens. *Pers. e syn. et loco.* In silv. frondos. Admodum curtus, robustus, mitis. Stipes non filamentosus; primo viscidulus, bulbo pileo ampliori. Pileus fulvus, fere brunneus margine aurantio. Caro crassa, alba, in ambitu saepe lutea l. tota lutescens. Nescio an priori l. sq. affinior, variisque notis ab utroque differt. Vetusta spec. non vidi.

41. C. ELEGANTIOR, pileo compacto convexo-plano *laevi glabro* viscido, *margine primo infracto*, stipite solido valido fibrilloso flavescente marginato-bulboso, cortina pallida [ferruginascente], lamellis adfixis confertis serrulatis vitellinis olivascentibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 64. *Secr. n.* 271. A. turbinatus. *Pers. syn. p.* 294. *Alb. et Schw. n.* 454 var. *β. Bong. in Weinm. Ross. p.* 163. In silvis montanis. Est quasi laetior status C. *multiformis*: stipite firmo validius bulboso, saepe curto, pileo fulvo interdum maculato, carne alba lutescente insignis.

42. C. ORICHALCEUS, pileo carnoso explanato glabro *pelliculoso-viscoso*, *disco rubiginoso rimoso-squamaceo*, margine livescente, stipite solido aequali fibrilloso lutescente marginato-bulboso, lamellis subadnatis latis sulfureo-virentibus. *Batsch. f.* 184. neutiquam charact. *Secr. n.* 293. In pinetis campestr. In Kongsparken Upsaliae aliquoties lectus, serotinus. Caro nunc alba in ambitu flava l. virescenti-lutea; nunc sordida, concolor aquosa. Stipes nudiusculus l. viscido-fibrillo-

sus, 2—3 unc. l., ½ unc. cr., bulbo depresso. Pileus 3 unc. colore peculiari. Lam. postice latissimae.

**** *lamellis olivaceis.* Cfr. n. 30.

43. C. RUFOOLIVACEUS, pileo carnoso explanato glabro viscido expallente, stipite solido aequali e viridi lutescente, basi bulbo submarginato, lamellis emarginatis latis *confertis olivaceis.* *Pers. syn. p.* 285. *S. M. p.* 223. *c. syn. Secr. n.* 289 var. In silvis etc. Statura fere C. *glaucopodis;* sed sq. affinis, pileo magis dilatato, 4 unc. lato, colore vegeti rufo, sicci crustallino-cinnamomeo nitido, lamellis confertioribus, latioribus, unicoloribus insuper diversus. Stipes vulgo apice violaceus.

44. C. PRASINUS, pileo compacto aequali viscoso maculis squamaceis variegato, stipite solido curto firmo basi marginato-bulboso cortinaque virenti-pallidis, lamellis rotundatis *subdistantibus luteo-olivaceis.* *Schaeff. t.* 218! A. turbinatus β. *Pers. syn. p.* 294. *Secr. n.* 292. Sub A. scauro. *S. M.* — *Obs. M.* 2. *p.* 75. In fagetis passim. Curtus, firmus, mitis, statura *C. callochroi.* Caro stipitis virescens, pilei albida. Pileus nunc fulvo-fuligineus, nunc aerugineus, demum lutescens, margine regulari inflexo Lamellae saepe crispae, luteovirentes, basi obscuriores cinereo-olivaceae.

45. C. SCAURUS, pileo carnoso aequali glabro tigrino-maculato viscoso expallente, *margine tenui demum striatulo,* stipite solido e basi spongiosa marginato-bulbosa attenuato striato expallente, lamellis attenuato-adnatis tenuibus *confertis purpurascente-*olivaceis. *S. M. p.* 223. *Weinm. p.* 160. A. fulvo-fuligineus. *Pers.* ex *Alb. Schw.! n.* 440. In silvis abiegnis humidis, jam aestate; in silvis montanis vulgatissimus e Scauris. Stipes solito gracilior, 3—4 unc. longus, sursum 3—4 lin. crass. nunc virens, nunc coerulescens; non luteus. Pileus fulvo-fuligineus, siccus fulvescens, carne tenui aquosa insipida. Lamellae angustae, lineares fere, nunc purpurasc. nunc olivaceae immo fuligineae visae.

46. C. HERPETICUS, pileo carnoso aequali submaculato viscido, disco expallente, carne e *violaceo albida,* stipite farcto firmo fibrilloso squalide-pallido, *basi marginato-bulboso,* lamellis subadnatis e *violaceo-umbrino* fuligineo-olivaceis. A. scaurus? *Secr. n.* 190. Locis nemorosis. Stipes primo curtus dein 2—3 unc. l., durus, sed intus spongiosus sordidus demumque apice cavus. Pileus laevis, parum viscidus oliva-

ceus; demum sordide alutaceus, 3 unc. l. Lamellae primo valde, dein vix confertae; 2—3 lin. latae. Etiam hic C. *infracto* facile subsumtus.

†††† ELASTICI. Cortina *simplex*, *tenuis*, fugax, media l. infera. *Stipes primitus exsertus*, subtenuis, numquam marginato-bulbosus l peronatus, sed *rigido-elasticus*, *extus subcartilagineus politus nitens*, apice nudus, saepius demum cavus. Pileus tenuis, saepe hygrophanus.

* *Lamellis ex albido argillaceis* l. *sordide cinnamomeis*. Cfr. n. 59 * 71.

47. C. CUMATILIS, pileo convexo obtuso laevi, *glutine coeruleo violaceo-tincto*, stipite solido firmo subbulboso apice subcortinato epruinoso carneque compacta candidis, *velo univ. ad basin abrupto volvaceo*, lamellis adnexis confertis serratis ex albo argillaceis. A. personatus. *Secr. n.* 163.! *Vaill. par. p.* 67. *n.* 77 h. l. videtur. In dumetis frondosis coryletis etc. raro. *Valde nobilis*, nunc simplex stipite obeso bulboso, nunc caespit. stip. longiori curvato, velo universali membranaceo, ad basin adglutinato sed separabili, primitus cum pellicula pilei coerulea contiguo; ubi haec d tersa maculae luteae.

* C. CROCEO-COERULEUS, pileo tenuiori, stipite cavo rigido flexuoso nudo fibrilloso-striato, basi subattenuato, lamellis emarginatis albido-ochraceis. *Pers. syn. p.* 341. *S. M. p.* 238. *Secr. n.* 171. In fagetis umbrosis. Veli ad basin nullum vestigium, pileo glutine seced. sericello lutescente, ceterum facies et natura omnino praeced.! ut ejus subspecies sit. [*Pers. ic. descr. t.* 1. *f.* 2 hunc male refert, potius pusionem n. 78].

48. C. SERARIUS, pileo carnoso convexo-explanato gibbo *impolito viscido opaco*, stipite solido aequali fibrilloso nitido carneque albis, lamellis arcuato adfixis [dente decurrente] confertis albido-argillaceis. In silvis raro. Stipes 4 unc. long., carne tota fibrosa. Pileus 3—4 unc latus, laevis quidem et glaber, sed facies impolita, quasi pruinato-sericea, color *alutaceo-rubellus*, quo praecipue dignoscitur. Caro sub lamellis 3 lin. latis linea hyalina. Forte ad †† (*Secr. n.* 183?) referatur; sed cortina mihi fugacissima; exstatque *affinis*, pileo sericello alutaceo, inter hunc et n. 58 prorsus media, stipite rigido cavo polito.

49. C. EMOLLITUS, pileo carnoso laxo subrepando *subtiliter fibrilloso-virgato* viscido, sicco nitido, margine tenui

infracto, *carne stipiteque* farcto curto inaequali fibrilloso mollibus *albis*, lamellis emarginatis latis subdistantibus ex albo ochraceis. Locis gramin. subapricis in fagetis etc. frequens, saepe caespit., versiformis at a C. *vespertino* etc. distinctiss. Stipes vix 2 unc. l., sed ½ unc. cr. et ultra, medulla molli evanida cavus, vix bulbosus, passim compress. lutescens. Pileus 3—4 unc. latus, ochraceo-luteus. Lamellae ½ unc. latae, laeves, molles. *Var.* minor, stipite tenuiori plano fragili, pileo sicco rimose fisso, pileo udo fulvo; sicco ochraceo-lutescente, lamellis albis. — Cortina fugaciss. Sapor acris.

50. C. CAUSTICUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso glabro *punctato hygrophano, carne fulva*, stipite firmo elastico glabro candido, lamellis ventricoso-emarginatis vix confertis latis albido-lutescentibus. Locis montosis humidis in pinetis, passim copiose. Statura et indoles C. *armeniaci*: siccus aegre discernendus nisi colore pallido, sed udus fulvus admodum viscosus, punctis in pellicula integra. A C. *vibratili* differt stipite extus rigido, intus molli, velo obsoleto, nec viscoso, lamellisque distantibus. Odor fortis, sapor urens.

51. C. CRISTALLINUS, pileo carnoso explanato laevi *glaberrimo viscoso nitente hygrophano, stipite cavo* subaequali fragili fibrilloso albido, lamellis emarginatis confertis argillaceis. A. barbatus *Batsch f.* 11. (nostri basis non villosa). *S. M. p.* 237. A. tubulatus. *Secr. n.* 219 e descr. In fagetis, raro. Sapor valde acris. Stipes 3 unc. l., 3—4 lin. cr. stramineo-albus. Pileus 3 unc. latus, in disco aquose pallens, circa marginem argenteo-nitens, siccus candicans. — Vidimus pileo e lutescenti albo, stipite viscidulo, lamellis subdecurr., sed *Secr. n.* 214 statura ad C. *vibratilem* divergit.

52. C. DECOLORATUS, pileo carnoso tenui expanso obtuso viscoso laevi, *mox sicco flocculoso decolore*, stipite e basi incrassata attenuato fibrilloso-striato *argenteo*, apice nudo, lamellis emarginatis subconfertis ex albido caesiove argillaceis. *S. M. p.* 224. *Secr. n.* 200 minor. In silvis sat frequens. Caro mollis, alba; uda passim aquosa, in apice stipitis leviter caesia. Cortina alba. Stipes 3 unc. l., ½ unc. vix cr., basi passim lutescens. Pileus aequalis tenuis, sed 2—4 unc. latus, argillaceus, disco passim obscuriori. Lamellae etiam adnatae 3—4 lin. latae. Variat pileo sicco corrugato, rimoso-granuloso, floccoso-squamoso et fibrilloso: exstatque forma lam. demum subfulvis aegre separanda.

** *Lamellis violaceis, purpurasc., incarnatis.*

53. C. DECOLORANS, pileo carnoso aequali explanato laevi glabro viscoso unicolori, *stipite* farcto elongato attenuato glabro *carneque albis*, supra cortinam mediam subpersistentem nudo, lamellis adfixis tenuibus *exsuccis* e purpurascenti mox cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 283. *Secr. n.* 181. *Alb. Schw. p.* 155. In pinetis passim. Pro forma tenui C. *varii* facile sumitur; differt pileo tenuiori luteo unicolori, stipite graciliori extus rigido polito ebulbi cortinaque subpersistente excepto glabro.

54. C. PORPHYROPUS, pileo carnoso tenui laevi virgato viscoso, *stipite* e farcto cavo tenui *subattenuato carneque fracta purpurascentibus*, cortina infera, lamellis emarginatis confertis tenuibus violaceo-purpureis, demum cinnamomeis. *A. S. p.* 153. A. purpurasc. var. *Fr. Obs.* cum descr. A. callochrous. *Weinm. p.* 159. In nemoribus humidis frondosis; nobis frequens. Ad C. *purpurasc.* accedit ut prior ad C. *varium.* Stipes semper tenuis, passim aequalis, elastico-fragilis, expallens, sed tactus iterum lilacinus. Pileus argillaceo-fuscescens, lividusque.

55. C. MACULOSUS, pileo subcarnoso expanso depressove viscido *albido squamis umbrinis maculato*, stipite farcto squamoso-fibrilloso nitido albo, lamellis ex albo-incarnato griseis, demumque cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 288. *S. M. p.* 253. *Secr. n.* 202. In pinetis, raro; caespitosus, rigido-fragilis. Ex Secr. pileus e conico convexus, demum applanatus repandusque, primo sericeus nitidus, dein squamis concentricis pictus. *Siccum* modo vidi.

*** *Lamellis pure ochraceis, fulvis, ferruginasc.*

66. C. CORRUSCANS, pileo carnoso plano viscoso *laevi* glabro, *stipite solido elastico* aequali fibrilloso-striato candido, lamellis plano-decurrentibus tenuibus confertissimis ochraceis. *S. M. p.* 227. *Weinm. p.* 166. In dumetis nemorosis Smoland. raro. Elatus nobis, pileo regulari luteo-ochraceo, saepe fulvo-maculato, ob carnem (albam) mollem numquam granulato. Lamellae 1—2 lin. latae.

57. C. PAPULOSUS, pileo carnoso plano glabro discoideo, *mox rivuloso granulato-punctato*, stipite farcto rigido-fragili fibrilloso extus intusque albo, supra cortinam fugacem nudo, lamellis adnato-decurrentibus confertis postice conjunctis e pallido helvolo-cinnamomeis. In silvis circa Upsaliam sat frequens. Stipes 3 unc. l., ½ unc. cr., nunc aequalis, nunc basi

incrassatus; etiam cavus. Pileus 3 unc. circ. latus, raro gibbus, vulgo disco demum depresso semper obscuriori fuscescente, ceterum subalutaceus; margo tenuis, laevis. Intus totus albus, quo mox a *C. percomi* socio et simili dignoscitur.

58. C. INTENTUS, pileo carnoso convexo-plano molli laevi viscido, stipite *cavo rigido-fragili* obsolete fibrilloso flavescente apice nudo, lamellis adnatis confertissimis angustis *laete croceis.* In pinetis. Stipes aequalis seu sursum attenuatus, 3 unc. l. 4 lin. cr. Pileus 3 unc. latus, testaceo-lutescens l. ochraceus non hygrophanus, sat crassus. Lamellae planae, 1—2 lin. latae, dente saepe decurrente. Sporidia ferrugineo-fulva. Sapor mitis. Cfr. *Secr. n.* 201.

59. C. VESPERTINUS, pileo carnoso convexo-plano molli glabro obsolete viscido, stipite solido elongato subtenui fibrilloso candido basi incrassato, lamellis emarginatis perlatis confertis ochraceo-cinnamomeis. *S. M. p.* 233. *Secr. n.* 238. In Scaniae quercetis, statura et magnitudine varius. Stipes saepe decumbens, firmus, rigens. Pileus subrugosus, non granulatus l. fibrillosus, luteus, interdum pallescens. »Lamellae transversim venosae, acie albidae«. *Secr.* Nuperius a me non lectus hinc separare non audeo: * Pileo in ambitu tenui infracto, stipite nudo, lamellis argillaceo-cinnamomeis. Circa Upsaliam raro.

60. C. LIRATUS, pileo carnoso tenui convexo-plano glaberrimo *hygrophano* viscido, in ambitu radiato-lacunoso, stipite medulla, *linea obscura cornea limitata*, farcto aequali fibrilloso lutescente basi incrassato, lamellis emarginatis confertis dilute ferrugineis. In pinetis [Upsaliae in Kongsparken] catervatim, subcaespit. Stipes rigidus, tenax, flexuosus vulgo, 3 unc. l., 4 lin. cr. Pileus 2 unc. l., e *melleo* subochraceus, saepe repandus, disco laevi. Caro tenuis albicans. Lam. 3—4 lin. l. *Secr. n.* 201 non liquet.

61. C. COMPAR, pileo carnoso convexo-plano laevi glabro viscoso, *margine tenui*, stipite farcto subaequali fibrilloso nitido, *apice lilacino*, lamellis adnatis confertis cinnamomeo-ferrugineis. *Weinm. Ross. p.* 166. — b. major, stipite subcavo basi incrassato, lam. integris. *Secr. n.* 177. In pinetis. Pileus (in a) uncialis, lutescens. Stipes 3 unc. l., albus l. lutescens. Sporidia cinnamomeo-ferruginea ut in praec.

Formae vetustae decolores praeced. in hac regione facile quaerentur, v. c. C. *multiformis* bulbo evanido. Varias formas ambiguas reticeo.

**** *Lamellis olivascentibus.*

62. C. SUBTORTUS, pileo carnoso convexo-expanso obtusato *molli glabro exstrio* viscido, stipite inaequali subtorto pallescente, apice subcavo, lamellis rotundato-adnatis perlatis subdistantibus *cinereo-olivaceis*. *Pers. syn. p.* 284 certissime! *S. M. p.* 222. Locis udis in silvis abiegnis montanis. Stipes 2—4 unc. l., clavatus ventricosusve, *vix coerulescens*! Pileus, disco excepto, tenuis, 1—3 unc. latus, mox alutaceus pallens subsiccus, carne molli pallida, demum rugulosus. Lamellae subvenoso-connexae pallidae.

63. C. AMURCEUS, pileo subcarnoso convexo-plano *squamuloso-papilloso* viscoso, stipite solido subattenuato pallido, lamellis totis adnatis distantibus *luteo*-olivaceis. Locis udis in betuletis paludos. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. l., 2—3 lin. cr. nec violascens, nec nitidus. Pileus lente viscidus, melleo-alutaceus, interdum gibbus, non striatus l. corrugatus. Caro tenuis, aequalis, albicans.

64. C. OLIVASCENS, pileo subcarnoso convexo-expanso glabro viscidulo expallente, *margine* striatulo, stipite farcto attenuato tenui *argenteo-pallescente*, lamellis adfixis subconfertis tenuibus ex olivello-argillaceo cinnamomeis. *Batsch f.* 185. Locis humidis pinetorum, sparsus, rarus. Sapor valde acris. Pileus ex olivaceo fuligineus expallens, fere hygrophanus, et forsan C. *plumboso* magis affinis. Tinctura olivacea lamellarum passim deest.

*Clusii pern. gen. XV* ad hanc tribum pertinet, sed species vix definiendae.

II. MYXACIUM. Velum universale glutinosum, unde stipes simul viscosus, vix bulbosus. Pileus carnosus, subtenuis. Lamellae adnatae, decurrentes. Non confundi possunt Phlegmacia quaedam fibris cortinae rarius viscidulis e glutine pilei defluente.

†. COLLINITI. Stipes floccoso-peronatus, floccis glutine primo obtectis.

65. C. ALUTIPES, pileo compacto convexo-plano obtuso laevi glutinoso, stipite solido valido peronato-annulato glutinosoque, lamellis adnatis *subdistantibus fulvocinnamomeis*. *Lasch Linn. l. c. n.* 303. Cfr. A. aurantio-mucosus. *Secr. n.* 114. A. obtextus. *Wallr. Cr.* 4. *p.* 681. In silvis. Sq. robustior, statura *C. biveli*. Stipes 2—3 unc. l., 4 lin. cr. Pileus 2—3 unc. l., flavo-brunneus l. spadiceus, glaber l. fibrillis adflatus. *Non vidi.*

66. C. ARVINACEUS, pileo carnoso molli explanato glabro viscido, margine patente, stipite procero cylindrico *sericeo-viscoso* albo-lutescente, lamellis adnato-decurrentibus latis laevibus e stramineo ochraceis. A. viscidus. *Scop. p.* 441. *Krombh. t.* 73. *f.* 16—18 e statura; fucatam non vidi. In fagetis. Stipes spithamaeus l. brevior, ½ unc. cr. Pileus 3—4 unc. l., aurantio-fulvus, viscidus tantum nec squamosus l. glutinosus, obtusus. Lamellae ¾ unc. usque latae, crenulatae. Cortina non annularis.

67. C. COLLINITUS, pileo carnoso e convexo-infracto explanato obtuso laevi glutinoso nitido, stipite firmo cylindrico e velo floccoso glutinoso diffracto transversim squamoso, lamellis adnatis ex argillaceo caesiove cinnamomeis. *S. M. p.* 248. *Pers. syn. p.* 281. *Secr. n.* 112 (*Sow. t.* 9 ad n. 69 recedit). *Bull. t.* 549, 596. *Vaill. p.* 62. 14. *Buxb. IV. t.* 9. In silvis, ericetis ubique. Stipes nunc coerulescens, nunc albus, mollis, manifeste simul cortinatus. Pileus aurantio-fulvus, glutine concolori persistente, siccus nitidus. Varr. plurimae: b.) pileo repando, stipite fuscescente: *Batsch. f.* 197. c.) parvus, pileo pallide luteo stramineo, stipite concentrice flavo-squamoso, lamellis albis. d) pumilus, pileo spadiceo-fusco, stipite vix unciali.

* C. MUCOSUS, firmior, stipite laevi sericeo, lamellis ex albido ferrugineis. *S. M. l. c. Bull. t.* 549. *f. D. — F. Krombh. t.* 3. *f.* 5, 73. *f.* 13—15. *Secr. n.* 113. In pinetis. Stipes vulgo albus, interdum vero coerulescens.

68. C. MUCIFLUUS; pileo subcarnoso campan.-expanso *glutine hyalino secedente oblinito, margine striato*, stipite deorsum attenuato molli e velo fugaci floccoso-squamoso viscido, lamellis adnatis distinctis ex argillaceo aquose cinnamomeis. In pinetis copiose. Inter praec. et sq. medius. Pileus livido-argillaceus, adultus vulgo revolutus, depressus et valde repandus, siccus alutaceus opacus. Stipes albus l. coerulescens.

69. C. ELATIOR, pileo cylindrico-expanso viscido, disco carnosulo laevi, ceterum membranaceo *plicato-rugoso*, stipite elongato molli valido utrinque attenuato e velo diffracto squamoso, lamellis adnatis perlatis venoso-connexis rugosisque brunneo-ferrugineis. A. elatus. *Pers. syn. p.* 332 (decr. evidentissima omnem falsam interpretationem mox tollit!) non Batsch. *S. M. p.* 248. *Weinm. l. c.* In silvis frequens. Affinitas cum et differentia a praecc. aeque manifestae! Amplus, pileo tenui maxime

insignis; hic vulgo e spadiceo livido ochraceus s. alutaceus, sed vidi etiam spadiceo-nigrum, violaceo-brunneum, griseum margine violaceo, album; sed exinde varr. non fingas! Lamellae semper obscurae, etiam *violaceo-brunneae* (in *Sow. t.* 9). Stipes albus, variat violaceus, concentrice squamosus et sericeus. Nil cum *C. evernio* habet commune.

70. C. GRALLIPES, pileo carnoso-membr. campan.-expanso umbonato viscido *laevi hygrophano*, stipite e farcto cavo gracili subflexuoso fibroso viscido lutescente, lamellis adnato-decurrentibus distinctis latissimis subferrugineis. A. helvolus. *Swartz. Vet. Ac. H.* Inter Populos et Quercus legi. Habitus C. *hinnulei*, sed viscosus, nec laceratus. Stipes 3—5 unc. l., 2—3 lin. cr., aequalis, tenax. Pileus 3 unc. l., udus fulvus, siccus ochraceus opacus. Lamellae non venosae, postice ½ unc. latae.

† C. SURATUS, pileo carnoso convexo aequali luteo nitido, disco rimoso brunnescente dein depresso, stipiteque solido bulbilloso flexuoso lutescenti-squamoso, apice nitido violascente, lamellis adnatis subconfertis tenuibus e violaceo sordide carneis. *Secr. n.* 116. In pinetis. Pileo (uncial.) stipiteque *viscidulis* a C. *spilomeo*, pro quo habet Secr., abunde differt. *Non vidi.*

†† DELIBUTI. Velum mere viscidum, hinc stipes non simul floccoso-peronatus; siccus vernicosus.

* *lamellis ex albido argillaceis.* Cfr. n. 28.

71. C. NITIDUS, pileo carnoso convexo-plano depressove glabro viscoso discoideo, stipite subfarcto clavato elastico albo, primo viscido *apice albo-farinaceo*, dein nudo sicco, lamellis *vere et aequaliter attenuato-decurrentibus confertis* angustis argillaceis. *Schaeff. t.* 97. A. flavescens *Wallr. Crypt.* 4. In silva frondosa [Hägnen ad Femsjö] copiose et saepe legi. Maxime insignis. Stipes tenax saepe cavus, curvatus, 2—4 unc. l., ½ unc. cr., haud bulbosus. Pileus 2—5 unc. l., primo [passim gibbus] glutinosus, laevis, exsiccatus saepe rivulosus, alutaceus, disco obscuriori; variat albus. Caro alba, disci sat compacta.

72. C. EMUNCTUS, pileo leviter carnoso camp.-convexo laevi glabro viscoso, stipite farcto molli attenuato glutinoso pallido, *apice nudo albo, lamellis adnatis subdistantibus* latis ex argillaceo aquose cinnamomeis. In pinetis. Color tam pilei, quam stipitis e dilute violaceo griseus. Stipes 2—3 unc. longus, 3—4 lin. cr., intus spongiosus. Pileus obsolete gib-

bus, 1—2 unc. l. demum griseo-alutaceus opacus, margine declivi, carne ubique tenui molli albida. Lamellae 3—4 lin. latae, breviores angustiores, postice connexae, acie integerrima et concolori.

73. C. LIQUIDUS, pileo carnosulo convexo-plano laevi glutinoso, *sicco sericeo albicante*, stipite fistuloso rigido-fragili attenuato glutinoso albo, lamellis *vere decurrentibus distantibus* serratis subargillaceis. *Secr. n.* 216. excl. syn. Locis humidis inter folia decidua Fagi. Stipes elongatus, debilis, ut saepe decumbat, non floccosus. Pileus $1\frac{1}{2}$ unc. latus, fragilis, flavidus, muco defluente. *Var.* pileo submembranaceo remote striato albido, umbone prominente luteo.

** *lamellis primo violaceis, cyaneis, rubellis.*

74. C. SALOR, pileo conico-camp. viscoso, dein expanso, disco compacto gibboso, margine tenui innato-fibrilloso violaceo, stipite solido bulboso conico-attenuato glabro *velo glutinoso coeruleo ad apicem tecto*, lamellis adnatis subdistantibus integerrimis griseo-argillaceis *acie violacea*. In nemoribus frondosis, serotinus. Valde *nobilis*, firmus. Stipes extus intus albus, sed junior a velo (haud floccoso) cyaneus, basi 1 apice $\frac{1}{2}$ unc. usque crassus. Pileus griseus, circa marginem primo eleganter violaceus.

75. C. DELIBUTUS, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso laevi stipiteque farcto elastico *tenui attenuato albido glutinosis*, lamellis adnatis subdistantibus serrulatis e *cyaneo-pallido* argillaceo-ferrugineis. Frequens locis graminosis in fagetis Suec. merid., pinetis (Kongsparken) Upsaliae. Minor, mollis, intus albus. Stipes 2—4 unc. l., 3—4 lin. cr., nitidus, apice demum cavus. Pileus 2—3 unc., flavidus, interdum disco fulvo, glaber l. exoletus fibrilloso-sericeus. Lamellae latae, planae, obsolete emarginatae denticulo decurrente. — *Var.* pileo stipiteque glaberrimis *luteo-viscosis*, siccis nitidis (apex stipitis tantum albus) carne albido-flavida — ad ripas graminosas. Lamellae pallidiores et confertiores.

76. C. ILLIBATUS, pileo carnoso tenui campan.-convexo pelliculoso stipiteque cavo molli tenui albo glabris viscidis, lamellis adnato-decurrentibus arcuatis *confertis* ex *incarnato* argillaceo-cinnamomeis. In pinetis raro. Stipes 3 unc. l., 2 lin. cr. basi incrass. Pileus 1—2 unc. lat., luteus, disco saturatiori, carne alba, molli, disco excepto admodum tenui. Cortina admodum fugax.

*** *lamellis primitus ochraceis l. cinnamomeis.*

77. C. EPIPOLEUS, pileo tenui convexo-plano gibbo laevi *cano-micante*, disco carnoso, stipiteque farcto bulboso-clavato obsolete violaceo viscosis, lamellis decurrentibus cinnamomeis acie repandis subdistantibus. Raram et singularem speciem Upsaliae detexit *Arrhenius.* Stipes intus spongiosus demum pertusus, elasticus sed fragilis, 3 unc. l., apice 3—4 lin. crassus, intus albidus. Pileus 2—3 unc. latus, *glaber quidem* sed micore peculiari cano quasi sericeus, opacus tamen!, disco excepto fere membranaceus et inter pelliculosos et scissiles ambiguus. Lamellae postice latissimae, 3—4 lin.

78. C. STILLATITIUS, pileo tenui convexo-plano subumbonato laevi *stipiteque cavo mollissimo* aequaliter attenuato *glutine coeruleo primo oblinitis*, lamellis emarginatis subdistantibus latis cinnamomeo-ferrugineis. In pratis muscosis nemorosis montanis raro. Pileus glutine stillatim diffluente fusco-lividus l. griseo-albus, glaber, 2 unc. l., carne hygrophana. Stipes 2, vix 3 unc. l. 3—4 lin. cr., apice nudus. Fabrica C. *elatioris*, sed velum non floccosum. Cfr. *Secr. n.* 172, notis in affin. variis tantum diversus.

79. C. VIBRATILIS, pileo carnoso tenui subplano (gibbove) laevi glabro viscoso nitido hygrophano, stipite farcto *molli conico attenuato niveo*, velo glutinoso fugaci, lamellis subadnato-decurrentibus tenuibus confertis e pallide ochraceo cinnamomeis. *S. M. p.* 227. *Weinm.! p.* 166. *Secr. n.* 205. Vulgatus in silvis. Odore et sapore felleo insignis. Habitus C. *armeniaci* sed stipes mollissimus; pileus velumque *subcingulatum!* jove udo glutinosi, color omnium partium laetior, pilei omnino vibrans udus fulvus, siccus luteus. Magnopere variat: inter muscos humidos stipite elongato aequali flexuoso, sed fragili nec elastico. Interdum expallet, fere albicat exacte respondens *Secr. n.* 214.

80. C. PLUVIUS, pileo carnosulo e globoso convexo glabro viscido hygrophano, stipite e farcto cavo *gracili subaequali molli albo-pallescente*, lamellis e decurrenti secedentibus confertis ex albo ochraceis. *S. M. p.* 236. *Secr. n.* 265. — *Batsch f.* 190 etiam h. l. videtur. In pinetis densis, raro. Ad praeced. accedit ut C. *decipiens* ad C. *armeniacum*, sed *pileus* $\frac{1}{2}$—1 unc. l. vix umbonatus helvolo-ochraceus *parum viscosus*, cortina jove sicco fibrillosa tenuis alba, stipes mollis nunc brevis, nunc ad 3 unc. elongatus, 2—3 lin. cr., lamellae demum liberae pallidae.

Speciem lamellis olivaceis ex hac tribu nondum vidi

A. *fulvofulig.* Secr. n. 184, quoad var. C., a C. elatiori notis datis non dignoscitur.

Ser. 2. Pilei pellicula, a velo universali colorato saepe orta, primitus fibrillosa l. sericea, *absolute sicca*, quare *color non hygrophanus.* Caro aequalis.

III. INOLOMA (S. M. p. 217 †). Pileus aequaliter carnosus, siccus, primitus squamis fibrillisve innatis sericeus, carne contigua, haud hygrophana. Velum simplex. Stipes carnosus, subbulbosus. *Species pernobiles;* similes inter Telamonias differunt pileo glabro udo, fibrillis albis superficialibus, sed demum lacerati, cum Inolomata glabrescentia, velo duplici.

* *lamellis primo albis pallidisve.* Cfr. n. 5, 6.

81. C. OPIMUS, pileo crasso compacto convexo-plano inaequali *sicco tomento alutaceo adpresso* rimose-rivuloso, stipite duro obeso fibrillis albis cortinato pallido, lamellis emarginatis subconfertis ex albido argillaceis. In silvaticis ad terram, raro. Informis, ponderosus. Stipes 1—2 unc. longus et crass., basi attenuatus. Pileus obtusissimus, alutaceus, repandus, margine saepe infracto, tum lam. crispae. Caro albida.

82. C. ARGUTUS, pileo compacto e conico explanato subgibbo *sericeo fibrilloso ochraceo*, stipite solido ventricoso fibroso-squamoso albo-lutescente, *basi arguta radicato*, lamellis adnatis subdistantibus ex albo argillaceis. In nemoribus frondosis; pluribus locis circa Upsaliam, serotinus. Caro valde dura, candida. Stipes passim peronato-annulatus. Pileus primo late conicus, dein acute gibbus, dein explan. obtusus glabratus. Statura admodum varia, sed alii vix affinis.

83. C. TURGIDUS, pileo compacto obtuso e maucoso-atomato glabrato argillaceo-albo nitente, margine primo sericeo, stipite valido bulboso rimoso-striato glabro argenteo-splendente, lamellis emarginatis confertis ex albido pallide argillaceis. *Batt. t.* 9. *f. C.* quoad stipitem, pileus non explicatus. In fagetis etc. raro. Valde insignis, a tribu abnormis, sed ob pileum valde carnosum h. l. recepi. Stipes spongioso-elasticus, valde tumescens, extus rigidus, longitudinaliter fibris in rimas fissis; superficies variat undulata. Pileus 2 unc. latus, demum glaber, carne albida. Lam. 2 lin. latae. Cortina fibrillosa, obsoleta. Olidus.

84. C. ARGENTATUS, pileo carnoso convexo glabrescente argenteo-splendente, disco subgibbo pallescente, *circa marginem primo lilacino-sericeo* dein leucophaeo, stipite valido albo

intus concolori, lamellis emarginatis confertis serratis e pallido aquose cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 286. var. minor. *S. M. p.* 218. *Krombh. t.* 2. *f.* 27. *Weinm. p.* 158. In silvis [etiam quercetis] rarior. Magnus, validus, pallescens, subolidus, non vero, ut n. 92, foetens. Stipes nunc brevis bulbosus, nunc 4 unc. l. subaequalis, cortina fugaci excepta glaber, basi demum obsolete lutescens. Pileus 4 unc. usque latus. In pinetis var. minor.

** *lamellis cum velo stipiteque violascentibus.* (Lamellae n. 98, 101 etiam violaceae; sed colore stipitis et veli recedunt).

85. C. VIOLACEUS, obscure violaceus, pileo carnoso obtuso *villoso-squamoso*, stipite bulboso spongioso villoso, intus violaceo-cinereo, lamellis adfixis latis crassis *distantibus* obscurioribus. *Linn.* — *S. M. p.* 217 cum syn. *Sv. Bot t.* 288. *Hedw. fil. Obs. t.* 4. *Secr. n.* 146. *Vaill. n.* 45. *p.* 67. *Weinm. p.* 150. A. hercynic. *Pers.* In silvis Europae praec borealis. Magnus, speciosus, inodorus, unicolor. *Bull. t.* 250 hujus colore gaudet, sed laevigatus ut sq. [Ex hac nobilissima sectione hunc, C. *violaceo-cin.* et C. *hircosum* Upsaliae hactenus tantum vidimus].

86. C. CYANITES, pileo carnoso obtuso *sericeo-laevigato* pallide coeruleo, stipite bulboso laevigato coeruleo, *intus succoso sanguineo-rubente*, lamellis rotundatis subconfertis primo laete cyaneis. — *Secr. n.* 147 excl. syn.; A. cyaneus *Pers. syn. p.* 276 «pileo glabro nitido», ipso indicante, est status junior exsiccatus C. coerulesc. In nemoribus humidis, fagetis. Stipes compressus succum sanguineum fundit. Pileus demum glaber livido-fuscescens. Caro primo pallide coerulea, dein sordide alba et saepe rubens. Var. *major*, pileo stipiteque compactis, tardius rubentibus, lamellis subdistantibus cyaneo-cinerascentibus.

87. C. MURICINUS, pileo compacto obtuso glabrescente violaceo-rufescente, margine fibrilloso, stipite bulboso exsucco *villoso* lamellisque emarginatis subconfertis violaceo-purpurascentibus. *Mich. t.* 74. *f.* 1. *Secr. n.* 151. non obstat. In silvis abiegnis. Stipite valido sublanato, pileo crasso spongioso 3—4unc. lato, lamellis ½ unc. latis demum rufescenti-hepaticis, odore peculiari a simili C. *canino* differt. Caro exsucca, e coeruleo albicat. Variat pileo naucoso-granulato.

88. C. VIOLACEO-CINEREUS, pileo carnoso obtuso e *violaceo umbrino squamuloso-punctato*, stipite clavato-bulboso fir-

mo exsucco violaceo-pallescente, lamellis adnatis subconfertis purpurascenti-umbrinis. *Pers. syn. p.* 279. *S. M. p.* 217. c. syn. *Secr. n.* 152. *Weinm. p.* 152. *Schaeff. t.* 3. In silvis frondosis. Odor haud notabilis. Pileus junior magis sericeus. Lamellae demum cinnamomeae. Caro pilei e sordido albicans, stipitis pallide violaceo-rubens. Mutabilis et descr. nonnihil divergunt v. c. *Weinmanni* lamellis confertissimis.

89. C. ALBOVIOLACEUS, pileo carnoso fibrillis innatis *sericeo, demum late gibbo* stipiteque clavato medio subcingulato violaceo-albicantibus, lamellis adnexis subconfertis serrulatis primo *cinereo-violaceis*. *Pers. syn. p.* 286. *S. M. p.* 164. *Weinm. p.* 153. *Secr. n.* 155. In nemoribus frondos. Minor, inodorus, insipidus, stipite subconico et saepe peronato-annulato.

90. C. MALACHIUS, pileo subcompacto obtuso e pallide lilacino mox decolore glabrato, primo albo-fibrilloso, stipite bulboso coerulescente peronato intus veloque albicante, lamellis emarginatis confertis pallide purpurascentibus dein aquose ferrugineis. *S. M. p.* 218. *Weinm. p.* 155. *Secr. n.* 153. In pinetis montanis copiose. Amplus, stipite toto carnoso molli, pileo aequaliter carnoso, subcanescente, e statu primario huc referendus; sed demum decolor et hygrophanus *C. armeniaco* similior. Vidi quoque annulo perfecto membranaceo, ideoque inter trib. III, V, VI omnino medius.

91. C. CAMPHORATUS, pileo carnoso obtuso e lilacino-sericeo glabrato decoloreque, stipite bulboso exsucco, basi intus albo, cortinaque coerulescentibus, lamellis tenuibus confertis laete coeruleis, dein purpurascentibus. *S. M. p.* 218. *Lasch. Secr. n.* 148. In pinetis montosis copiose. Magnus, odore gravissimo. Stipes junior peronato-lanatus; bulbus non marginatus. Pileus neutiquam hygrophanus aut viscosus. Caro coerulea. Lamellae nunc decurrentes, nunc emarginatae.

92. C. HIRCINUS, pileo carnoso obtuso gibbove fibrillis adpressis violaceis sericeo expallente, disco glabrato ferruginascente, stipite bulboso exsucco cortinato violaceo-pallido, *basi intusque lutescente*, lamellis emarginatis subdistantibus latis e violaceo cinnamomeis. *Bolt. t.* 52, licet obscurior; hujus loci! *Secr. n.* 170. In pinetis region. campestr. Proximis exacte medius utroque minor at sq. propior, odore fungi, praecipue vetusti, foetidissimo. Caro sordida, demum lutescens.

*** *Lamellis velove cinnamomeis, rubris, ochraceis.*

(C. *subferrugineus*, C. *armillatus* hoc loco facile quaeruntur.)

93. C. TRAGANUS, pileo carnoso obtuso e lilacino-fibrilloso glabrato decoloreque, stipite bulboso spongioso *albo violaceo, intus croceo*, lamellis emarginatis crassis crenatis distantibus *primitus croceo-ochraceis. S. M. p.* 217. *Secr. n.* 169. *Weinm. p.* 155. *Schaeff. t.* 56. Copiose in pinetis montanis. Praecedd. simillimus, sed *lam. colore numquam violascente*, pileo subcompacto, demum extus intusque lutescente facile distinctus. Odor hircinus, foetens; var. *finitima* Weinm. l. c. odore grato, mihi ignota.

94. C. SUILLUS, pileo carnoso convexo obtuso *testaceo-pallescente*, versus marginem primo sericeo dein innato-squamuloso, stipite clavato spongioso inferne adpresse albolanato, medio fibrilloso, *apice sericeo-laevigato violaceo*, lamellis adnatis latis subdistantibus opacis cinnamomeis. In silvis abiegnis raro. Stipes validus, 4 unc. l. sordide pallens, tactu obscurior. Pileus 3—4 unc. latus, fragilis, carne sordida. Lamellae $\frac{1}{2}$ unc. et ultra latae, fragiles, basi venoso-connexae. Odor mere funginus. *Similem*, non satis cognitum, stipite acyaneo vidi in fagetis.

95. C. TOFACEUS, pileo carnoso obtuso *ochraceo-fulvo villoso-squamoso, carne alba*, stipite bulboso villoso-squamoso veloque fibrilloso lutescentibus, lamellis emarginatis distantibus fulvo-cinnamomeis. In fagetis raro, ubi vero adest copiosus, subcaespitosus. Specimina solitaria majora C. *violaceum* ex omni parte respondent excepto colore totius ochraceo; caespitosa vero paulo tenuioria, stipite saepe torto. Odor non notabilis.

* C. REDIMITUS, pileo tenuiori demum late gibbo aureo-luteo, fibrillis adpressis obscurioribus variegato, stipite fibrilloso-striato. Item in fagetis, sed numquam in prioris societate visus.

96. C. CALLISTEUS, luteofulvus, pileo carnoso convexo-plano glabrato laevi innatoque-squamuloso, margine subsericeo, carne albo-lutescente, stipite elongato bulboso fulvofibrilloso, lamellis adnatis postice floccoso-connexis. *S. M. p.* 228. *Weinm. p.* 167. In silvis abiegnis densis, Smoland., Upsaliae. *Insignis*, inodorus. Stipes 3—4 unc. l., a basi molli clavata attenuatus, apice 3—4 lin. cr., totus carnosus, extus intusque rhabarbarinus. Pileus aequaliter carnosus sed sat tenuis, non hygrophanus, nitens, 2 unc. l., margine declivi l. infracto, velo concolori fibrilloso primo appendiculato.

Lamellae primo subconfertae, dein subdistantes; oblongae, planae, flosculorum instar *Poae* inter se et stipiti adnexae.

97. C. Bulliardi, pileo carnoso campanulato convexo subgibbo laevi squamulosove rufescente, stipite bulboso curto firmo *deorsum fibrillisque cinnabarrinis*, apice albicante, lamellis adnexis latis e purpurascenti ferrugineis. *Pers. syn. p.* 289. *S. M. p.* 221. — *Bull. t.* 431. *f.* 3. In fagetis. Statura minor, sed robustus, olidus. Pileus 2 unc l., vulgo glaber, sed etiam totus fibrillosus. Caro albida, stipitis vero ad basin rufesc. — Habemus *var.*, C. muricino et C. canino accedentem stipite sursum violaceo deorsum rubente, pileo violaceo-rufescente, carne ad lamellas coerulescente, lamellis confertioribus. *Secr. n.* 158.

98. C. pavonius, pileo carnoso convexo obtuso *in squamas latas miniatas diffracto*, stipite solido curto bulboso fibrillis rufis cortinato, lamellis emarginatis subdistantibus e *violaceo* cinnamomeis. In silvis raro. Sq. admodum affinis, ut primo var. finxi sed notis datis insignis, valde elegans. Caro firma alba.

99. C. bolaris, pileo carnoso obsolete umbonato pallescente, *squamis innatis pilosis adpressis croceo-rubris* variegato, stipite e farcto cavo subaequali squamoso concolori, lamellis subdecurrentibus confertis aquose cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 291. *Ic. pict. t.* 14. *f.* 1. *S. M. p.* 228. *Secr. p.* 253. A. hispidus. *Scop. Carn. p.* 444. In fagetis haud raro. Elegantissimus, nunc solitarius major, stipite valido, lamellis demum distantibus, nunc subcaespitosus stipite tenui flexuoso subsolido. Caro compacta alba pileusque non hygrophani.

100. C. craticius, pileo carnoso campan.-expanso obtuse umbonato *fibrillis innatis implexo-sericeo lateritio-rubello*, stipite solido sursum attenuato glabro pallescente, basi tomentoso, lamellis semiadnatis confertis e pallide dein obscure cinnamomeis. Inter folia Fagi subcaespit.; at raro, in Hallandia lectus. Odor Raphani. Cortina rubella, fugax. Stipites, ut inter folia mos est, adscendunt, basi rubello-l. albido-tomentosa. Pileus 2 unc. l., expallens, non hygroph. Caro exsucca, pallida, haud crassa.

**** *Lamellis velove obscuris, fuscis, olivaceis* etc.

101. C. pholideus, pileo carnoso expanso obtuse umbonato cervino, *pilis fasciculatis innatis nigricantibus dense squamuloso*, stipite attenuato squamis fusco-fuligineis transverse squarroso annulatoque apice laevi violaceo, lamellis sub-

emarginatis confertis e *violaceo* argillaceo-cinnam. *S. M. p.* 219. *Weinm. p.* 149. [excl. nom. Liljebl.] — *Alb. Schw. t.* 12. *f.* 1. In dumetis humidis ad terram, hinc ut Smolandiae vulgatiss. illinc ut Upsaliae rariss. *Nobilis*, subolivascens (est sane e serie olivacea), pileo sat tenui non hygrophano, sed colore sensim laetiori, interdum cinnamomeo.

102. C. SUBLANATUS, pileo carnoso campan.-expanso umbonato alutaceo-fuscescente, squamulis pilosis innatis, stipite bulboso-attenuato sursum glabro pallido, deorsum tomento fusco squamoso, lamellis subadnatis vix confertis olivaceo-lutescentibus. *Sowerb. t.* 224! *S. M. p.* 214. A. conopus. *Pers. syn. p.* 285 teste *Schwein.!* In silvis rarior. Odor Raphani. Velum fuscum passim cingulatum. Stipes conico-elongatus, apice pallescens (violascens l. acyaneus). Color saepe olivascens, pileusque demum ferruginasc., plus minus carnosus. Multis rationibus ad Telamonias accedit. Cfr. *Secr. n.* 285, 187.

* C. PHRYGIANUS, pileo carnoso obtuso melleo, fibris densis simplicibus nigris hispido, stipite bulboso fibris nigris laxis reticulato, lamellis rotundatis subconfertis sordide luteis. Locis umbrosis udis in fagetis. Habitus fere A. *mellei*, odore Raphani. Species potius distincta, sed semel lecta.

103. C. ARENATUS, pileo carnoso convexo, primo gibbo, *squamulis floccosis granuloso helvolo-fuscescente*, stipite clavato-attenuato ultra medium peronato fusco-squamuloso, apice laevi pallido, lamellis emarginatis ventricosis subconfertis lutescente-cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 293. A. psammocephal. *Bull. t.* 586. A. cannabiolens. *Secr.* n. 286 non obstat.! In silvis mixtis montanis. Praecedd. arcte cognatus, junior itidem olivascens, a formis decoloratis C. *pholidei* aegre discernendus, sed lam. numquam violaceae.

104. C. PENICILLATUS, pileo carnosulo convexo umbonato ferrugineo-fusco, *squamis innatis densis floccoso*, stipite farcto *gracili aequali* squamis adpressis fusco-ferrugineis vestito, lamellis adnato-secedentibus subconfertis obscure brunneis. In pinetis Uplandiae, raro. Stipes 2—3 unc. l, 2—3 lin. cr.; fragilis, ipso apice tantum nudus sericeus pallidior. Pileus regularis, uncialis l. parum ultra, demum fulvescens, carne pertenui concolori. Lamellae planae, ventricosae, 3 lin. latae, acie dilutiores.

IV. DERMOCYBE. Pileus tenue et aequaliter carnosus, *primo* villo subinnato *sericeus*, sed adultus glabratus, *siccus nec hygrophanus*. Caro uda aquosa l. colorata. Stipes aequa-

lis l. attenuatus, extus rigidior, elasticus l. fragilis, intus farctus cavusve. Velum simplex, fibrillosum, in n. 111 cingulatum. — *Tribus naturalis, tenuitate et substantia nec non stipite ab* Inolomatibus, *pileo non udo nec hygrophano ejusque indumento* brevi, floccoso atomatove, *colore laetiori* etc. a *sqq. facile distincta.*

* *Lamellis primo albidis l. pallidis.*

105. C. OCHROLEUCUS, pileo carnoso convexo e gibbo obtuso laevi glabrello pallescenti-albo, stipite *solido firmo ventricoso* albo apice fibrilloso cortinato, lamellis adnexo-liberis confertis ex albido argillaceo-ochraceis. *Schaeff. t.* 34 (colore pilei etc. nonnihil recedit) *S. M. p.* 234! *Weinm. p.* 158. *Secr. n.* 239 non obstat. Species rara, distincta in Scaniae quercetis a me lecta. Inodorus, sapore amaricante, non ingrato. Stipes 3 unc. l., 4—5 lin. cr. Pileus 2 unc. l., sub lente sericeus. Cfr. *n.* 83 ob stipitem rigidum et colorem affinem, sed valde bulbosum, pileo compacto.

106. C. DECUMBENS, pileo carnoso convexo-expanso laevi glabrato albo, dein lutescente nitido, stipite e farcto cavo clavato-bulboso adscendente glabro, lamellis adnexis confertis primo argillaceis. *Pers. syn. p.* 286. *Fr. Obs.* 2. *p.* 49. *Secr. n.* 241. Locis graminosis silvat. raro. Minor; stipes 2 unc., demum inaequalis, cavus, apice subpruinatus. Pileus 1—1½ unc. l., primo saepe gibbosus, sericeo-nitens, pellicula fibrillosa, licet glaber. — Fungum *Alb. Schw. n.* 446 etiam nos in silv. abiegn. muscosis legimus colore primo omnino albo, stipite nudo. — *Secr. n.* 209 sq. videtur proximus.

107. C. RICULATUS, pileo carnoso convexo-plano gibbo lutescente, micore sericeo adpresso albicante disco nudo, stipite cavo laevi glabro recto pallescenti-albo, basi solido incrassato, lamellis *adnatis* subconfertis ex pallido aquose ferrugineis In silvis acerosis, raro. Praeced. cum sqq. eximie connectit. Inodorus. Stipes 2 unc. l. parum ultra l., apice 3 lin. cr. politus, cortina fibrillosa. Pileus 2—3 unc. l., colore melleo sed disco excepto primo floccis laevigatis (ut primo obtutu glaber) vestitus. Lam. 2 lin latae.

108. C. TABULARIS, pileo carnoso aequali mox applanato e flocculoso glabrato fuscescenti-argillaceo pallescente, stipite farcto tenaci elastico albo adpresse fibrilloso-squamoso glabrove, lamellis emarginatis confertis ex albido argillaceis. *S. M. p.* 221. *Secr. n.* 166. *Bull. t.* 431. *f.* 5. A. ochroleucus. *Pers. syn. p.* 295. var.! In silvis praec. frondosis.

C. *anomalo* major, pallidior, glabrior, lamellis primo vel omnino albidis vel fugacissime caesio-albidis. Lamellae demum etiam subferrugineae. Pileus singulari modo saepe humore aqueo tectus, tum flocci in zonam albam circa marginem in exsiccatis confluunt.

109. C. CAMURUS, *fragilis*, pileo carnoso tenui gibbo glabrato inaequali fuscô-canescente expallente, stipite subcavo aequali curvato extus intusque albo, apice argenteo nitido, lamellis subadnatis confertis tenuibus ex argillaceo-griseo fuscescentibus. — *Bull. t.* 431. *f.* 4 obscurior! In silvis caeduis caespitosus! Singularis, admodum fragilis. Stipes 3 unc. l., 3—4 lin. cr., tortus l. adscendens, deorsum longitudin. adpresse fibrillosus. Pileus inaequaliter carnosus, margine submembr., mox glaber, sed non hygrophanus, 2—3 unc. latus, saepe rimose incisus, demum lutesc. disco saturatiori. Caro alba. Lam. 2—3 lin. latae, acie concolori integerrima, numquam caesiae.

110. C. DIABOLICUS, pileo carnoso tenui hemisphaerico obtuso, dein gibboso fuscescente griseo-naucoso, demum glabro fulvo-lutescente, stipite farcto subtenui glabro pallescente, apice caesio, lamellis subemarginato-adnexis confertis e pallido (albido, fugaciss. caesio) argillaceis. *S. M. p.* 221. *Secr. n.* 175. In fagetis montosis passim. Singularis species, sed formae et coloris mutationibus difficilis, vetustior ad C. *raphanoideum* facile rejiciendus. Inodorus. Stipes basi fere attenuatus. Pileus passim inaequalis, rimosus. Lam. demum cinnamomeo-ochraceae, fere distantes.

** *Lamellis primo violaceis, purpurascentibus.*

111. C. CANINUS, pileo carnoso convexo-applanato obtuso *glabrato lateritio-rufo* decoloratoque, stipite clavato-bulboso elastico adpresse fibrilloso subperonato (passim cum zona fusca a cortina) pallido, apice violaceo, lamellis emarginatis latis subdistantibus e purpurascenti cinnamomeis. *S. M. p.* 221. *Weinm. p.* 153. *Secr. n.* 165. *Buxb.* 4. *t.* 22. *Bull. t.* 544. *f.* 1. h. l. sed fallax. In silvis passim. Major, firmior, sed colore (etiam lamellarum) mutabilis. Pileus aequalis, non rimosus, circa marginem micore sericeo canus, 3—4 l. Caro mollis, alba, non violacea; demum potius lutescens. Lam. color intensitate admodum varius et pileus junior fuscescens, siccus fulvescens.

112. C. MYRTILLINUS, pileo carnoso e gibbo applanato fuligineo, fibrillis sericeis albis canescente, stipite farcto bulboso *alboser iceo azono* albicante, lamellis adnatis *subdistanti-*

*bus amethystino-coeruleis* dein coerulescenti-argillaceis. *Bolt. t.* 147. In fagetis circa truncos rarior. Color et habitus *Ag. nudi*, ut qui illum cortinatum dicant, hunc ante oculos habuisse videantur. Caro primo aquose fusca, dein alba, in stipitis apice tantum violascens. Pileus non rufescit nec lamellae purpurascunt, nec velum peronatum.

113. C. AZUREUS, pileo carnoso obtuso sericeo-nitente atomatoque lilacino canescente, stipite farcto *glabro striatulo*, basi incrassato villoso albicante, lamellisque subconfertis laete coeruleo-violaceis. *Krombh. t.* 2. *f.* 25. In fagetis Smolandiae inter muscos etc; inter folia minor *stipite incurvo*. Solitarius, elegans, carne stipitis coerulea, pilei alba nec scissilis, nec hygrophana. Stipes subfragilis saepe tortus, amoene coeruleus, 3 unc. l., 4 lin. cr. Pileus $1\frac{1}{2}$—2 unc. l., convexo-planus primo lilacinus, dein fusco-pallens. Lam. 2 lin. latae, tenues, primo leviter emarginatae, dein decurrentes.

114. C. INCURVUS, pileo carnoso tenui planiusculo glabrato albo-lutescente, stipite farcto aequali incurvo albo-pallescente *sursum minute albosquamuloso*, lamellis emarginatis confertis *latis* planis e lilacino ochraceis. *S. M. p.* 220. *Weinm. p.* 154. Iuvenilem (forte violascentem) non legi, sed e statura hic potissimum *Pers. ic. et descr. t.* 7. *f.* 5. In querceto Reften Scaniae legi. Stipes 2—3 unc. l. apice violaceus. Pileus $1\frac{1}{2}$ unc. latus, absque facie canescente. Lamellae laete croceo-pulverulentae hanc speciem facile separant.

115. C. ANOMALUS, pileo carnoso tenui convexo obtuso, dein gibbo, fuligineo-rufescente, fibrillis secedentibus canescente decoloreque (fulvente), stipite subfarcto tenui attenuato *fibrilloso subsquamoso* violaceo-pallido, lamellis confertis dente decurrentibus e cyaneo-purpurascenti cinnamomeis. *Fries Obs.* 2. *p.* 73. *S. M. p.* 220 var. *α*. *Weinm. p.* 153. *Bull. t.* 431. *f.* 3. *Letell.* t. 634. (non vidi) Cfr. *Secr.* 167, 168. A. eumorphus. *Pers.* quatenus Cortin. *Alb. Schw. n.* 500. In silvaticis montanis, non per regiones camp., in silvis, pratis silvaticis muscosis inter Betulas etc. copiosissime. Gregarius, minor, carne aquosa, cortina colorata, lamellis nunc emarginatis, nunc decurrentibus, nunc violaceis, nunc purpurasc., nunc caesiis; semper tenuibus angustis. *Varietas* gracilior, stipite tenui aequali glabro flexuoso in pinetis. Licet constantissimae sint, ob summam affinitatem et colorem mutabilem (vix variabilem) n. 108—117 ut hujus subspecies consi-

defare posses. *Haec affinitas* in eisdem determinandis semper attendenda, ne heterogenea immisceantur.

116. C. SPILOMEUS, pileo carnosulo gibbo sicco glabrescente fuscescente decoloreque, stipite subcavo tenui albo-lilacino *squamis rufis fulvisve eleganter variegato*, lamellis emarginatis confertis angustis cyaneo-lilacinis pallentibus demum cinnamomeis. *S. M. p.* 220 var. major — minime Secr.! In pratis declivibus umbrosis, betuletis etc. passim abundans, subcaespitosus. Ex elegantissimis, quoad stipitem C. *bolari* similis, sed multo tenuior, subaequalis, squamae quoad indolem C. *pholidei*, sed ipsa cortina alba. In silvis abiegnis occurrit solitarius et paulo major. *Fr Obs.* 2. *p.* 83.

*Obs.* Si A. *violaceus Sow. t.* 209, ex habitu A. *personatus*, verus Cortinarius, ut descr. svadet, ad C. *myrtillinum* n. 112 referatur. A. *araneosus Sowerb. t.* 384. *f.* 1. omnino est status decolor cujusdam praecedd., v. c. n. 108, 115, vix C. *spilomei;* maculae enim fulvae in stipite sparsae, e sporidiis, nec squamis, ortae. — *Secr. n.* 173 non differt e descr. ab A. *hepatico* Weinm. s. A. *personato* n. 168, sed hic nullo pacto cum Cortinariis comparandus. *Ob carnem albam pilei*, qua hujus sectionis species ab analogis Inolomatum differunt, *Secr. n.* 166—168 sine dubio hujus loci: ex syn. Auct. indicavi, sed cum meis homonymis non bene conveniunt, potius cum n. 112—114. In genere synonyma hujus regionis e notis primariis, nec habitu, definita.

*** *Lamellis nitide cinnamomeis, rubris, luteis.* Stipes cortinaque fibrillosa colorati. *Elegantes!* Cfr. n. 99.

117. C. MILTINUS, pileo carnoso tenui convexo badio-cinnamomeo, mox glaberrimo nitido, stipite fistuloso tenaci sursum aequaliter attenuato cinnamomeo rubrofibrilloso, basi incrassato albo-tomentoso, lamellis adnatis angustis planis confertis ferrugineis. Circa Upsaliam ab *Arrhenio* et me pluries lectus. Tota indoles praecedd., sed colores C. *cinnamomei.* Stipes eximie cartilag., 2—3 unc. l., 2—3 lin. cr. apice a cortina rubella villosus. Pileus obtusus l. late gibbus, 1½ unc. l., siccus expallens testaceus disco subbadio; carne aquosa, dein lutescente. — *Intermedius* inter hunc et C. *tabularem*, robustior pallidior, lam. latioribus subconfertis, stipite brevi — nondum liquet.

118. C. CINNABARINUS, pileo carnoso obtuso sericeo; dein glabrato nitido stipiteque farcto brevi fibrilloso veloque

*coccineo-cinnabarinis*, lamellis adnatis latis *subdistantibus* obscurioribus. A. purpureus *S. M. p.* 228. *Lasch. n* 571. In fagetis, nobis haud rarus. Stipes firmus, passim bulbosus, numquam lutescens, quo et tota nitida facie a C. *purpureo* Bull. t. 598, C. *cinnamomeo* proximo, differt. Lamell. acies inaequalis.

119. C. SANGUINEUS, pileo carnoso tenui obtuso innato-sericeo squamulosove stipiteque e farcto cavo tenui aequali veloque *obscure sanguineis*, lamellis confertis latiusculis obscurioribus. *Jacq. Coll.* 2. *t.* 15. *f.* 3. *S. M.* c. syn. *Sowerb. t.* 43. *Bolt. t.* 56. *Secr. n.* 249. A. santalinus *Scop.* In silvis abiegnis fr. Stipes basi potius attenuatus; quam incrass., compressus succum sanguineum fundit. Proximis tenuior.

* C. ANTHRACINUS, pileo innato-fibrilloso brunneo-cinnamomeo, stipite fibrilloso-striato pallido (lateritio-rubello), lamellis confertissimis angustis (1½ lin.) crocato-igneis, tritis sanguineis. Locis similibus; forte vera spec., sed rariss. Caro concolor. Stipes 2 unc. l., 1—2 lin. cr.

120. C. CINNAMOMEUS, pileo carnoso tenui obtuse umbonato subcinnamomeo, fibrillis innatis lutescentibus sericeo squamulosove demum glabrato, *stipite* e farcto cavo tenui *aequali, cum carne veloque lutescentibus*, lamellis adnatis latis confertis nitidis. *Linn.* — *S. M. p.* 229 cum syn. *Krombh. t.* 71. *f.* 12—15. *Weinm. p.* 168. A. betulinus *Scop.* In silvis, ubique copiosissime. Innumeras paene colligit formas sat constantes, sed nimis affines, ut separare non audeam. Differunt praecipue lamellarum colore sanguineo (var. *semisanguinea.* S. M., *Alb. Schw. n* 449. *Secr. n.* 254. *Latell. t.* 616), cinnamomeo (*Bolt. t.* 156, *Sowerb. t.* 205) fulvo etc.

* C. CROCEUS, minor, pileo subsquamuloso, lamellis minus confertis lutescentibus. *Schaeff. t.* 4. *Batsch f.* 117. *Letell. t.* 652. *Secr. n.* 255, sed cum Batsch. citatam ic. ut formam prioris (*Secr. n.* 252) censeat intimus nexus patet. Cum priori. Pileus colore varius, etiam olivaceo-fuscescens, et in *paludosis* vidimus hujus var. lamellis stipiteque olivasc. Dubia *Junghunii* in Linn. V. p. 410. n. 12. apud ipsum tantum *subjectiva* sunt. Neutra ex ipsius A. *cinnamomei* formis ex hac regione videtur.

121. C. ORELLANUS, pileo carnoso obtuse umbonato villoso-squamuloso fibrillosove aurantio-fulvo, *carne similari rubente*, *stipite* solido firmo subaequali striato-fibrilloso *cortinaque fulvis*, lamellis adfixis latis subdistantibus demum opacis.

A. callist. *Lasch. n.* 570. A. conformis *Secr. n.* 253 ex descr., synon. aliena! — ? b. pileo tenuiori subcinnamomeo. A. purpureus *Bull. t.* 598, idemque pileo glabrato forte A. fuscescens. *Iungh. Linn. V. t.* 6. *f.* 9. Rarior in silvis. A praecedd. (stipes etiam basi incrass.) notis datis facile distinctus. Cum *Laschio* vidi tantum lamellas luteas et fulvas, sed ex analogia praecedd. variant forte fulvo-cinnamomeae (ut Bull.) et purpureo-brunn. (Iungh.)

122. C. MALICORIUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso velutino fibrillosove aureo-fulvo, *carne scissili* e luteo *olivaceo-virescente*, stipite cavo crasso fibrilloso cortinaque aureis, lamellis rotundatis confertis aureo-fulvis; acie demum flocculosis discoloribus. In pinetis. Elegans, etiam C. *cinnamomeo* nimis affinis, sapore grato. Color pilei fundamentalis est fulvus, qui in disco obscuriori apparet, sed ex indumento praecipue circa margines eleganter aureus. Stipes $\frac{1}{2}$ unc. cr. dein fuscescens et olivaceus.

123. C. FUCATOPHYLLUS, pileo carnoso tenui acute umbonato fibrilloso-squamuloso subbrunneo, stipite tenui fibrilloso flavido, basi leviter incrassato, cortina flavido-rubella, lamellis adfixis latis subdistantibus tenuibus *citrinis coccineo-maculatis denticulatis. Lasch l. c. n.* 330. In pinetis dispersus. Stipes 2—3 unc. l., $1\frac{1}{2}$—2 lin. cr., rarius virescens. Pileus primo conicus; $1\frac{1}{2}$—2 unc. latus, variecolor, saepe spadiceo-maculatus.

124. C. COLYMBADINUS, pileo carnosulo subgibbo fibrillis luteis secedentibus glabro lutescente, carne scissili concolori, stipite subcavo aequali fibrilloso-striato nudo pallido, lamellis adnatis subdistantibus latis crassis, demum brunneo-ferrugineis acie albo-floccosa. Cfr. *Secr. n.* 257. In silvis. Distinctiss. versipellis. Cortina vix ulla. Stipes 2—4 unc. l., 3—4 lin. crassus, interdum tortus et basi intus obscuriori, attenuatus. Pileus 2—3 unc. latus, primo melleo-alutaceus; glabratus subudus expallens nitidus, ut ad trib. VI facile referas. Talem legi in pinetis circa Upsaliam, vulgarem in Smol. fagetis, ubi quoque *var.* jam primo nudam.

**** *Olivascentes*, velo sordide pallido fuscove. Pileus non in squamas laceratus ut n. 101—104. Cfr. n. 124.

125. C. COTONEUS, olivaceus, pileo carnoso camp.-expanso bullato subrepando *innato-velutino*, stipite solido *cortina fusca cingulato*, basi incrassato, lamellis subconfertis ex olivaceo brunneo-cinnamomeis. A. notatus, *Secr. n.* 288, sed

*Pers. syn. p.* 296 potius sq. In quercetis etiam nos legimus raro. Spectabilis, tactu mollis, extus intusque olivaceus, opacus praecipue pileus laxus, 3 unc. l. ob indumentum puro olivaceum subpersistens. Stipes 3 unc. l.

126. C. SUBNOTATUS, pileo carnoso tenui camp.-explanato *floccis canis superficialibus* squamuloso, mox glabro ex olivaceo fusco, stipite spongioso-farcto conico elongato squamis fibrillisve veloque lutescentibus notato, apice glabro nitente, lamellis adnato-ventricosis latis subdistantibus e lutescente olivaceo-cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 296. *Schaeff. t.* 260 hujus monstrum. In fagetis raro. Species elata, stipite valido, fragili, 3—4 l., adulto glabro. Pileus primitus conicus acutus, gibbus, pallidior; huic peculiare adultum et siccum fieri obscure fuscum, glabrum, exacte planum, 4 unc. l.; non hygrophanus. Lam. 3—5 lin. latae, venis connexae, crassiusc. Vidi formam pallidam, *Bull. t.* 600. *f. Y. Z* respondentem.

127. C. VALGUS, *fragilis*, pileo convexo subgibbo laevi glabrato ex olivaceo testaceo, *margine submembranaceo*, stipite subcavo procero torto nudo pallido nitido *apice striato subviolaceo*, bulbo albo-tomentoso radicante, lamellis adfixis subdistantibus e sordide helvolo testaceis. A. sublanatus b. *S. M.!* (et *Sow. t.* 224 pileo tenui et colore hunc melius refert quam n. 102, cui vero ob squamas referendus). Cfr. *Secr. n.* 287; sat convenit, et pileus sericeus e *typo* esse debet, licet non viderim. Inter muscos in pinetis. Stipes valde elongatus, 3—6 unc. l., 3—4 lin. cr., basi ½ unc. et ultra. Pileus junior pallide olivaceus, dein helvolo-testaceus etc., carne concolori. Proximis medius.

128. C. RAPHANOIDES, ex olivaceo decolorans, pileo carnoso e camp. expanso gibbo *fibrillis innatis sericeo*, stipite farcto firmo fibrilloso *opaco cortinaque dilutioribus*, lamellis adnato-ventricosis subconfertis ex olivaceo cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 324 ex *Fr. S. M. p.* 230. *Alb. Schw. p.* 179. *Weinm.! p.* 171 cum var. stipite basi attenuato. *Mich. t.* 75. *f.* 2? (nunc non adest, major est, Secr. ad *C. arenatum* refert.) In silvis, praec. frondosis, copiose. Statura fere *C. cinnamomei*, sed stipes firmior, nunc aequalis nunc sursum attenuatus (non bulbosus) saepe tortus 2—3 unc. l., cortina olivasc. Pileus 1—2 unc. l., tenuis, sed non ut prior, nec fragilis, primo fusco-olivaceus, siccus fulvescens subnitens, carne pallida. Lamellae colore ex aëris constitutione mutantur, ut aegre saepe agnoscas. Cfr. *Secr. n.* 294.

129. C. DEPEXUS, pileo carnoso tenui convexo-plano sericeo-fibrilloso *testaceo expallente*, stipite subfarcto aequali fibrilloso-striato cortinaque sordide pallidis, lamellis adnatis subconfertis e lutescente cinnamomeis opacis. *S. M. p.* 230. *Obs.* 2. *p.* 54. *Weinm. p.* 172. *Batsch f.* 191. *Secr. n.* 296. e syn. et loco. In silvis raro. Est ex hac serie, licet vix olivascens; velum pallidum demum fuscescit. Caro e sordido albida.

130. C. VENETUS, pileo carnoso tenui convexo-expanso sericeo-villoso ex olivaceo *lutescente* opaco, stipite e farcto cavo firmo fibrilloso-striato, cortinaque concoloribus, lamellis rotundato-adnatis subdistantibus latis venosis *luteo-olivaceis*, dein olivaceo-cinnamomeis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 76 lusus abnormis *pileo umbilicato* in humo trunci lectus. In fagetis passim, gregarius, *distinctissimus!* Stipes basi saepe luteo-villosus. Indumentum *pilei luteum* a prioribus mox distinguit, hinc color venetus s. laetius *flavo-viridis* (caro quoque viridi-lutea) nec fuscescens ut in praeced. Pileus $1\frac{1}{2}$—2 unc. latus, obtuse umbonatus. *Secr. n.* 295 h. l. videtur.

Ser. 3. Pileus *hygrophanus*, nempe vegetus udus, exsiccatus decolorans, absque pellicula viscosa l. sericea, sed exoleta passim fibrilloso-lacerata. Caro inaequalis l. tenuis scissilis.

V. TELAMONIA (S. M. p. 210) Pileus udus, hygrophanus, primitus glaber l. fibrillis superfic. albidis veli adspersus. Caro tota l. margine abrupte tenuis (nec aequaliter attenuata) scissilis. *Stipes a velo universali infero annulatus l. peronato-squamosus*, apice subcortinatus, hinc velum subduplex. *Huc referuntur nonnullae specc. inter hanc et praeced. seriem mediae ob velum duplex, universale subannulatum, pileum haud sericeum* e. s. p.

1. MOLLIPEDES. Lamellae crassiusculae, plus minus *distantes*. Pileus senio pertusus l. fibrilloso squamosove laceratus. Stipes spongiosus l. totus fibrosus, nec extus rigidus subcartilagineus. Ob insignem latitud. lamellae passim confertiores apparent.

* *Stipite cortinaque albis l. albidis.*

131. C. MACROPUS, pileo carnoso e convexo infractoque explanato obtuso *squamulis minimis canescente*, dein ferruginascente, stipite solido elato subaequali fibrilloso albicante, annulo tenui distante, lamellis adnexis distantibus latissimis e *pallido aquose* cinnamomeis. *S. M. p.* 215 et, meo sensu, *Pers. syn. p.* 275. Cfr. n. 1. et Secr. n. 64. In nemoribus subhumidis ra-

ro. Major, sed pileus haud compactus, primo testaceo-canescens.

† C. TESTACEO-CANESCENS, pileo carnoso convexo obtuso testaceo, fibrillis squamulisque canescentibus obducto, stipite farcto rigido aequali sericeo-nitente, lamellis emarginato-adnatis subdistantibus crassiusc. fulvo-cinnamomeis. *Weinm. p.* 147. In pinetis Rossiae. Firmus, statura sq. *Non vidi*, quare de loco non certus sum. Proximis videtur medius.

132. C. LANIGER, pileo compacto hemisphaerico expanso obtuso, *squamis superficialibus albis lanato*, dein glabrescente aureo-fulvo, stipite valido subaequali albo a velo candido *peronato-vaginato manifeste annulato*, lamellis (subrotundate) adnexis leviter distantibus croceo-fulvis nitidis. A. biveli var. *S. M. Secr. n.* 139 sat recedit. In silvis abiegnis montanis, sat frequens. Elegantissimus, distinctiss., sq. vulgo minor, sed annulus tumidus patulus persistens. Pileus numquam gibbus, sed margine tenuis, junior albo-plumulosus, dein sericeus glabratusque.

133. C. BIVELUS, pileo carnoso convexo-explanato obtuso *glabro* margineve sericeo testaceo-fulvente, stipite firmo subbulboso albido sordidoque peronato-cortinato, *annulo spurio fugaci*, lamellis adnexis vix confertis laete fulvo-cinnamomeis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 58. *S. M. p.* 215 incl. pr. *Weinm. p.* 148. — *Secr. n.* 142? In silvis, betuletis muscosis montanis abundans. Mitis. Stipes totus carnoso-spongiosus, nec extus firmior, nunc curtus bulbosus, nunc elongatus attenuatus, laevis pertusus, intus ferruginascens. Pileus mollis, bibulus, udus, sed *non* vere *hygrophanus*; vulgo glaberrimus, nitidus, saepe obscurius maculatus, passim rivuloso-squamulosus, demum pertusus, rarius campan. laxus. — *Krombh. t.* 2. *f.* 23 (imperf.) ob colorem violasc. etc. potius n. 94. Cfr. C. *subferrugin.*

134. C. BULBOSUS, pileo carnosulo camp.-expanso *glabro spadiceo* (fusco-testaceo), disco carnoso *subgibbo*, stipite valido bulboso pallido s. dilutiori velo albo peronato subannulatoque, lamellis adnatis subdistantibus opacis cinnamomeis. *Sow. t.* 230. *S. M. p.* 214 c. syn. *Weinm p.* 145. In silvis, pratis etc. rarior. Stipite valide bulboso, basi intusque subcroceo, demum testaceo, pileo tenuiori hygrophano, passim C. *armillati* instar (cui eximie analogus) fibrilloso-lacerato versus marginem, carne concolori sicca albida, colore obscuriori a priori certe distinctus.

135. C. URBICUS, pileo carnoso *convexo-plano glabro argillaceo-albo*, stipite solido aequali laevigato-peronato, supra annulum angustum album villoso, lamellis emarginatis subconfertis latis aquose ferrugineis. *S. M. p.* 216. Locis graminosis ad vias, juxta Salices etc., cum omnes ceterum Cortinariae locis incultis silvaticis vigent. Proximus n. 132, glabritie et colore facile distinctus. — *Weinm. p.* 148, ex Bong. Mscr. receptus, videtur Pholiota v. c. *Ag. togularis*.

136. C. LICINIPES, fragilis, pileo carnoso-membr. convexo, dein expanso umbonato glabro helvolo hygrophano, stipite e farcto cavo subaequali pallido *squamis albis floccoso* annulatoque, lamellis adnatis perlatis e pallido aquose cinnamemeis. — *Bull. t.* 600, *f. X. W, T.* brevipes, var. loco sicciori nata. Nos legimus in silvis abiegnis montanis paludosis, stipite 4 unc. l., 3—4 lin. cr., basi villoso. Pileus 2—3 unc. et ultra latus, primo obtusus, demum gibbus et circa umbonem depressus. Lamellae postice latissimae (—5 lin.) — *Affinem* ex hac regione insuper legimus totum pallidum, pileo campanul., stipite attenuato laevi. *Cfr. Secr. n.* 140.

** *Stipite lamellisque violaceis.* Cortina vulgo albo-violascens, sed velum univ. album. *Nobilissimae!*

137. C. TORVUS, pileo carnoso convexo-expanso obtuso dilute *testaceo*, *squamulis fibrillisve canescente*, demum pertuso glabrato, stipite valido e velo albo persistente *vaginato* annulatoque, *apice violaceo-cortinato*, lamellis crassis distantibus perlatis e purpureo-umbrino cinnamomeis. *S. M. p.* 211. *Weinm. p.* 144. *Secr. n.* 117. *Bull. t.* 600. *f. Q, R. S* (specc. tenuia!) — Cfr. *Krombh, t.* 73. *f.* 19—21. e fig. nondum colorata haud liquet ob annulum deficientem! In silvis, praecip. fagetis, copiose. Spectabilis, vulgo robustus, stipite primo bulboso, dein elongato aequali, annulo manifesto et subpersistente. Pileus primitus etiam spadiceus et violasceus. *Var.* lamellis carneorufesc.! — A. *umbrinus* Pers. syn. p. 280 anceps, sed meo sensu ad hunc l. sq. pertinet; *Secr. ad n.* 119 refert; plurimi neglexerunt.

138. C. IMPENNIS, pileo *carnoso convexo obtuso rigido glabrato* subtestaceo decolore, stipite solido curto subbulboso pallido cingulato-annulato apiceque violaceo albo-cortinato, lamellis ex adnato emarginatis distantibus crassis violaceis, mox purpurasc. demum aquose cinnamomeis. In Uplandiae pinetis, raro (ubi proximae non visae). Stipes 2 unc. l. $\frac{1}{2}$ unc. cr., saepe cylindricus, fibrillosus, annulo incompleto. Pileus

disco praec. carnosus, primo umbrino-fuligineus, dein testaceus l. lateritius (color fere *Ag. butyracei* in statu juniori), *non canescens* junior circa margines sericeus, demum rimosus.

* C. LUCORUM, pileo laevi udo badio-lateritio, stipite firmo clavato valde fibrilloso unicolore pallescente, lamellis emarg. subdistantibus aquose cinnamomeis cum tinctura carneo-violacea fugaci. In nemoribus ad Vårdsätra etc. serotinus. Carne dura, obscura, aquosa, sicca isabellina a n. 137 et 138 (longe tenuiori insuper) mox differt.

139. C. PLUMIGER, pileo carnoso tenui e conico-camp. *gibbo* subolivaceo-fuscescente, *floccis densis albis plumoso sericeove*, stipite solido clavato-bulboso floccoso subannulato pallescente, lamellis adnatis vix confertis latis e violaceo mox cinnamomeis, acie concolori integra. Circa truncos Alni, locisque similibus in montosis pinetis. Speciosus, n. 132 respondens. Stipes 3—4 unc. l., basi unc. fere crassus, intus aquose albidus. Pileus decolorans, magis expansus *rimose* fissus, 3 unc. l.; ex imbribus flocci prostrati et sericei. Affinis Cfr. *Secr. n.* 120.

140. C. SCUTULATUS, pileo carnoso tenui ovato-expanso *obtuso* purpureo-umbrino (testaceo), primo circa marginem albosericeo, *demum diffracto-squamuloso*, stipite solido rigido elongato subbulboso *extus intusque obscure violaceo*, velo albo peronato subannulatoque, lamellis adnatis subdistantibus violaceo-purpureis. *S. M. p.* 211. *Lasch l. c.* — *Secr. n.* 119, sed nonnullis recedit. Locis subhumidis, praecipue fagetorum, freq. Nobilis, odore Raphani. Stipes supra bulbum, passim deficientem, cylindricus, apice passim cavus et tum pileus (disco carnosior, pro ratione minor) umbilicatus. Velum nunc concentrice squamosum, nunc prorsus detersum, annulo membranaceo obsoletove. Lam. acie primo albicant, demum cinnam.

141. C. EVERNIUS, pileo carnoso-membr. conico-campan. expanso glabro purpurascenti-badio (testaceo-canescente) *demum fibrilloso-lacerato*, stipite valido *cylindrico molli violaceo* e velo albo squamoso obsoletoque cingulato, lamellis adnatis latissimis distantibus violaceo-purpurasc. *S. M. p.* 212. *Lasch l. c. Weinm. p.* 179. *Secr. n.* 123 (at bulbosus! et C. *elatiorem* subjungit!) — *Sow. t.* 125 forma valde recedens. Locis humidis montosis copiose. Sat amplus, sed tenuis, demum fragilis, maxime laceratus et decoloratus. Stipes rectus, $\frac{1}{2}$ unc., prorsus ebulbis, basi potius attenuatus.

142. C. QUADRICOLOR, pileo carnoso-membr. e conico explanato albolutescente (fulvente); margine radiato-striato, stipite e *farcto cavo aequali tenui* elongato violaceo-albicante cingulato, lamellis adnatis latis tenuibus distantibus serratis e purpurascenti cinnamomeis. *Scop. Carn. p.* 446. A. rubellus *Schaeff. t.* 303. Cfr. *Ag. n.* 373. A. spurius. *Pers. syn. p.* 288. b. major, triuncialis. *Secr. n.* 128 In fagetis. Valde affinis C. *hinnuleo* et Persoonio indicante potius varietas. Forma et statura analoga ratione in utroque variant. In Näset ad Odensjö vidi lamellis violaceis. — E descr. h. l. *Paul. t.* 102 *f.* 1—3 a me non visa.

*** *Stipite veloque rubellis luteisve* Lamellae fulvae l. cinnam.: nec violaceae, nec brunnescentes.

143. C. ARMILLATUS, pileo carnoso e camp. expanso mox innato-fibrilloso squamosoque lacero *testaceo-rubro*, margine tenui, stipite solido elongato bulboso fibrilloso rufescente, *velo rubro-zonato-cingulato*, lamellis adfixis perlatis distantibus e pallide obscure cinnamomeis. *S. M p.* 214. *Obs.* 2. *p.* 61. *Weinm. p.* 148. — *Alb. Schw. n.* 448 squamosior. [Cfr. *Paul. t.* 140. *f.* 1—2 a me non visa, sed descr. hunc suadet]. In silvaticis montanis copiosiss., ut plurimae *nobilissimae* Eur. boreali privus fere videtur. Amplus, *princeps hujus tribus*, sed ob pileum non vere hygrophanum pro Inolomate facile sumes. Cinguli stipitis 1—4, fere cinnabarrini, sed ipsa cortina pallidior. Vix A. *haematochelis* Bull. licet analogus.

144. C. PARAGAUDIS, pileo subcarnoso camp.-expanso umbonato badio (fulvello-alutaceo), dein subfibrilloso, stipite elongato molli attenuato subtorto rubello-pallido, *squamulis adpressis fibrillisve rubentibus variegato peronatoque*, lamellis adnexis ventricosis subdistantibus opacis cinnamomeis. Locis humidis pinetorum. Insignis, C. *brunneo* respondens, sed lam. minus distantes, et forte C. *haematocheli* subsumtus. Stipes fibrosus, demum cavus, 3 unc. et ultra longus, 3—5 lin. crassus, non bulbosus. Cortina partialis albida. Pileus 2 unc. latus, subrepandus, demum fibroso-lacerus, primo subpurpurasc., dein fulvo-cinnamomeus, hygrophanus. — *Inter Sphagna* stipes spithamaeus, ventricosus, basi longe attenuata, pileo minori infracto flexuoso.

* C. PRAESTIGIOSUS, pileo submembr. striato, versus marginem demum sericeo-fibroso, stipite cavo aequali gracili (1 lin.), lamellis tenuibus distantibus fulvo-cinnamomeis. In pa-

lud. sterilibus inter Scirpum caespitos. sub pinastribus. Est quasi C. *decipiens*, colore vero et velo priori simillimus; de cujus vera affinitate adhuc dubitamus.

145. C. CROCEO-FULVUS, pileo carnoso explanato umbonato laevi aurantio-fulvo, stipite solido aequali flavo-rufescente *linea aurantiaca zonato*, lamellis adnatis ferruginascentibus. *Dec. fr.* 5. *p.* 49. *S. M. p.* 214. In silvis Galliae austr. *Non vidi;* affinitas hinc non liquet. Pileus 4 unc. l. Stipes 3—4 unc. l., 4 lin. cr. apice pallidus.

146. C. LIMONIUS, pileo carnoso convexo-plano *obtuso glabro* fulvo (ochraceo-luteo) demum rimuloso-squamuloso, stipite solido firmo aequali veloque floccoso-squamosis concoloribus, lamellis adnatis emarginatisque *subdistantibus e flavo* fulvo-cinnamomeis. *S. M. p.* 213. *Obs.* 2. *p.* 56. *Weinm.* 172. *Holmsk. Ot.* 2. *t.* 40. A. ictericus. *Scop. Carn. p.* 439. [non C. cinnam.) In pinetis Eur. bor. copiose. Stipes basi demum croceus, nunc attenuatus, nunc leviter incrass. Annulus floccoso-radians saepe deficit, sed e squamis stipitis manifeste Telamonia. Pileus eximie hygrophanus, non scissilis. Maxime differt n. 143 (miror, quod Secretano in mentem venerit species in S. M. distinctas conjungere!) nec convenit *Secr. n.* 132, C. *gentili* proximus! Sq. vix rite affinis!

147. C. HELVOLUS, pileo subcarnoso ex infracto explanato glabro hygrophano ferrugineo-fulvente, demum rimoso, umbone obtuso evanido, stipite farcto attenuato concolori, *velo peronato sericeo-laevigato zona annulari ferrugineo-marginata* terminato, lamellis emarginatis perlatis crassis subdistantibus opacis cinnamomeo-fulvis. *Bull. t.* 531. *f.* 1 e statura et toto habitu optime, sed caro alba ex errore. (Cfr. f. 2 ejusdem tabulae) *Secr. n.* 126. In silvis passim. Stipes firmus, 2—3 unc. l. 4 lin. usque crass., apice quoque sericeus. Pileus 1—3 unc. latus, laevis, disco saepe obscurior. Caro fulvella; stipes demum extus intusque fusco-ferrugineus.

148. C. HINNULEUS, pileo carnoso-membr. e conico-campan. expanso subumbonato glabro, pallide fulvo cinnamomeo (fulvente) demum pertuso, stipite farcto rigido fulvente *deorsum attenuato velo alboserico laevigato apice pallido-cingulato*, lamellis subemarginatis distantibus latis tenuibus fulvo-cinnamomeis integerrimis. *Sow. t.* 173! C. Helvolus. *Pers. Obs. p.* 49. — *Secr. n.* 127. In nemoribus etc, praec. region. camp. Magnitudo et statura valde varius (vide ic. Sow.), stipite nunc aequali brevi, nunc tenui elongato flexuoso, etiam

fuscescente, 4 lin. usque crasso. Pileus variat pallescens et demum depressus, rarius circa margines sericeus. Lamellae planae, subvenoso-connexae. *Velo albo* ab omnibus hujus gregis recedit.

149. C. GENTILIS, pileo carnosulo conico-expanso acute umbonato laevi glabro demum rimose inciso stipiteque gracili aequali squamoso fulvo-cinnamomeis (*luteis*), *squamis annuloque obliquo luteis*, lamellis adnatis crassis *valde distantibus integerrimis* fulvo-cinnamomeis unicoloribus. *S. M.* p. 212. *α. Wahl. Suec. n.* 1924. A. helvolus. *Pers. syn. p.* 273. In pinetis montosis etc. Eur. saltim boreal. per totam aestat. et autumn. copiose. Praec. longe gracilior, laetior, intus concolor. Stipes 2 lin. crassus, substrictus, basi vulgo attenuata, cum pileo ($\frac{1}{2}$—1 unc. raro ultra, subinde squamuloso) concolori, valde hygrophanus et siccus laete luteus, sericellus. Subsp. *S. M.* seorsim omnino proponi possunt, praecipue ob *veli colorem*, qui cum mycelii inter omnes Cortinarias convenire videtur. (Facile crederem h. l. esse *Secr. n.* 130 *A*, et *B* sq. sed syn. nimis disparata.)

150. C. HELVELLOIDES, pileo carnosulo tenui subconvexo obsolete umbonato ferrugineo (fulvello expallente), demum rimose inciso, stipite fistuloso *gracili undulato sericeo-fibrilloso* veloque subannulato lutescentibus, lamellis adnatis distantissimis e *violaceo-umbrino* cinnamomeis, *acie albo-floccosa. S. M. p.* 213. (A. carneus. *Schaeff. t.* 304 hujus potiss. status insolito firmus, locis siccis). In dumetis udis, subpaludosis. Vulgo admodum tenuis. Pileus fere membranaceus $\frac{1}{2}$—1 unc., udus substriatus; raro conicus, passim obtusus et fibrillosus. Stipes 2—5 unc. l. 1—2 lin. cr. flexuosus.

**** *Stipite fuscescente, velo fusco aut sordido, lamellis obscuris.* Species olivasc. *Inolomatis* et *Dermocybes* saepe peronato-annulatae, at pileus non hygrophanus, sed primitus squamosus aut sericeus. Cfr. n. 134.

151. C. BOVINUS, pileo carnoso convexo-plano laevi glabrescente aquose cinnamomeo (fulvescente), demum pertuso, stipite valido spongioso-bulboso e griseo cinnamomeo-fusco, *supra zonam fuscam albido*, lamellis adfixis perlatis subdistantibus cinnamomeis. *Secr. n.* 118. In silvis; Upsaliae raro. Validus, caro aquosa pallida albicans in disco compacta, sed in margine abrupte tenui scissilis. Stipes 3 unc. l., basi 2 apice 1 unc. usque crassus, obsolete peronatus, demum cariosus.

Pileus 4 unc. et ultra latus, obtusus l. gibbus, fragilis, opacus, fibrillis superficialibus l. omnino nullis. Lamellae $\frac{1}{2}$ unc. latae, laeves.

152. C. INJUCUNDUS, pileo compacto convexo-plano obtuso cinnamomeo-fuscescente fibrilloso, stipite solido clavato-attenuato concolori demum fulvo-lutescente fibrillis veloque fuscis, lamellis emarginatis perlatis lilacino-argillaceis. *Weinm.* p. 150. In pinetis Rossiae. Plurima prioris, stipes modo tenuior ($\frac{1}{2}$—$\frac{1}{3}$ unc. cr.), sed affinitas dubia; *non vidi.* — De A. *haematocheli* Bull. Cfr. Obs. ad finem.

153. C. BRUNNEUS, pileo campan.-explanato umbrino (testaceo-alutaceo sordido) nudo, versus marginem in fibrillas innatas soluto, umbone carnoso obtuso, stipite farcto elongato *sursum attenuato elastico fuscescente albostriato*, velo cingulato fusco-albo, lamellis adnatis crassis distantibus e *purpurascente* umbrino-cinnamomeis. *Pers. syn.* p. 274. *S. M.* p. 211 c. syn. *Secr. n.* 125. *Weinm. p.* 144. A. spongiosus. *With.* Locis humidis silvarum; in pinetis montosis abundans, speciosior. Vulgo magnus, pileo 3 unc. l., stipite valido 4 unc. l., sed statura variat.

154. C. BRUNNEOFULVUS, pileo carnoso tenui campan. expanso subumbonato laevi innato-fibrilloso virgato brunneo-fulvente, margine primo albo-fibrilloso, stipite farcto a basi attenuato fibrilloso-striato fuscescente extus intusque demum pallide fulvente, lamellis adnatis perlatis subdistantibus opacis fulvo-cinnamomeis. — Cfr. *Secr. n.* 124. (nos adultiorem descrips.) In pinetis serotinus. Habitus omnino praecedentis statura C. *evernii* sq. multo major, colore cinnamomeo-fulventè distinctus. Lamellae $\frac{1}{2}$ unc. et ultra latae, distinctae. In adultis velum utrumque deficit. Nil violacei in nostro vidimus, caro tenuis sordida.

155. C. GLANDICOLOR, unicolor; *umbrinus*, pileo carnosulo convexo-explanato umbonato, sicco canescente-fusco, stipite subcavo *aequali gracili stricto* subfibrilloso, *velo cingulato distante albo*, lamellis adnatis latis distantibus integerrimis. *S. M.* p. 213. In pinetis passim. Stipes mollis, 3 unc. l. et ultra, 1—3 lin. cr. velo vulgo evanido, ut cum C. *uraceo* facile confundatur. Pileus 1—2 unc. l. vulgo glaber, vetustus fibrillosus. Statura C. *gentilis*, sed color C. *brunnei* (absque omni lutescente l. cinnamomeo.) Variat lamellis primo pallidis: vetustis tritis purpurasc., pilei marg. striato — et forte stipite violascente: *Secr. n.* 134.

156. C. PUNCTATUS, pileo submembr. conico-convexo glabro canescenti-umbrino (alutaceo) demum laevi pertuso, stipite subfistuloso aequali gracili undulato fibrilloso-striato *luteo-fusco velo fugaci pallide fusco cingulato*, lamellis adnatis valde distantibus integerrimis brunneo-*cinnamomeis*. *Pers. syn. p.* 274 (utique hunc potius, quam n. 154 spectat.) *S. M. p.* 213. In fagetis. Valde affinis C. *gentili*, colore omnium partium, pileoque convexo obtuso l. obtuse umbonato distinctus. Vulgo quoque tenuior, valde flexuosus, ut C. *Helvelloides*. — In pinetis circa Upsaliam alius *major*, subcinnamomeus, pileo demum fibrilloso, lamellis sinuato-adnexis minus distantibus: *Weinm. n.* 295. *Secr. n.* 129.

†† ILIOPODII. Lamellae tenues, plus minus confertae. Pileus tenuis. Stipes extus rigidior, subcartilagineus, infarctus cavusve, deorsum saepe attenuatus; sed varii *Rigidipedes* ob lamellas distantes in priori sect. recipiendi.

* *Stipite albido, pallido*, non floccoso-squamoso. Cfr. n. 171.

157. C. TRIFORMIS * *Schaefferi*, pileo carnoso *convexo-plano* subumbonato fibrilloso glabratoque *opaco* fusco-lutescente hygrophano, margine tenui, stipite farcto *clavato* glabriusculo pallido, intus spongioso, annulo albo, lamellis subadnatis confertiusculis lutescenti-melleis demum pallide cinnamomeis. *Schaeff. t.* 247 (specim. insolito magna) non A. caesar. *Tom. IV.* A. ingricus *Weinm. n.* 249 adultior? desunt notae disting. In silvis frondosis raro. Stipes 3 unc. l., ½ unc. cr. fragilis, subbulbosus. Pileus colore varius, primo brunnescens l. livido-lutescens, siccus sordide alutac. Lamellae tenues, distinctae, unicolores.

* C. MELLEO-PALLENS, pileo udo subglabro isabellino melleo, stipite lutescenti-pallido demum cavo, annulo contexto cingulato. In pinetis. Fragilis. Demum aquose lutescens, pilei subobtusi margine striato.

* C. FUSCO-PALLENS, pileo convexo obtuso, dein expanso umbonato fuscescenti-pallido, lamellis angustis (1—2 lin.) aquose albidis. In pinastretis densis. Decolorans, velo C. *brunnei*. Statura sq.

158. C. BIFORMIS, pileo tenui e *conico-campan. expanso glabro nitido* badio-ferrugineo, umbone carnoso prominente, stipite farcto rigido *deorsum attenuato fibrilloso-striato* pallidiori, annulo obliquo albo, lamellis adnatis subconfertis crenulatis cinnamomeis. In pinetis montosis, serotinus. Stipes

2—4 unc. l., 3—4 lin. cr. Pileus $1\frac{1}{2}$—3 unc. latus, raro fibrillis superf. adspersus, prioris tenuior, rigidior, udus, vix hygrophanus. Lam. 3 lin. latae, demum venoso-connexae, primo in griseum vergentes, demum ferruginasc. var. emarginato-decurr. Annulus saepius manifestus; *interdum deficit.* Habitus C. *castanei* s. *Bull. t.* 544. *f.* 2.! plene.

159. C. Lindgrenii, pileo subcarnoso convexo-plano obtuso glabro ferrugineo (ochraceo-alutaceo) demum repando, stipite e farcto cavo *curto adpresse sericeo* albido, *annulo subapicali reflexo*, lamellis rotundatis confertis aquose ferrugineis. In pinastretis Upsaliae, a *Lindgren* detectus. Notabilis. Stipes unc. l., $\frac{1}{2}$ unc. cr. bulbosus l. aequalis. demum ferruginascens. Pileus e laminis 2, facile scissilibus, compaginatus, $2\frac{1}{2}$ unc. l., *margine lamellas excedente.*

** *Stipite violascente.*

160. C. periscelis, pileo e camp. convexo *lilacino alboque sericeo*, umbone carnoso, ceterum submembran., stipite aequali fibrilloso concolori, *velo contexto fuscescente* subannulato, lamellis adnatis confertis angustis e pallido obscure ferrugineis. In paludosis Sphagnosis Rossiae *Weinmann*, spec. optima et descr. misit, sed in Fl. Ross. desidero. Peculiaris forte potius e serie fusca! Stipes 3—4 unc. l., 2—3 lin. cr., rectus, *siccus fuscescens*, basi albo-villosus. Pileus 2 unc. l., hygrophanus. Affinis *Secr. n.* 122.

161. C. flexipes, pileo carnosulo e conico expanso acute umbonato e *violaceo fusco cinnamomeo* (helvolo-alutaceo) canescenti fibrilloso, stipite tenui farcto flexo subundulato *fibrilloso-squamoso apice violaceo*, velo albo subannulato, lamellis adnatis latis subdistantibus ex umbrino-violaceo cinnamomeis. *S. M. p.* 212. *Obs.* 2. *p.* 78. A. flexipes. *Pers. ex parte. Alb. Schw.* etc. A. fraternus. *Lasch. n.* 294. *Secr. n.* 121. In silvis abiegnis passim. Stipes vulgo aequalis, pallidus, 2 lin. cr. Pileus primo acute conicus demum circa umbonem depressus. Lamellae primitus valde obscurae, atropurpureae s. umbrinae, acie albicantes. *Mollipedibus* et et Iliopodiis intermedius. Ceterum plurimi Iliopodii variant flexipedes.

162. C. flabellus, pileo submembr. conico-expanso obtuse umbonato *olivaceo-fusco* expallente (alutaceo) *cano-fibrilloso*, stipite e farcto cavo flexuoso floccoso-squamoso pallido, squamis annuloque albis, lamellis adnatis venoso-connexis *linearibus* subconfertis vulgo ex *olivaceo* ferrugineis. *S. M.*

p. 231. *Lasch. n.* 572. var. *Secr. n.* 267. e syn. In nemoribus frond. et aceros. humidis, nobis vulgatus. Odor fortis. Annulus manifestus integer, sed saepe deficit etiam. Stipes apice interdum violascit et praeced. maxime affinis. Umbo vulgo obtusus evanescensque.

*** *Stipite pileoque fulvis, ferrugineis.*

163. C. PSAMMOCEPHALUS, cinnamomeo-fulvus, pileo carnosulo *convexo-expanso* demum umbonato *furfuraceo-squamuloso,* stipite farcto attenuato e velo contiguo squamuloso peronato, lamellis adnatis arcuatis confertis. *Bull. t.* 531. *f.* 2. *Secr. n.* 268. In pinetis, haud raro. Stipes uncialis, annulo haud distincto, sed manifeste hujus gregis; apice nudus laevis. Pileus uncialis. Lamellae obscuriores, interdum dente decurrunt. Caro concolor, nec alba ut in tab. citata (ex quo patet f. 1 etiam hoc respectu erroneam).

164. C. INCISUS, pileo carnosulo e *conico-convexo* explanato umbonato nudo, mox *innatofibrilloso squamosove* hygrophano (*fulvente*) stipiteque subfarcto aequali fibroso fibrilloso ferrugineis, *velo contexto-annulato albo obsoletove,* lamellis adnatis distinctis vix confertis cinnamomeo-ferrugineis. *S. M. p.* 213 et *Pers. syn. p.* 310 in multa individua exacte cadit. — *Bull. t.* 586. *f.* 2 indeque *Secr. n.* 136 B. — b. stipite elongato flexuoso. *Secr. l. c.* A. (sed apicem violasc. numquam vidi). Ad terram copiose. Gregarius, minor, versiformis. Stipes unc. (in b. 2—4), 1—2 lin. cr. Pileus vulgo fulvo-ferrugineus, sed junior etiam spadiceus, olivaceo-fuscus etc, nisi primitus exsiccatus (nitens), valde squamoso— et rimoso-laceratus.

165. C. ILIOPODIUS, pileo subcarnoso convexo subumbonato e cano-sericeo glabrescente helvolo (*alutaceo*) demum laevi rimosoque, stipite aequali tenui fulvente (intus, extus) e *velo pallido laevigato peronato sordido* sursum nudo fibrilloso-striato, lamellis adnatis subconfertis tenuibus subcinnamomeis. *S. M. p.* 231. *Bull. t.* 586 *f.* 2 *A. B.*. 578 *ex parte* (592 non vidi) *Secr. n.* 137. *Lasch. Weinm. n.* 296. In fagetis. Multiformis. Stipes nunc brevis, nunc elongatus flexuosus, basi non attenuatus, dein fulvescens, basi non attenuatus, demum fuscescens. Pileus opacus, 1—2½ unc. latus, variat fuscescens, obtusus. — Valde proteus et singulae formae vix definiendae.

**** *Stipite floccoso-squamoso pileoque fuscescentibus.* Cfr. n. 162.

166. C. HEMITRICHUS, pileo subcarnoso convexo-plano umbonato fusco (fusco-alutaceo), fibrillis densis superficialibus albis circa marginem cirrhato sericeove, stipite cavo subaequali pallido fusco, e velo albo floccoso-squamoso annulatoque, lamellis adnatis confertis ex argillaceo-cinnamomeis. *Pers. syn. p* 296. *S. M. p.* 230. *Weinm. p.* 181. *Secr. n.* 260. Inter muscos, folia decidua etc. passim. Pileus rigens, scissilis, 2—3 unc. latus, C. *castanei* facie, primo fibrillis erectis eleganter cirrhosus, iisdem vero ex imbribus etc. prostratis adpresse fibrillosus, demum glabrescens, nunc obtuse, nunc acute umbonatus, immo obtusus et in maximis, stipitis apice cavo, umbilicatus. Stipes eximie floccosus, nec raro annulum membranaceum vidi.

167. C. RIGIDUS, pileo submembran. conico-convexo umbonato glabro nitido badio (helvolo), stipite e farcto cavo tenui aequali flexuoso dilutiori e velo albo-squamoso cingulatoque, lamellis adnatis subconfertis distinctis e ferrugineo cinnamomeis. *Scop. Carn. p.* 456. *Fries apud Weinm. Linn.* X. *p.* 56. *Weinm. Ross. p.* 667. A. flexipes. *Auct. pr. p. Secr. n.* 135. Locis humidis in pinetis, betuletis. Gracilior, pileo vix unc. lato, omnino glabro, sed *velum album circa margines sericeum* in junioribus, exoletus rarius fibroso-laceratus. Annulus etiam membranaceus.

168. C. PALEACEUS, pileo submembran. conico-expanso umbonato squamulis villosis albis sericeo fuscescente (alutaceo), stipite fistuloso flexuoso undulato albo-squamuloso apiceque annulato pallido-fuscescente, lamellis adnatis latis *vere confertis albidis* demum cinnamomeis. *Weinm. n.* 296. *β. Secr. n.* 138 ab hoc recedit, ut n. 137 a C. *iliopod.* nempe squamis fuscis, sed vix alioni. Locis humidis in fagetis. Praecedd. longe tenuior, vulgo acute umbonatus. A *C. ilipodio* differt insuper stipite intus haud fulvente, velo floccososquamoso, nec laevigato.

*Obs.* Multis notis hujus tribus parum fidendum v. c. stipite breviori recto et longiori flexuoso plurimi tenuiores variant. Lamellae primo vulgo adnatae dein sinuatae, emarginatae. Colores et mutabiles et variabiles, sed specierum habitus constans. Video easdem *circiter* apud Secr., sed saepius una alterave nota in descr. obstat. Mihi dubius:

† C. HAEMATOCHELIS, pileo carnoso tenui gibbo sericeo-fibrilloso fuscesc. testaceo (pallido), stipite solido sursum attenuato infra medium rufo-zonato, lamellis adnatis confertis

subangustis pallide cinnamomeis. *Bull. t.* 527. *f.* 1. In fagetis raro. Habitus C. *brunnei.* Stipes non bulbosus intus fuscesc. Affinis C. *craticio* cui *Bull. t.* 596. *f.* 1.?

VI. HYDROCYBE. Pileus glaber aut fibrillis superficialibus albis tantum tectus, non viscosus, sed vegetus udus, siccus decolorans, carne tenuissima l. scissili, raro discus compactior. Stipes rigidulus, non peronatus, cortina tenui fibrillosa, in n. 171 et 196 tantum irregulariter cingulato-collapsa. A *Telamoniis facile, sed tantum velo recedit; possent vero hae tribus ad naturam constantius distingui e stipite toto fibroso, lamellis crassioribus — et stipite extus cartilagineo, lamellis tenuioribus.* Color vegeti semper indicatur, exsiccati intra parenthesin.

I. FIRMIORES. Pileus subcarnosus, convexo-aut campan.-convexo expansus, obtusus l. demum gibbus, *margine primo incurvo.* Stipes sursum attenuatus, exc. radicosis.

* *stipite albo, cortina concolori.* Annulo deficiente facile commutantur n. 157—159.

169. C. FIRMUS, pileo aequaliter carnoso hemisphaerico-expanso obtuso glabrato udo ochreo-ferruginascente, *carne compacta alba*, stipite solido valido subbulboso fibrilloso-striato albo fibrillis cortinaque ferruginasc., lamellis adfixis confertis tenuibus a ferrugineo cinnamomeis. *Weinm. p.* 157. A. subrepandus. *Secr. n.* 224 excl. syn. P. et Fr.! *Bull. t.* 96. var. valde bulbosa. In silvis frondosis raro. Medius in hanc tribum, *Phlegmacia* et *Inolomata*, sed nec viscidus nec innato-fibrillosus, et sq. formis minoribus proximus. Variat stipite aequali; in solo pingui udo ut sqq. saepe valde tumet.

170. C. SUBFERRUGINEUS, pileo carnoso convexo-expanso obtuso gibbove glabrato testaceo-gilvo *ferruginascente subhygrophano*, margine tenui, stipite solido spongioso extus rigido valido subbulboso ex albido sordido, cortina fibrillosa alba fugaci, lamellis emarginatis *vix confertis latis opacis* (e pallido) ferruginascentibus. *Batsch. f.* 186 non bona. *S. M. p.* 234. *Weinm. Ross. p.* 157. Non *Secr. n.* 273 sed varii Leucopodii *Ejusd.* accedunt. In silvaticis frequens, sed ob varios concolores caute separandus. A C. *bivelo* differt velo tenui marginali haud peronato, stipite extus subcartilagineo, pileo tenuiori primo pallidiori hygrophano, (siccus etiam nitet) lamellis primo aquosis et opacis, odore et sapore ingrato. Sq. mollior est et opacior, carne sordide alba, basi demum crocea.

Sed multum variat (junior pallens) colorum intensitate, statura, pilei nitore ut plures latere species credam, licet notas fidas non videam. Lam. basi venosae interdum rotundatae. Praeter «pileum violasc» vix recedit descr. *Secr. n.* 228.

171. C. ARMENIACUS, pileo subcarnoso convexo-plano gibbo laevi glabro fulvo-cinnamomeo (helvolo-alutaceo) *nitido*, stipite farcto *conico-attenuato rigido* intus molli *cortinaque subperonata albis*, lamellis adnatis confertis e pallido fulvo-cinnamomeis. *Schaeff. t.* 81. *S. M. p.* 234. *Weinm. p.* 173. *Secr. n.* 220, 221. etc. In pinetis copiosiss., alibi minus speciosus. Firmus, laetus, mutabilis. Lam. tenues; demum nitidae. Pileus fibrillis albis mox privus, facile scissilis, siccus etiam ochraceus, sed notabilis *var.* pileo flavido, sicco albo (*falsarius*) facile cum C. *caustico* confundenda.

172. C. DAMASCENUS, pileo carnoso tenui convexo-plano obtuso glabro *badio-cinnamomeo* (testaceo rivuloso), stipite *solido firmo cylindrico elastico* veloque fibrillosis albicantibus, lamellis adnatis tenuibus confertis opacis cinnamomeis. Cfr. *Secr. n.* 225 carnosior. *Schaeff. t.* 40 nulli propiores. In graminos. pass., caespit. Sapor acris. Stipes 3 unc l., ½ unc. cr., Pileus 3 unc. l., demum late gibbus, disco interdum spadiceo; cute rigida, siccitate granulo-o-rupta.

273. C. PRIVIGNUS, pileo carnoso tenui convexo-plano gibbo laevi *fusco-pallido glabro*, *sed e micore fibrilloso adpresso argenteo-canescente* (alutaceo-pallente), stipite e farcto cavo fragili subattenuato argenteo e cortina alba hinc inde sericeo, lamellis adnatis subconfertis ex aquose opace cinnamomeis, acie serratis albis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 72. *Weinm. p.* 155. In pinetis raro. *Nobilis*, fragilis, olidus. Stipes 3 unc. longus, 3 lin. cr., var. aequalis et tortus. Pileus 2 unc. latus, non udus, sed eximie hygrophanus. Lam. latiusculae; primo subcarneae, non violasc.; apex stipitis rarius fugaciss. violascens. Habitus C. *malachii.*

174. C. DURACINUS, pileo carnoso tenui rigido convexo-plano gibbo glabro aquose testaceo (*alutaceo opaco*), stipite farcto *rigido inaequali radicato glabro* cortinaque tenui in margine brevi infracto sericea albis, lamellis adnatis subconfertis tenuibus aquose cinnamomeis. — *Schaeff. t.* 221 non male habitum exprimit, sed potius *Ag. n.* 714. Ad terram praecip. in silv. frondos. Nobilis, pallens, rigidus, cute tam pilei, quam stipitis duracina. Stipes nunc bulbosus, radice fusiformi, interdum totus fusiformis, laevis, cute separabili.

Margo pilei ad ½ lin. *acute infractus* unde jugum elevatum circa marginem in expanso.

175. C. CANDELARIS, pileo subcarnoso campan. obtuso glabro *helvolo* (fulvo nitido), *margine breve infracto alboseriœo*, stipite solido extus cartilagineo rigido lutescenti-albo, basi fusiformi-radicato, lamellis adnato-decurrentibus linearibus vix confertis fulvo-cinnamomeis. In pinetis raro sed valde insignis, coloribus C. *scandentis*, e char. priori, sed ex affin. vix alii hujus gregis affinis. Stipes 2—3 unc. l., 3—4 lin. cr. firmus obsolete fibrillosus, intus spongioso fibrosus. Pileus subparabolicus, unc. altus et latus, marginello infracto lin. lato. Lam. acie dilutiores.

176. C. ILLUMINUS, pileo carnoso convexo-plano gibbo glabro crustallino testaceo (testaceo-alutaceo), in ambitu tenui, stipite subcavo attenuato sericeo-fibrilloso e pallido ferruginascente, lamellis adnatis subdistantibus e pallido cinnamomeis. (*Secr. n.* 229? praec. D., sed protea sua indole etc. forte C. *triformis* n. 157). In pinetis montosis rarior. Stipes 3—4 unc. l., 3—5 lin cr. basi extus intusque albus. Pileus sub lente innato-virgatus. Lam. primo albido-incarnato-testaceae 2 lin., dein 5 lin. et ultra latae. Cortina alba, e sporidis ferrugin. — *Similem* vidi in fagetis, stipite *albo lutescente*.

177. C. TORTUOSUS, pileo subcarnoso convexo subgibbo glabro laevi nitido ferrugineo badio (testaceo), stipite subcavo rigido aequali subtorto argenteo, lamellis adnatis confertis integerrimis purpurascenti-fulvis. *S. M. p.* 235. *Lasch. l. c. Secr. n.* 256. non obstat, at neutiquam a Leucopodiis separari potest. Locis humidis praec. pinetorum. Stipes nunc brevior, vulgo longior magis tortus, radicatus, apice primo violascens. Variat minor, gracilior, pileo acuto umbonato. *Lamellae nitide fulvae tritae sanguineae* facile distinguunt.

178. C. DILUTUS, pileo subcarnoso convexo-plano subumbonato glabro laevi opaco helvolo (alutaceo), stipite e farcto cavo *molli* pallido basi incrassato, cortina fibrillosa, lamellis emarginato adnexis latis confertis pallide cinnamomeis *Pers syn. p.* 300. *S M. p.* 235. *Alb. Schw. n.* 463. — *Bolt. t.* 10! *Secr. n.* 231. In humidiusc. silvarum. Valde refert C. *armeniacum*, sed minor, stipes fragilis mollis pallidus e velo albo-maculatus. Pileus magis decolorans, primo badius, passim circa marginem albosericeus, 2 unc. circiter. Lam 3—4 lin. latae.

179. C. ERUGATUS, pileo carnosulo convexo-plano subumbonato glabrato laevi *nitido* testaceo-ochraceo, stipite e farcto cavo elongato, *sursum attenuato pallido fibrilloso-striato*, lamellis subadnatis confertis erosulis cinnamomeis. *Weinm. p.* 181. — A. hyalinopus. *Secr.* 237. excl. syn. In silvaticis rarius. Stipes 3—4 unc. l. et ultra, 3 lin. cr. carnoso-fibrosus, apice passim lilacinus. Pileus $1\frac{1}{2}$—2 unc. l., primo fibrillosus, umbone evanido, *colore varians* (Bull. t. 528. f. 1. staturam exhibet!)

180. C. HOEFTII, pileo carnosulo convexo-plano obtuso aquose testaceo (*alutaceo opaco*), micore sericeo maculato, stipite *subfistuloso aequali* fibrilloso-striato nudo *argenteo*, lamellis adnatis confertis venoso-connexis primo argillaceo-incarnatis. *Weinm. p.* 178 «pileo margine fibrilloso, lam. subdistant. recedit.» In fagetis rarius legi. Stipes 3 unc. l., 2 lin. cr., sat tenax, saepe flexuosus. Pileus unc., si lubet incarnato-alutaceus, ob tenuitatem summam marg. pellucido-striato. Lam. integerr. demum cinnam.

** *Stipite vulgoque lamellis violascentibus.* In variis prioris sectionis tinctura fugax in apice.

181. C. LIVOR, rigidus, pileo aequaliter carnoso convexo-plano obtuso glabro ex olivaceo-fuligineo alutaceo, stipite solido e basi subbulbosa conico-attenuato curto violaceo extus cartilagineo, lamellis emarginatis confertis latis planis semicircularibus aquose cinnamomeis. In pinetis montosis. Habitus Inolomatis minoris. Stipes 1—2 unc. l., 4—5 lin. crass., cortina fibrillosa evanida glaber, politus, basi pallens. Pileus saepe maculatus, carne alba, stipitis violacea. Solitarius.

182. C. SATURNINUS, pileo carnoso tenui campan-expanso glabro udo obscure badio (testaceo) decolore, e cortina fibrillosa alba circa marginem sericeo, stipite farcto laevi violaceo basi incrassato, lamellis adnexis tenuibus confertis e purpurascente aquose ferrugineis. *S. M. p.* 219. *Secr. n.* 159. Locis graminosis humentibus catervatim. Cortina infera, sed eximie fibrillosa, laxa. Caro e *coeruleo* albescit, margine tenuis. Statura variat et pileus valde decolorat. Est quasi C. *armeniacus* violascens.

183. C. IMBUTUS, pileo carnoso convexo obtuso glabro gilvo (expallente) versus marginem tenuem subfibrilloso, stipite solido aequali laevi albido, apice violascente, lamellis adnatis *subdistantibus latis e violaceo-cinereo* cinnamomeis.

Cfr. *Secr. n.* 162. In silvis frondosis, praecocior. Stipes 3 unc. l., haud floccosus, nec laxe fibrillosus, quia fugax cortina apici modo et margini pilei adnexa! Caro sordida in stipitis apice tantum manifeste violacea. Lam. demum rotundatae, obscure caesiae *nec purpurascentes.* Est quasi C. *subferrugineus* violascens, sed minor.

184. C. cypriacus, pileo subcarnoso convexo-plano gibbo glabro cinnamomeo (fulvente), stipite farcto aequali molli *concolori fibrillis adpressis striato*, apice violaceo, lamellis emarginatis confertis aquose ferrugineis primo obsolete lilacinis. In lucis ad Vårdsätra cum C. *impenni lucorum*, cui valde similis, sed stipite aequali molli colorato, pileo disco excepto tenuissimo, lamellis confertis certe differt. *Secr. n.* 161 ob stipitem viscosum alienus videtur.

185. C. plumbosus, pileo carnosulo convexo-plano umbonato udo e nigricanti-plumbeo decolore opaco, micore sericeo circa margines splendente, stipite cavo attenuato fibroso-striato molli e violaceo pallescente, lamellis adnexis confertis integerrimis e violaceo opace cinnamomeis. Locis udis sphagnosis in pinetis. Est forte gracilior status C. *olivascentis* n. 64, eisdem locis obvius, ejusdemque staturae; color enim mox brunneo-cinnamomeus [testaceus] et expallens, umbo evanescit; sed etiam C. *diluto* tenuissimo accedit velo nunc nullo, nunc peronato. Stipes basi albus apice striatus, intus violaceus.

186. C. castaneus, pileo carnosulo firmo camp.-convexo explanato gibbove laevi castaneo (*nitido*), stipite cartilagineo e farcto cavo laevi violaceo l. rufescenti-pallido, cortina alba fibrillosa, lamellis adfixis ventricosis subconfertis e violaceo ferrugineis. *Bull. t.* 268. *S. M. p.* 235. *Secr. n.* 279. *Weinm. p.* 175 — [*Schaeff. t.* 229 monstrum mutilum. !] Ad terram nudam ubique, catervatim. Polymorphus, minor, rigido-tenax, parum decolorans, stipite unc., 2—3 lin. cr. Pileus tenue et aequaliter carnosus, saepe irregularis junior circa marginem albosericeus. Lamellae varie adnexae, acie albidiores, *in fungo simillimo primitus dilute ferrugineae.* Var. major, stipite subbulboso, radicato etc.

*** *Stipite veloque subobsoleto luteis rufisve.*

187. C. balaustinus, pileo carnoso convexo-plano obtuso udo fibrillis innatis virgato glabro rufo-ferrugineo (fulvo-testaceo nitido), stipite solido conico-attenuato fibrilloso-striato e pallido dein extus intusque fulvo-ferruginascente, lamellis adnatis postice latissimis subconfertis ferrugineo-rufis. Cfr.

*Secr. n.* In fagetis. Major, statura *C. subferruginei*, cortina rufesc. Stipes saepius incurvus. Lam. integerrimae, primo magis cinnamom.

188. C. Colus, pileo subcarnoso convexo subgibbo glabro brunneo-rufescente (pallidiori nitido), stipite solido sursum attenuato rigido nudo longitudinaliter fibrilloso-striato cortinaque supera fugaci dilutioribus, lamellis adnatis planis crassiusculis obscure cinnamomeis. *Paul.* t. 99. spec. solito majus. In pinetis Upsaliae trans Ulva, Håga etc. copiose. Valde diversus! *Mycelium igneo-croceum*! Stipes 4 unc. long.; basi 5—4, apice 2 lin. cr., tenax, totus fibrosus. Pileus parvus, 1—2 unc. latus, primo camp. sed mox convexus eumorphus. Lam. 3 lin. latae, tenaces, venoso-connexae, vix confertae. *Var.?*: *broccus*, margine crenato-dentato, colore pallidori. Cfr. *Fl. Dan.* t. 1735. f. 2.

189. C. isabellinus, pileo subcarnoso convexo subumbonato melleo glabro (lutescente nitido), stipite subcavo aequali rigido striato nudo lutescente, lamellis adnatis firmis subdistantibus e flavido argillaceo-cinnamomeis. *Batsch.* f. 16. In pinetis montanis siccis Smolandiae, raro. Praeced. affinis, non cum *C. triformi melleo-pallido* confundendus. Rigidior et firmus. Cortina parca, fugacissima, flavida. Noster ic. cit. tenuior.

190. C. renidens, pileo subcarnoso convexo-plano laevi glabro nitido fulvo (ochraceo), stipite farcto aequali glabro cortinaque fibrillosa flavis, lamellis subadnatis confertis tenuibus fulventibus. — *Paul.* t. 54. f. 1, 2? *Batsch* f. 23 habitum fungi sicci exprimit. In silvis praec. frondosis. Indoles *C. armeniaci*, pileo semper glabro et eximie hygrophano, sed *velum luteum*, stipes flavescens et vulgo minor. Pileus 1—2 unc. l. gibbus l. stipitis apice cavo umbilicatus, scissilis. Lam. juniores pallide cinnamomeae, *Cortinariorum* more insertione variae, etiam liberae visae.

191. C. angulosus, pileo carnosulo explanato repando fragili glaberrimo hygrophano helvolo-fulvo (ochraceo opaco), stipite cavo torto aequali striato fulvello, cortina fugacissima fulva, lamellis adnatis crassis subdistantibus fulvis, acie integra concolori. In pinetis reg. camp. raro. Stipes 3 unc. l., 2—3 lin. cr. deorsum subattenuatus. Pileus 3 unc. latus, tenuis, ut vix scissilis; siccus laevis et laetus, sed non nitens; margo membr.! infractus et flexuosus. Caro albo-lute-

scens, in stipite obscurior. Lam. medio latiores, 3 lin latae et ultra, fragiles.

192. C. ZINZIBERATUS, pileo subcarnoso convexo-explanato umbonato laevi fuscescenti-melleo (lutescente) margine sericeo-fibrilloso, stipite farcto aequali sericeo-laevigato, lamellis adnatis distantibus e lutescente cinnamomeis integerrimis brevioribus crispis. *Scop. Carn. p.* 455.? In silvis caeduis frondosis raro. Valde similis C. *colymbadino* (Cfr n. 124). Stipes 2 unc. l., 2—3 lin. cr., extus basique intus lutescens. Pileus 1—2 unc. l., disco glabro. Lam. 2—3 lin. latae. Olidus. [*Scopoli* cortinam vocat annulum fugacem.]

**** *Stipite fuscescente*; cortina pallide sordida l. alba (nec lutea); lamellae obscurae.

193. C. URACEUS, pileo carnosulo campan.-convexo subgibbo laevi glabro udo umbrino (alutaceo fibroso-lacero), stipite subcavo molli aequali firmo fibrilloso striato e *fusco nigricante, apice olivascente* nudo, lamellis adnatis ventricosis subdistantibus badio-brunneis. In pinetis; ubique circa Upsaliam copiosiss., alibi non vidi. Habitus C. *glandicoloris*. Stipes sursum potius, quam deorsum attenuatus, passim flexus. Pileus 1—2 unc. l. subolivascens, margine primo incurvo. Lam. perlatae, (3—4 lin.) integrae, sed acie primo albidae. Cortina supera, tenuissima, fuscescens. — A. *glandicolor* Weinm. *Secr. n.* 129 ob colorem juxta C. *punctatum* n. 156. notatus, huic propior videtur, sed tenuitate et colore umbrino-cinnamomeo differt.

194. C STEMMATUS, pileo subcarnoso convexo-plano obtuso fragili spadiceo (pallente) circa margines canosericeo, stipite subcavo molli aequali curvato extus intusque ferrugineo spadiceo, apice sericeo-laevigato pallido, lamellis adnatis *confertis spadiceis*. In silvis caeduis rarior, serotinus. Stipes 2—3 unc. l., saepe flexuosus et basi attenuatus. Pileus $1\frac{1}{2}$—2 unc. latus, ex indumento canescens. Lam. 2 lin. latae distinctae, postice angustiores.

195. C. JUBARINUS, pileo subcarnoso campan.-expanso, glabro *splendide cinnamomeo-fulvo* (nitente), stipite e farcto cavo firmo fibrilloso-striato fulvescente, *cortina fugaci alba*, lamellis adnatis subdistantibus fulvo-cinnamomeis. *Bull. t.* 431. *f.* 1. In pinastretis siccis montanis copiose. Ob colores facile confunditur cum C. *cinnamomeo* et C. *inciso*; ab illo mox differt velo albo, ab hoc superficie vix hygrophana,

semper polita et integra, etiam si pileus margine rimoso-incisus.

196. C. RUBRICOSUS, pileo subcarnoso mox explanato umbonato glabrescente fusco-badio (testaceo nitido), stipite solido curto firmo subaequali fuscescente e *cortina alba collapsa cingulato* sericeove, lamellis obtuse adnatis subconfertis tenuibus integerrimis laete ferrugineis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 44. *Secr. n.* 280. In silvis caeduis, pinetis etc., catervatim. Species major et firmior, e grege C. *castanei* sed velum exacte C. *armeniaci*, primo fibrillos., dein in zonam latam vagam immargin. collapsum, ut stipes (1—2 unc. l. passim attenuatus) peronatus appareat. Pileus firmus, regularis, 3 unc. usque, primo circa margines albosericeus. Color var. brunneo-rufus.

197. C. IRREGULARIS, pileo subcarnoso explanato umbonato repando glabrescente fusco-brunneo (fulvo-ferrugineo nitido), stipite subcavo aequali rigido *nudo* testaceo albostriato, lamellis decurrentibus confertissimis ferrugineis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 43.! — Ex habitu *Bolt. t.* 13. *Secr. n.* 281. Lam. minus confertis ad C. *biformem* recedit. In pinetis siccis montanis subcaespit. rarus, at suis locis constans. Cortina non conspicua nisi circa marginem pilei, primo albosericeum; interdum vero basis stipitis peronata conspicitur. Stipes 2—4 unc. l., 2—4 lin. cr. basi passim attenuata. Lam. attenuato l. arcuato-decurrentes. In hunc ad unguem quadrat descr. A. *lucidi* Pers. syn. p. 299 sed pendet unice ab *A. lamprocephalo* Bull. t. 544. f. 2. qui, ut *Secr. n.* 281., lam. minus confertis C. *biformi* (n. 158.) propior.

198. C. PATERIFORMIS, pileo subcarnoso rigido *plano-depresso obtuso* orbiculari castaneo-fusco, fibrillis secedentibus albis adsperso, stipite cavo aequali fibrilloso albofuscescente, lamellis emarginato-adnatis subconfertis testaceis. Locis humidis nemorosis. Stipes 2—3 unc. l., 1—2 lin. cr. Pileus unc. l., rigido-fragilis, fibrillis saepe albo-zonatus. — In rivulis exsiccatis montanis sub Abietibus forma major, pileo convexo-plano 2 unc. l., sub lente pilosulo, stipite 2—4 lin. cr. fragili fusco, sicco vero argenteo-micante.

A. *inaequalis* Weinm. p. 176, mihi obscurus, potissimum C. *brunneo-fulvus* n. 154. neglecto velo.

II. TENUIORES. Pileus submembranaceus, e conico expansus umbonatus, umbone acuto l. rarius obtuso evanidoque (contraria ratio priorum.) *margine primo recto.*

Stipes subaequalis l. basi attenuatus. *Tenuitas pilei tantum ad amplitudinem relativa.*

* *Stipite albo.*

199. C. DOLABRATUS, pileo carnoso-membr. e campan. expanso obtuso glabro testaceo (laevi alutaceo), circa marginem sericeo, stipite elato valido cylindrico glabro candido, lamellis adnatis latissimis distinctis distantibus fulvo-cinnamomeis. Locis subhumidis in pinetis desertis, raro. Statura C. *evernii* et *Bull. t.* 162 habitum non male exprimit, sed stipes ad 4—6 unc. elongatur, ½ unc. et ultra crass. Pileus fragilis, 2—4 unc. l., semper *laevigatus*. Lamellae postice latiss. unc. usque latae, dente subdecurr.

200. C. RIGENS, pileo carnosulo conico mox convexo obtuso laevi glabro opaco argillaceo (alutaceo-albo), stipite cartilagineo rigido radicato glabro nudo albo, deorsum subattenuato, lamellis adnato-subdecurrentibus latis distantibus argillaceis demum obscure cinnamomeis. *Pers. syn. p.* 288. — non *Secr. n.* 244, qui potius C. *camurus* (n. 109). In pinetis etc. vulgatiss. serotinus. Priori affinis, sed rigidior, nec fragilis, minor, pallidior, lamellae vero demum obscuriores opacae. Caro alba. Cortina vix ulla (an igitur *Secr. n.* 232) magnitudine variat et stipite fusiformi et basi incrassato.

201. C. FULVESCENS, pileo carnosulo convexo-plano nitido cinnamomeo (testaceo) demum fibrilloso, umbone prominente subacuto, stipite attenuato molli subflexuoso glabro pallescente, lamellis adnatis subdistantibus tenuibus planis fulvo-cinnamomeis. *Secr. n.* 230 (subochraceus» vero). In pinetis.

202. C. KROMBHOLZII, pileo conico-camp. dein gibbo laevi glabro, disco carnoso, margine tenui a velo appendiculato, stipite fistuloso aequali nudo albido, lamellis subliberis latis ferrugineis, acie lutescentibus. A. leucopus. *Krombh. t.* 2, *f.* 31, 32. In Bohemia. A sq. certe differt, sed *non vidi*. Stipes 3 unc. l., 3 lin. cr. Pileus galericulatus, unc. alutaceus, apice (udus?) obscurior. Cfr. *Secr. n.* 263.

203. C. LEUCOPUS, pileo subcarnoso e conico expanso demum umbonato laevi glabro helvolo (alutaceo nitido), stipite e farcto cavo aequali candido, lamellis subadnexis ventricosis confertis e pallido cinnamomeis. *Bull. t.* 533. *f.* 2. *Pers. syn. p.* 333. *S. M. p.* 236. *Weinm. p.* 177. bene. In pinetis, haud fr. Minor, habitu C. *pluvii*, sed non viscidus, hinc *Secr. n.* 242 diversus, lam. vero in media aetate in ochreum etiam vergunt colorem.

204. C. SCANDENS, pileo submembr. e conico explanato e fulvo ferrugineo aquose melleo hygrophano, umbone carnosulo, margine striato, stipite fistuloso flexuoso laevi apice incrassato, basi attenuato albido, lamellis adnatis tenuibus subdistantibus fulvo-cinnamomeis, acie concolori. In pinetis; Kongsparken etc. Upsaliae, serotinus, locis humentibus. Similis C. *obtuso.* Stipes 3—4 unc. l. 2 lin. cr., mollis, udus flavescens et siccus candicans; basis subulata semper alba. Cortina tenuis, fibrillosa, supera. Pileus ½—1 unc. et ultra, siccus alutaceus, sed umbo (acutus, obtusus, obsoletus) fulvescit. Lam. angustae, 1—2 lin., planae.

A. inodorus *Bull. t.* 527. *f.* 2, sec. Secr. n. 240 ex hac regione, mihi ignotus, nisi prior dealbatus.

** *Stipite violascente aut rubello.* Cfr. n. 144.

205. C. ERYTHRINUS, pileo carnosulo e conico convexo-plano glabrato badio-rufo, umbone subprominente obscuriori, stipite e farcto cavo aequali subcurvato sursum violaceo, lamellis leviter adnexis subdistantibus ventricosis pallide cinnamomeis. *Fries Obs.* 2. *p.* 44. — *Secr. n.* 284. A. badius. *Weinm. p.* 175. In silvis passim. Stipes 2—3 unc. l, 2 lin. cr., e cortina alba fibrillosus l. fibrilloso-striatus, plus minus coerulescens et var. *argyropus* l. c. videtur status tenuior, stipite argenteo apice albo-pruinato. Pileus 1—1½ unc. l., siccus fulvescit. C. *castaneum* admodum refert.

206. C. DECIPIENS, pileo submembr. conico glabro nitido badio-fusco (testaceo), dein circa umbonem carnosulum prominentem obscuriorem depresso, stipite subfistuloso aequali gracili *cuticula separabili pallida tecto,* intus subtestaceo, lamellis adnatis tenuibus subconfertis testaceo-ferrugineis. *Pers. syn. p.* 298. *S. M. p.* 236. *Weinm. p.* 174 *Secr. n.* 283. In silvis passim. Ad C. *castaneum* se habet ut C. *fulvescens* ad C. *armeniacum;* ad hanc seriem pertinet licet non violascens, sed stipes modo alborubellus. Pileus unc. l. parum ultra. Stipes in vulgari strictus. — Sed habemus *var. insignem,* pileo dilutiori, stipite flexuoso glabro, lam. minus confertis. Similis *brevipes* in fagetis frequens (*Secr. n.* 282) interdum in humo truncorum obviam venit, sed vere xylophilum nullum vidi Cortinarium.

207. C. GERMANUS, pileo submembr. conico-expanso obse umbonato subsericeo *fragili* laevi fuscescente (argillaceo), stipite subfistuloso tenui aequali glabro e lilacino pallescente, lamellis adnatis subdistantibus latis aquose cinnamomeis. In

fagetis raro. Stipes 3 unc l., 1 lin. cr., subtortus, demum argenteus. Pileus vix unc. exstrius, Olidus: Iliopodiis proximus.

208. C. JANTHIPES, pileo carnosulo e conico convexo-plano obtuse umbonato fibrilloso *nitido brunneo*, *margine lutescente*, stipite farcto tenui subfragili nitido violaceo, deorsum rufescente, lamellis leviter adnexis subconfertis e albo griseo-olivaceis, *Secr. n.* 298. In silvis frondos. Stipes long. unciam, cr. lineam paulo excedens, cuticula separabili, subflexus. Pileus firmulus, 10 lin. *Non vidi*, nisi forsan sub Iliopodio « stipite violaceo» S. M. intellexerim, qui saltim a *Secr. n.* 266 alienus.

*** *Stipite lutescente*, vulgo pallescente.

209. C. DETONSUS, pileo submembr. conico-expanso subumbonato glabro testaceo s. lutescente (alutaceo sericello), stipite e farcto cavo sursum attenuato glabro luteolo *pallido*, lamellis adnatis tenuibus subdistantibus e lutescenti testaceis integerrimis. *S. M. p*, 232. *Weinm. n.* 299. *Lasch!* In silvis inter muscos, Major, sat fragilis. pileo 1½—2 unc. lato, *colore incuso pallide lutescente* distinctus. Pileus udus striatus. Umbo, ut sqq, acutus, sensim evanescit, interdum obscurior. *Secr. n.* 262 potius C. *praestigiosus.*

210. C. SANIOSUS, pileo carnosulo e conico convexo umbonato exstrio glabro fusco-fulvo [fulvo nitente], margine passim fibrilloso-lacero, stipite farcto curvato e cortina flava fibrilloso lutescente, lamellis adnatis ventricosis subdistantibus testaceo-cinnam. integerrimis. b. stipite elongato, flexuoso basi croceorubente, pileo tenuiori. *S. M p.* 232 lusus singularis! A. turcicus *Lasch! Linn. l. c. n.* 336 alius lusus pileo undique fibrilloso-lacero. *Secr. n.* 257. var. Locis humidiusc. et graminos. vulgatus, gregarius. Staturae et coloris, modo laetioris vix hygrophani, variatio et tota facies C. *incisi*, at minus incisus etc; *cortina semper fibrillosa lutea* certe distinctus. Stipes aequalis, firmulus, 1½—2 unc. l. Caro concolor.

211. C. OBTUSUS, pileo submembr, conico-campan. ad medium striato nitido helvolo [ochraceo-pallido opaco fibrilloso lacero], stipite cavo molli ventricoso adpresse fibrilloso pallescente, lamellis adnato-ventricosis subdistantibus fulvo-cinnamomeis, acie albofimbriatis. *S. M. p.* 233. *Weinm. p.* 183. — *Secr. n.* 247. In silvis praec. pinetis copiosiss. *Cortina mere fibrillosa, albida*, e qua pileus junior passim cano-

sericeus, vulgo glaber, sed siccus innato-lacerus. Umbo evanescens. Olidus.

212. C. ACUTUS, pileo membran. conico acute umbonato toto striato helvolo [alutaceo sericello-laevi], stipite fistuloso aequali gracili flexuoso pallescente, cortina fugaci alba, lamellis adnatis subconfertis tenuibus angustis ochraceis integerrimis. *Pers. syn. p.* 316. *S. M. l. c.* *Secr. n.* 245. Locis humidis pinetorum. Habitus fere Galerae. Stipes 3—4 unc. l., in vivo luteus, pallescens, siccus fere albus. Pileus primo badio-ferrug., ½ unc. *Var.* lamellis liberis cinnamomeo-ochreis, (*Weinm. p.* 182.) in silvis frondosis; at insertionem lamell. inter Cortinarios frequenter variabilem vidimus. Color pilei insuper pallidior, siccus fere albescens.

**** *Stipite fuscescente.*

213. C. JUNGHUNII, pileo carnosulo tenui e conico explanato papillato *fibrillis tenuibus innatis albis* persistentibus subvelutino nitide cinnamomeo (fulvello), stipite farcto aequali subflexuoso dilute testaceo *nitido adpresse fusco-fibrilloso*, lamellis adnatis tenuibus ventricosis croceo-testaceis. In silvis abiegnis musc. montos. rariss. Odor nullus. Stipes 2—3 unc. l., 2 lin. cr., intus obscurior basi albidus, etiam attenuatus. Cortina obsoleta. Pileus unc. udus ad medium striatus, lente lustrandus. Lam. 2 lin. latae, basi venosae.

214. C. DEPRESSUS, pileo submembr. e conico convexo umbonato glabro, circa marginem striatum primo superfic-sericeo, stipite cavo aequali laevi fusco albo-sericeo, lamellis adnatis distinctis subconfertis e croceo lutescentibus. A. Cucumis *β. Fr. Obs. p.* 41. In nemoribus humidis raro. Odor debilis piscinus l. Cucumeris. Cortina vix ulla. Stipes brevis, rigidus, demum nigricans. Pileus 2—3 unc., demum planiusc. circa umbon. depressus, e fusco ferrug. — A. *depressus* Weinm. p. 176 videtur fere idem stipite elongato, lam. ferruginasc., qualem etiam legi. Cfr. n. *Secr. n.* 276.

215. C. MILVINUS, pileo membran. conico-expanso subumbonato glabro ad discum latum carnosulum striato subolivaceo (alutaceo-pallido), *margine squamulis innatis albis coronato*, stipite subfistuloso aequali curvato fusco-pallido cortina alba sericeo-maculato, lamellis adnatis subdistantibus tenuibus olivascenti-ferrugineis; basi venosis. Gregatim in nemoribus Fagi. Stipes 2—3 unc. l. 2 lin. cr., nec flexuosus. Pileus ½ —1 unc. l. cervino-olivacens. Olidus. Videtur *Secr.*

*n.* 299. (ipse pro C. *flabelli* var. habet) sole enim tactus fulvescit.

216. C. FASCIATUS, pileo membran. conico-expanso glabro fuscescente (testaceo-pallido sericeo), umbone carnosulo acuto nigricante, stipite subfistuloso *fibroso-fissili* subundulato glabro pallido-fuscescente, lamellis adnatis tenuibus subdistantibus cinnamomeis. *Scop. Carn. p.* 456. (incl. forte C. decipiente). A. acutus *Alb. Schw. p.* 166. In pinetis. Ob colores n. 208 refert, sed *stipite non corticato* et tota indole C. *acuto* proximus. Stipes rectus, sed superficies undulata, 2—3 unc. l., lin. crass. Pileus ½ unc. latus, raro ultra Lam. 1½ lin. latae, parum ventricosae. A. *inhonestus* Weinm. n. 288 nulla re differt, sed umbonem reticet, et species est pulchella.

Clusii *pern. gen. XVII et XVIII* ad ultimas Cortinariae tribus pertinent, sed ad species definitas haud referantur. Apud *Paulet* plures depictae, quarum tabulas non vidi, in opprobium igitur scientiae haud determinatas. *Bonae Cortinariorum icones aeque exoptatae ac specc. notissimarum iteratae nauseosae.*

**VI. PAXILLUS.** (Fr. Gen. Hymen. p. 8). Hymenophorum cum stipite contiguum, decurrens. Lamellae membranaceae, integerrimae, ramosae, subanastomosentes, *ab hymenophoro discretae et facile secedentes*, acie acuta, e sporidiis globosis ferruginascentibus decolorantes. *Trama* in genuinis *nulla. Fungi carnosi, putrescentes, pileo e margine involuto continue et successive explicato et dilatato, demum convexo-depressso l. excentrico, lamellis decurrentibus subconfertis.*

Genus *lamellis facile secedentibus* cum Boletis analogum sed *incremento indefinito* cum Polyporis, unde *Micheli* genus jam praemonuit, et spec. 4. *Persoon, Opatowski* (hic sub *Rutheae* nomine; sed minus bene tribu movit) separare voluerunt. Sectione vero prima ad Agaricos transit nec ob tramae defectum ad genera *Cantharellea* (n. VIII—XII), quae facie mentitur, pertinet. Videntur edules (Cfr. *Weinm. p.* 225); prima sectio est A. *Prunuli* indole et sapore; vix vero odore.

Trib. I. LEPISTA. Hymenophorum griseo-corneum, trama simulari. Lamellae fragiles. Sporidia sordida et totius

fungi color ex albido sordidus. *Forma et facies* sq., sed forsan potius, licet lamellae fragilitate secedant (aliter in A. *sordido*, *A. nudo*, *A. flaccido* etc), sub Agarico inter Orcellas servandi.

1. P. Lepista, pileo carnoso depresso e sericello glabrato, margine tenui involuto nudo, demum expanso patente undulato-lobato, stipite spongioso-farcto inaequali firmo basi villoso, lamellis longe decurrentibus confertis porrectis postice simplicibus. *S. M. p.* 271. — *Secr.* 1009. (var. longipes) — *Paul. p.* 140 Cheville in coin. (t. 47. f. 3, 4 a me non visa) *Vaill. par. p.* 62. *n.* 13! *Clus pern. gen.* 14. *sp.* 2 ex *Sterb. t.* 19. C. A. truncatus *Pers. syn. p.* 458 ex Secr., utique anceps; meo vero sensu potius A. orcella. In silvis, locis humidis. Odor saporve non ingratus, nec farinae. Ob incrementum indefinitum hic et sqq. statura mire mutatur. Stipes praemorsus, elasticus, pallescens, variat rufescens et fuscescens, nunc brevis uncialis deorsum valde attenuatus, nunc 3—4 unc. l. sursum leviter attenuatus, ut in P. *involuto*, cum multis formis mediis. Pileus ab 1 ad 3—4 unc. et ultra extensus; recens fragilis, passim rimuloso-squamulosus praecipue circa marginem, ubi micor sericeus modo conspicitur: exoletus flaccidus, ex albo lutescens. Lam. subramosae; sqq. latiores (3 lin.), varie dein obscuratae. Sporidia pallide rubello-fuscescentia.

2. P. extenuatus, pileo rigido e disco carnoso extenuato camp.-convexo expansoque nudo glabro udo margine primo involuto pubescente, stipite solido tenaci glabro, basi tuberoso-radicato, lamellis decurrentibus arcuatis confertissimis ex albo murinis. *Scop. Carn. p.* 448? In pinetis; Upsaliae legi. Stipes $1\frac{1}{2}$—2 unc. l., 3—5 lin. cr., elasticus, extus fibroso-tenax; junior sursum attenuatus, dein aequalis; mycelium cum terra in tuber concrescit. Pileus 1—3 unc. l., admodum rigidofragilis et pro ratione tenuis, primo gibbus, mox obtusus, argillaceus l. alutaceo-fuscus.

3. P. sordarius, pileo subcompacto ex hemisphaerico plano glabrato, margine involuto subtomentoso, stipite farcto fibrilloso-striato deorsum incrassato, lamellis plano-decurrentibus confertissimis angustis aquose albidis sordidescentibus. *Pers. syn p.* 370. *Fr. Obs.* 1. *p.* 23. *Buxb. C. IV. t.* 36 *f.* 1. b. major, pileo repando. *Secr. n.* 677. *Clus. pern. g.* 23. *sp.* 4. *Sterb. t.* 20. *f. A.* Ad terram et truncorum bases rarius. Odor saporque priorum, quibus valde affinis, etiam sta-

tura rarius at in genere minor. Stipes 1—3 unc. l., 2—4 lin. cr. demum cavus, variat lutescens et basi incurva radicatus. Pileus demum planus, 1—2 unc. et ultra, suborbicularis, udus albolivens l. cretaceo-argillaceus. A. subreflexus *Otto* forte var. tenuior.

* P. SPILOMAEOLUS, pileo e convexo subdepresso guttato-maculato stipiteque ex albo-lutescentibus, lamellis demum aquose ferrugineis, basi corneo-griseis. In pinetis montosis raro. Lam. color in a. fuscescit l. olivascit.

Trib. II. TAPINIA. Hymenophorum cum pileo similare, trama nulla. Lamellae tenaces, molles. Sporidia et color ferruginascentia. *Paxilli veri.*

4. P. INVOLUTUS, pileo compacto e convexo-plano depresso udo glabrescente, *circa marginem involutum tomentoso*, stipite carnoso solido firmo nudo sursum incrassato lamellisque ramosis latis *postice poroso-anastomosantibus* pallidioribus tactu maculatis. *Batsch. f* 61. *S. M. p.* 271 c. syn. *Sowerb. t.* 98. — *Schaeff. t.* 72. *Bull. t* 240, 576. *f.* 2. *Paul. t.* 61? 62, 63. *f.* 1. varr *Buxb. C. IV. t.* 26. *Vaill. par. p.* 52. *n.* 12 et *p.* 68. 50. *Clus. l. c. sp.* 3. b. excentricus, saepius truncigenus l. c. *Schaeff. t.* 71. Ad terram, aggeres humosos, vias etc. vulgatiss. Stipes vulgo obesus, rarius elongatus, sordide lutescens, basi passim bulbosa. Pileus ochraceo-ferruginascens (plus minus obscurus), subnitidus, saepe amplissimus — etiam lobatus et squamosus. Edulis *Weinm. Ross. p.* 225.

5. P. FILAMENTOSUS, pileo carnoso excentrico *gibbo* demum depresso *in squamas densas* villosas lacerato, marginello tenui inflexo, stipite solido deorsum attenuato subincurvo, lamellis confertis angustis strictis ex albo-lutescentibus, postice simplicibus. *Scop. p.* 441. A. entoxanthus. *Schum. in litt.* Cfr. *Bolt. t.* 55, qui etiam hunc non male refert. *Buxb. C. IV. t.* 8. *f.* 1. Ad terram et inter ramenta lignea; circa Upsaliam raro. Facies A. *vinosi* (n. 736), ut eundem primo credidi, at praecedd. omnino congener, carne tam pilei quam stipitis lutea mox distinctus. Stipes nunc brevior (vix unc.) nunc longior, $\frac{1}{2}$ unc. cr., passim lateralis, basi saepe attenuatus. Pileus $1\frac{1}{2}$—3 unc. l., interdum totus hirto-tomentosus, fusco-lutescens. Lam. decurrentes, demum obscuriores. — *Weinm. p.* 261 est A. phaleratus n. 669.

6. P. ATROTOMENTOSUS, pileo carnoso e convexo-plano depresso infundibuliformive granuloso rivuloso, margine tenui

involuto, stipite spongioso-solido firmo *velutino*, lamellis confertis strictis postice ramosis. *Batsch. f.* 32. *S. M. p.* 272. c. syn. *Nees S. f.* 175. *Paul. t.* 33. *f.* 2, 3. *Weinm. p.* 226. *A. S.* A. jacobinus. *Scop. p.* 438! In Europ. bor. pinetis ad terram et truncos freq.; *Batsch* ad Salices legit. Validus, firmus, subexcentricus. Stipes elasticus, radicans, tomento (*vulgo* atrofusco, raro griseo) hirtus. Pileus primo tomentosus aut pulverulento-velutinus, carne alba. Hymenophorum sulcato-rugosum! Var. l. *affinis* A. foetidus *With. arr. IV. p.* 301.

7. P. GRISEO-TOMENTOSUS, pileo spongioso-carnoso convexo-plano repando laevigato *hygrophano*, centro depresso, stipite subexcentrico spongioso-molli obeso griseo-velutino, basi incrassato, lamellis tenuibus confertis e ferrug.-lutescente griseo-purpurasc., postice bifidis. *Secr. n.* 986 e quo A. aurantio-ferrugin. *With.* (Cfr. *S. M. p.* 273) sed syn. e S. M. exclud. Subcaespitosus ad bases quercuum. Substantia tenuis, uvida. Pileus udus pallide brunneus, siccus griseo-lutescens sed lineis brunneis abruptis circa marg. concentrice notatus.

8. P. CRASSUS; pileo carnoso obliquo planiusculo laevigato ferruginascente, stipite farcto excentrico brevissimo adscendente, lamellis decurrentibus latis *distantibus* strictis cinnamomeis. *Batt. t.* 25. *G.* Ad Populos Italiae. *Batt.* E Gallia occident., ad ligna, ut videtur, fabrefacta misit *Levieux!* Substantia crassa, sed mollis, spongiosa, subconcolor. Margo in sp. viso altero latere altior. Lamellae siccae pulverulentae, ut Cortinarii. — In pinetis nostris semel legi inter hunc et subsequentem medium, ab hoc, cui concolor, differt lamellis latioribus distantibus strictis, ramosis tamen.

P. LACUNOSUS. Fungus Licheuis instar scrobicul. *Mich. gen. p.* 224. Certe hujus generis, sed non vidimus.

9. P. PANUOIDES, pileo carnoso *dimidiato conchato* glabrato sordide luteo, postice porrecto *sessili* stipitatove, lamellis decurrentibus confertis ramosis crispatis luteis. *S. M. p.* 273. *Obs.* 2. *p.* 228. *Weinm. p.* 226.! *Buxb. C. II. t.* 49. *f.* 2! Merulius lamellosus. *Sowerb. t.* 403. — *Pers. M. E. n.* 61. γ., 15, 17 * et 9. — b. pileo exalbido. Ag. lamellirugus. *Dec. fr.* 5. *p.* 44. (specimina certa misit optimus *Montagne!*) *Secr. n.* 1082 (misit Schleicher!) — c. pileo resupinato cupulari. Gomphus Pezizoides. *Myc. Eur.* ! 2. *p.* 10. Ad ligna pinea, tam silvatica, quam domestica et cella-

ria fr. Magnopere versiformis (Cfr. Weinm.), primo obovatus, dein expansus lobatus, pileo passim rivuloso, P. *atrotomentoso* certe affinis, licet habitus Pani.

VII. GOMPHIDIUS (S. M. p. 314). Hymenophorum in stipitem decurrens. Lamellae e membrana mucilaginea factae, acie acuta contiguae, subramosae, *ascidiis erumpentibus fusiformibus* nigricantibus pruinatae. Velum viscoso-floccosum. *Fungi terrestres, carnosi, putrescentes, pileo demum turbinato, lamellis decurrentibus distantibus mollibus.*

Genus exiguum, valde diversum, ex habitu inter *Cortinarios* et *Hygrophoros* positum, et inter Agariceos (sp. 1) et Cantharelleos exacte medium. *Canth. crassipedem. Krombh. t.* 4. *f.* 11—13 primae spec. affinem suspicor.

1. G. glutinosus, pileo *obtuso glutinoso* purpureo-fusco, lamellis ex albido cinereis, brevioribus adnexis, trama nulla. *Schaeff. t.* 36. *S. M p.* 315. *Sowerb. t.* 7. *Fl. Dan. t.* 1247. *Letell. t.* 647. *Krombh. t.* 62. *f.* 15—20. A. viscidus. *Pers.* — *Secr. n* 405 nec Linn. nec apte. In pinetis ubique; Upsaliae sq. rarior, Stipes basi intus luteus. Lamellae subinde olivaceo-virentes.

* G. roseus, pileo stipitisque albi basi (extus intusque) incarnatis. *Fr. l. c. Weinm. p.* 245. *Krombh. t.* 63. *f.* 13—17. *Lasch. n.* 488. A. viscidus. *Nees Syst. f.* 197. — *Secr. n.* 407 excl. controvers. (ne remotissima quidem cum A. toruloso P. affinitas!). Cum priori, *verae varietatis typus!* Vulgo minor, interdum vero prioris staturae: A. speciosus. *Scop. p.* 448.

2. G. viscidus, pileo demum *umbonato viscido* fusco-rufo, lamellis purpureo-umbrinis vere ramosis, trama pileo similari. *Linn! Swartz. Wahl. Suec* etc. A. lubricus. *Scop. n.* 447. A. rutilus. *Schaeff. t.* 55. *Weinm. l. c. Secr. n.* 406. *Letell. t.* 603. *Krombh. t.* 4. *f* 5—7 A. Gomphus. *Pers. ic. descr. t.* 13. *f.* 1—3. Cum priori, vulgo rarior, sed Upsaliae vulgatissimus inter Agaricinos. Stipes intus rhabarbarinus.

* G. testaceus, pileo stipitisque elongati basi (intusque) testaceis, lamellis plano-decurr. *Sow. t.* 105 ex forma. In fagetis legi: G. *roseo* eximie respondet.

3. G. maculatus, pileo convexo obtuso viscido albo

demum nigro maculato, lamellis umbrinis vere ramosis, trama incompleta. *Scop. p.* 448. In fagetis raro. Stipes firmus, brevis, intus rubens. Pileus 3 unc. l., pallescens carne alba. — *Paul. t.* 61 inter hoc et *Paxilli* genera ambigit.

VIII. HYGROPHORUS. (Fr. Gen. l. c.). Hymenophorum cum stipite contiguum, et inter lamellas descendens in tramam immutatam, similarem (vix floccosam) immixtis granulis. Lamellae acie acutae, (succo aqueo, nec lactescentes,) distantes, *hymenio in massam ceraceam mutando* vestitae. Sporidia explodenda, globosa, alba. *Fungi terrestres, putrescentes, pileo viscido l. irriguo, lamellis saepe ramosis basi primitus demumve venosis.* Agarici *Auct. citt.* Hydrophori spec. *Batt.*

Grex admodum naturalis, eximie contigua, licet extrema facie divergant. Formis atypicis, lamellis nempe plicaeformibus (Cfr. *Secr. n.* 766, *Merulius tortilis* Schum. etc.), ad Cantharellos tamen abeunt et *H. Cantharellus*, *H. cinnabarinus* etc. re vera *Cantharello cibario* magis affines, sed normaliter lamellis perfectis, acie acuta, dignoscuntur. Variant porro *H. conicus* etc. lamellis vere lactescentibus, sed *Lactarii* trama et habitu illico differunt.

Trib. I. LIMACIUM. (S. M. p. 31.) Velum universale viscidum, accedente passim partiali floccoso annulari l. marginali. Stipes vestitus, vel squamis veli (n. 13, 14) vel punctato-scabrosus; ut pileus viscidus, carnosus. Lamellae adnato-decurrentes.

* *Albi l. albo-lutescentes.*

1. H. LIGATUS, albus, pileo carnoso convexo-plano laevi viscido, stipite farcto longo *fibrilloso*, *velo annulato infero subappendiculato*, lamellis crassis distantibus strictis. *S. M. p.* 32. *Lasch. l. c. n.* 21. A. cossus. *Secr. n.* 57. In pinetis. Mitis, albus, saepe lutescens, raro rubello-maculatus; e jove plus minus viscidus. Annulus vulgo lacerus et margini appendiculatus.

2. H. CRYSODON, albus, pileo carnoso convexo-plano viscido *margine* involuto *stipiteque* farcto subaequali *squamuloso apice* (*flavo* — ) *floccosis*, lamellis subtenuibus distantibus demum crispis. *Batsch f.* 212. (minor, stipite cavo) *S. M. l. c. Fl. Dan.* — optime. *Secr. n.* 772. A. mugnajus. *Scop. p.* 429. In silvis. Flocci flavi, in apice stipitis *annu-*

*lares.* Lamellae juniores acie flavo-floccosae. Pileus etiam disco floccosus l. flavo-papillosus legitur. — Var. *leucodon* Alb. Schw. p. 182. Secr. n. 773 differt *floccis albis.* Variat lamellis lutescentibus: A. *gummosus.* M. E. p. 101.

3. H. EBURNEUS, candidus, *pileo* carnoso laevi glabro, margine integro, *stipiteque* e farcto cavo inaequali *apice punctis squamulosis scabro glutinosis*, lamellis firmis distantibus strictis. *Bull. t.* 551. *f.* 2. *S. M. p.* 33 a. c. syn. *Schum.! Lenz. f.* 8. — *Schaeff. t.* 39. A. jozzolus. *Scop. Buxb. C. IV. t.* 30. *f.* 2. In silvaticis, ubique. Veli partialis defectu etc. a prioribus mox differt, sed margo primitus involutus villosus mox nudus. Ceterum affinium more variat tenuis et compactus, interdum admodum pusillus, stipite curto et elongato. Ex omnibus edulis, *odore et sapore gratus*, hinc non Secr. n. 769.

4. H. Cossus, albus, pileo carnoso laevi glabro viscoso sublutescente, *margine nudo*, stipite farcto subaequali sursum furfuraceo, lamellis tenuibus distantibus strictis. *Sowerb. t.* 121. *Berkel. in Hook. Brit. et in litt.* A. eburneus b. *S. M. l c.* A. discoxanthus. *Fr. Obs.* A. elongatus. *Schum.* — In pinetis etc. Praeced. valde similis, sed *odor virosus* «exacte larvae Phalenae Cossi,» color minus candidus; stipes subnudus, vulgo elongatus et flexuosus.

5. H. MELIZEUS, *stramineus*, pileo carnoso obtuso depressove laevi viscoso glabro, margine tenui, stipite farcto *deorsum attenuato molli* apice punctis albis squamuloso, lamellis tenuibus distantibus strictis. *S. M p.* 83. pileo exsiccato. *Batsch f.* 70. male. In nemoribus; circa Upsaliam passim. H. *eburneo* admodum affinis, totus vero *extus intusque* pallide ochraceus; lamellae longius decurrentes, arcuatae, tenuiores, tenaces. Pileus 1—2 $\frac{1}{2}$ unc. l., margine primitus pubente, mox explanato nudo. Variat pileo albo, lam. luteis.

6. H. PENARIUS, *compactus*, *albopallescens*, pileo carnoso laevi glabro *subsicco* opaco, stipite solido *impolito-scabro* firmo basi fusiformi-radicato, lamellis crassis firmis distantibus subrugosis, *Fr. Fung. esc. p.* 45. — Cfr. *Secr. n.* 764? A. nitens. *Schaeff. t.* 238. [*Sow. t.* 71 ipso teste, et re ipsa hunc melius refert quam H. eburneum.] In silvis mixtis, praecipue fagetis. *Valde distinctus*, inter Limacia et Camarophyllos medius, subalutaceus. Stipes durus, primo curtus ad collum incrassatus et utrinque attenuatus, sursum sensim magis aequalis demumque inflatus, ut totus cum radice fusi-

formis, mihi siccus, sed e glutine sicco quasi punctato-exasperatus, albus l. pallescens, extus rigidus. Pileus praecipue junior crassus, primo gibbus, margine arcte involuto, dein hemisphaericus explanatusque, margine patente subundulato. Lamellae alutaceo-pallent, variant crispatae. Sapor gratus. *Edulis!*

** *Rubentes l. fulventes.*

7. H. PURPURASCENS, pileo carnoso convexo-plano obtuso subsicco albido disco squamulisve purpurascentibus variegato, stipite solido albo *squamulis purpurascentibus exasperato apiceque subannulato*, lamellis subdistantibus albis purpurascentibus. *Alb. Schw. n.* 527. *S. M. p.* 34. *Weinm.! p.* 16, In pinetis Lusatiae, Rutheniae, unde misit *Weinmann.* Stipes aequalis dicitur, sed in spec visis sursum incrassatus, apice floccosus evidenter velatus zona annulari, basi attenuatus albo-villosus, dein nudus.

8. H. ERUBESCENS, pileo carnoso e gibbo convexo-plano glabro punctatove viscido albo-sanguineo, stipite solido inaequali *rubro fibrilloso apiceque rubro-punctato* (*non velato*), lamellis distantibus mollibus albis rubroque maculatis. *S. M. p.* 32. A. carnosus *Swartz! Wahl. Ups. p.* 443 non Sow. A. rubescens. *Auct.* p. p. In silvaticis; copiosissime in pinetis circa Upsaliam, vulgo in circulos speciosos dispositus. Vulgo amplus, totus carnoso-compactus, speciosus, colore fundamentali et interno albo, sed undique erubescens et pileus totus saepe sanguineo-roseus. Pilei margo tenuis, primo involutus, *vix tomentosus.* Variat vero tenuior et minor. Sub A. *rubescente* Pers. syn. p. 366 (Cfr. *M. E. p.* 103) tam diversi fungi confunduntur, ut pauca citare debuerim synonyma. Odor junioris saltim sat gratus.

9. H. PUDORINUS, pileo carnoso e convexo depresso laevi glabro viscoso incarnato, stipite solido firmo albo *apice coarctato punctato-scabro*, lamellis crassis distantibus candidis. *S. M. p.* 33. *Pers. M. E. n.* 168. A. purpurasc. *Scop.* In silvis abiegn. montanis. Proximus H. *eburneo*, sed firmior, stipite sicco glabro et colore uniformi l. lutescenti-maculoso distinctus. Pileus non pelliculosus, carne alba, passim flavente. Cortina nulla. [Secr. 585—587 n. 7—9 responderent.]

10. H. GLUTINIFER, pileo carnoso convexo-expanso *pelliculoso-glutinoso rufescente*, *disco rugoso-punctato*, stipite farcto *deorsum ventricoso concolori viscoso-velato*, apice albo

squamuloso, lamellis arcuato-decurrentibus crassiusculis candidis. *Bull. t.* 258, 539. *B!* A. rubescens. *Vulgo. Paul. t.* 87. *f.* 1, 2 e descr. In silv. frond. praecipue Europ. austr. Ab A. *albo-brunneo*, *Gompho glutinoso* aliisque commutatis, ut e *spp. siccis* video, valde diversus. Gregarius, mitis, statura varius. Stipes subelasticus, in optimo vigore cum cortina viscosa. Pileus, disco demum late gibbo excepto, tenuis, primo circa margines albicans. — *Bull. t.* 587. f. G. H. omnino alius, ut etiam A. *aromat.* Sow. t. 144.

* H. LEUCOPHAEUS, pileo explanato viscido carneo *gilvopallido* s. alutaceo, disco carnoso rugoso-punctato obscuriori, ad marginem submembran. subfibrilloso-sericeo, *stipite cavo deorsum attenuato* pallido apice albofloccoso, lamellis tenuibus subdistantibus (4 lin.) latis pallescenti albis, brevioribus crispis. *Scop. p.* 423! *Vail. par. p.* 69. *n.* 56. *Bull. t.* 539. *f.* *C—E!* In fagetis Smolandiae hunc semel copiose legi, sed valde adultum, tum sq. l. n. 6 senilem censens; sed dubius nunc sec. Bull. priori subjungo. Stipes 2 unc. l., $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. cr. *saepe tortus.* Pileus e late gibbo depressus, subrepand., interdum circ. margines argenteo-albus sulcatusque. *Secr. n.* 774 h. l. videtur.

11. H. ARBUSTIVUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso viscido *innato-virgato fulvente*, stipite solido nudo aequali *elastico* incurvo glabro apice albo-farinaceo, lamellis *adnatis* distantibus crassis firmis albis. *Fr. Fung. esc. p.* 46. *Secr. n.* 765 non obstat. In arbustis, sub betulis, in montosis rarior. Insignis, H. *pratensi* stipitis fabrica etc. proximus; granula in apice farinacea, libera. Stipes 1$\frac{1}{2}$ unc. et ultra l., $\frac{1}{2}$ unc., cum lamellis albo-pallescens. Pileus 2 unc. l. fulvosus l. testaceo-fulvellus, passim discoideus. Lam. vix decurrentes.

12. H. DISCOIDEUS, pileo carnoso tenui e convexo-gibbo plano depressoque laevi glabro *glutinoso gilvo-pallescente*, *disco obscuriori subferrugineo*, stipite aequali molli flocculoso viscido lamellisque tenuibus mollibus pallescentibus. *Pers. syn. p.* 365. *S. M. p.* 33. *Alb. Schw. n.* 524. A. semigilvus. *Secr. n.* 771. Locis graminosis, ad vias pinetorum non ubique; in Kongsparken Upsaliae copiose. *Insignis*, gregarius, minor. Stipes 1$\frac{1}{2}$—2 unc. et ultra longus, 3—4 lin. cr., sursum fere attenuatus, textura molli laxa. Pileus, disco excepto, carnosulus, 1—2 unc. l., disco sive umbonato sive depresso saturato. Lam. primo confertae, dein distantes, cum carne

gilvo-pallentes. — A. *discoideus* Secr. «stipite laevi, lam. confertis» etc. valde alienus, vix hujus generis.

*** *Olivaceo-fusci l. cinerascentes.*

13. H. HYPOTHEJUS, pileo carnoso *tenui glutine olivaceo secedente* decolore subvirgato, stipite farcto aequali immaculato-viscoso, lamellis distantibus *lutescentibus*. *S. M. p.* 35. c. syn. *Sommerf. p.* 251. *Weinm. p.* 18. *Krombh. t.* 71. *f.* 24. 25. — *Sow. t.* 8. *Alb. Schw. t.* 10. *f.* 3. *Buxb. C. IV. t.* 2! In pinetis, ericetis, serotinus. In Europa boreali vulgatiss. a primo gelu autumni ad nivem persistentem. Stipes non scabrosus, sed velum primo annulatum, at mox fugax. Pileus, glutine denso secedente, pallens, lutescens, aureolus, rufescens. *Fl. Dan. t.* 1914. *f.* 1. haud bona est. (A. *bufonius* P. fungo primitus exsicc. convenit.)

14. H. OLIVACEO-ALBUS, pileo carnoso laevi *glutine olivaceo secedente expallente*, *umbone fusco*, stipite solido aequali e velo, primo floccoso-annulari, *squamoso-fuscomaculato* viscido, apice laevi, lamellis candidis. *S. M. l. c. Secr. n.* 62. *Weinm. p.* 17. *Alb. Schw. n.* 514 — *Schaeff. t.* 312 anceps (lam. cinereis ad n. 17 recedens). In pinetis montanis copiose, jam aestate. Inodorus, sat tenuis, mitis; stipes viscoso-peronatus, primo subannulatus. Pileus demum circa umbonem depressus.

15. H. FUSCO-ALBUS, pileo carnoso convexo-gibbo subdepressove laevi glabro viscoso e fusco cinereo, *margine primitus stipiteque* solido aequali *sicco apice albo-floccosis*, lamellis latis crassiusculis niveis. *Lasch! l. c. n.* 502. A. anguinaceus. *Iungh. Linn. V. t.* 6. *f.* 1. (status exsicc.) In silvaticis raro. Statura et velum H. *chrysodontis*, sed velum subannulare floccosum nec squamulosum. Stipes 2—3 unc. l., 4—6 lin. cr. Pileus sat firmus, 2 unc. circ. latus.

16. H. LIVIDO-ALBUS, pileo carnoso obtuso *laevi glabro viscido livido* unicolori, margine nudo, stipite farcto aequali firmo laeviusculo, lamellis crassis distinctis distantibus candidis. *Fl. Dan. t.* 1904. *f.* 2 quoad col. pilei. In silvis frondosis raro. Proximus H. *eburneo*, praeter alienum colorem minus viscosus stipit que laeviori diversus. An var. *cossi?* De odore nil annotavi.

17. H. LIMACINUS, pileo carnoso convexo-explanato glabro glutinoso *ex umbrino fuligineo*, margine pallidiori, stipite solido firmo ventricoso fibrilloso-striato *viscoso apice squamuloso*, lamellis subtenuibus ex albo cinereis. *Scop. p.* 422.

*Pers. ex parte;* var. β. *Myc. Eur. p.* 94. *Secr. n.* 781. *Weinm. p.* 657. *Paul. t.* 77. *f.* 3. *Vaill. p.* 69. *n.* 57. In silv. region. campestr. Praecedd. major et firmior, H. *glutinifero* proximus [A. *dolosus* P. M. E. n. 160 media ratio videtur]; velum fugax mere viscosum nec floccosum.

18. H. AGATHOSMUS, pileo carnoso gibbo *papillis minutis albidis discoideis* viscoso unicolori griseo-livido, stipite farcto firmo aequali *albosquamuloso-farinaceo*, lamellis distantibus mollibus candidis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 16. *Secr. n.* 776. A. pustulatus ex parte *Pers. syn. S. M* etc. In silvis abiegnis. Odor. praec. adultioris, gratus, aniseus. Margo pilei primitus involutus villosus, mox nudus Vulgo major, subcompactus stipite firmo, squamulis albis sed var. squam. ex albo nigricant. *Pers. l. c. Cfr. Secr. n.* 779 *brevis.*

19. H. PUSTULATUS, pileo subcarnoso convexo-expanso depressove viscido livido-griseo *disco rimoso-papilloso fusco*, stipite farcto aequali tenui albo *punctis nigris exasperato*, lamellis distantibus tenuibus candidis. *Pers. syn. p.* 477. *S. M. l. c.* et Auct. pr. parte. *Secr. n.* 777. In pinetis. Proximis medius; priori minor, tenuior, inodorus. Stipes vulgo flexuosus. Pileus discoideus, s. e papillis viscosis rimulosus et obscurior, ceterum nunc fibrilloso-laevigatus, nunc flocculosus, carne tenui. Sunt ex hac regione plures formae, quas rite limitare non licet.

* H. TEREBRATUS, pileo umbonato glabro, margine nudo, stipite e farcto cavo flexo glabro candido, apice punctis albis, dein nigrescentibus scabroso, lam. triquetris. Cum priori, locis humidis. Pileus disco excepto laevis, vix unc. Stipes fragilis, vix lin. excedens.

20. H. TEPHROLEUCUS, pileo carnosulo convexo-plano *nigro-squamuloso* fibrillosove viscoso fusco-cinereo, stipite solido aequali *squamis fibrillosis nigris* exasperato, lamellis decurrentibus distantibus niveis. *Pers. syn. p.* 351, *S. M. p.* 34. *Alb. Schw. n.* 510. Locis humidis in silv. abiegnis montosis. Serotinus, H. *olivaceo-albi* facie, pileo, disco obscuriori demum umbonato excepto, fere membran. demum in ambitu subsulcatus. Vulgo tenuis; sed *variat* major, pileo laevigato: A. *discors* Batsch f. 196.!

A. *glandifer* Pers. syn. p. 352, omnibus ipsique jam ignotus, potius Camarophyllus est.

Tr. II. CAMAROPHYLLUS (S. M. p. 98). *Velum nullum.* Stipes laevis, glaber l. fibrillosus, *non punctato-scaber.*

Pileus udus, vix viscosus. Lamellae arcuatae, valde distantes. *Sat firmi l. tenaces.*

* *Lamellis longe et demum obconico-decurrentibus.* Cfr. n. 33, 34.

21. H. CAPRINUS, pileo carnoso fragili e conico-explanato umbonatoque demum depresso subrepando udo virgato stipiteque farcto solido *fibrilloso fuligineis*, lamellis longe decurrentibus crassis valde distantibus e candido glaucis. *Scop. Carn. p.* 438. A. camaroph. *Alb. Schw. p.* 177 optime! *S. M. p.* 99. A. elixus. *M. E p.* 96 [nec alii a me viso similior *Sow. t.* 172, quare ut var. in S. M. subjunxi; lucem dabit *Krombh. t.* 72. *f.* 21—23.] In pinetis montosis copiose; caprarum et limacum deliciae. Magnus, speciosus, demum mollis. Pileus etiam nigricans, coerulescens, primo minor umbone glandiformi (facile A. *glandifer* P). Lamellae subramosae, primo eximie arcuatae, demum obconicae! Cfr. *Secr. n.* 755, 756.

= A. *metapodius β*, e char. h. l. — vide sub ** Etiam ex affinitate inter 21 et 22 medium tenet locum.

22. H. LEPORINUS, pileo *aequaliter carnoso* convexo *gibbo* aequali *fibrilloso-floccoso* opaco, stipite farcto brevi firmo attenuato *fibrilloso* pallido, lamellis decurrentibus gilvis. *Batt. t.* 9. *B.* — *Schaeff. t.* 213, ob pileum fibrill. et stipit. basi incr. fere hujus loci, sed color sqq. [A. rhodoxanthus. *Schw. Carn. n.* 640 bene convenit; habitus saepe B. *subtoment.*] In silv. frondosis. Stipes rigidus, vulgo basi, rarius sursum attenuatus, 2 unc. l. Pileus 1—2 unc. latus, cute in floccos soluta, colore fuscescente, luteo-rufescente etc. varians.

23. H. NEMOREUS, pileo *aequaliter carnoso* convexo-expanso e gibbo depresso subglabro laeto, stipite farcto firmo *subaequali fibroso-striato*, basi attenuato, lamellis decurrentibus distantibus crassis subconcoloribus. *Lasch! l. c. n.* 106. In nemorib. silvaticis raro. Ambigua inter praec. et sqq. species, quam e *Laschio* recipio, cum *Personii* (*M. E. t.* 28. *f.* 1) ab H. *pratensi vitulino* P. nullo modo praeter stipitem longiorem et tenuiorem differat. Laschii vero recedit stipite ex *icone missa* fere squamuloso, pileo aequaliter attenuato-carnoso, sicco adpresse fibrilloso (raro rimoso), lam. minus decurrentibus. Color subaurantius.

24. H. PRATENSIS, pileo e convexo-plano turbinato glabro udo, disco compacto gibbo, *margine tenui*, stipite *farcto laevi deorsum attenuato*, lamellis longe decurrentibus arcuatis

distantibus crassis. *Pers. syn. p.* 304.! *S. M. p.* 99. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1735. *f.* 1. *Grev. Scot. t.* 91. *Krombh. t.* 43. *f.* 7—10. A. ficoides. *Bull.* 587. *f.* 1 meum optime sistit. *Sowerb. t.* 141. *Bolt. t.* 56 habitu nonnihil recedunt. Cfr. *Secr. n.* 786, 787. In pratis communis. Pilei discus saepe rimose secedit. Color fulvo-flavescens, sed var. etiam *cinereus* et *albus*, praecipue in montanis et borealibus regionibus, ceterum ita ad unguem conveniunt, ut nemo sanus separet. Lamellae concolores l. albae. (A. vitulinus *Pers*! l. c. si pileus simul rufescens). Exstat *var. minor*, pileo tenuiori, margine striato: *Schaeff. t.* 307.

25. H. VIRGINEUS, pileo carnoso convexo-plano obtuso udo, demum areolato-rimoso, stipite *farcto firmo curto basi attenuato*, lamellis decurrentibus distantibus crassiusculis. *Jacq. misc.* 2. *t.* 15. *f.* 1. *Sowerb. t.* 32. *S. M. p.* 100. *Grev. t.* 166. et Auct. inclus. sq. A. ericeus. *Bull. t.* 188. optima! *Schum. Saell. p.* 266. *Batt. t.* 19. *H. Vaill. par. p.* 63. *n.* 17. — b. pusillus *Batsch f.* 200! In graminosis fr. Differentia sq. mihi clara, neutiquam vero praeced. In forma optima (*Bull. l. c.*) pileus aequaliter carnosus e convexo-plano depressus, non umbilicatus, adultis areolato-rimosus et floccosus; sed alia exstat margine abrupte tenui, demum striato. Color etiam pallescit (*Batsch. f.* 71); num, ut prior, etiam fulvescens et cum Secr. n. 787 conjungendus? — A. *ericetorum* n. 249 nullam cum hoc vel sq. habet affinitatem.

26. H. NIVEUS, *tenax*, pileo *submembr.* e camp.-convexo *umbilicato* glabro, udo striato viscido, stipite fistuloso tenui aequali, lamellis decurrentibus tenuibus arcuatis distantibus. *Scop. Carn. p.* 430. *Schaeff. t.* 232. A. virginei var. *Vulgo. Alb. et Schw. n.* 644. *β. Krombh. t.* 25. *f.* 1—3. A. conocephal. *Schum.* l. c. In pratis muscosis. Albus, hygrophanus; hic est optimus A. *virgineus*, sensu plurr.; prior anceps est cum H. *pratensi* collidens; quo praesens minor, tenuior, magis tenax et serotinus. Pileus absque disco carnoso, unde *vere umbilicatus*, nec rimosus. In formam tenellam exacte cadit A. *cucullatus* Pers. s. p. 372.

** *Lamellis ventricosis, hinc arcuato — l. plano-decur.* Stipes vulgo tortus l. adscendens. Caro compacta, licet tenuis.

27. H. FORNICATUS, pileo carnoso tenui camp.-expanso *laevi glabro* viscido albo lividoque, stipite firmo *aequali tenaci* glabro lamellisque sinuato-adnexis ventricosis distantibus albis.

Monomyc. leucophaeus. *Batt. p.* 46 — *t.* 21. C. junior, monstros. non obstat. In pratis muscosis serotinus. Textura, fabrica et habitus praeced., sed forma lamellisque interdum fere liberis, adultis dente decurrentibus valde recedens. Stipes apice cavus, deorsum solidus compactus, subundulatus, 2—3 unc. l., 4 lin. cr., basi passim fusco-squamulosus. Pileus obsolete umbonatus, uncialis; expansus subrepandus, 2 unc. l.

28. H. STREPTOPUS, pileo carnoso e conico convexo-bullato udo (*sub lente papilloso*) fusco lutescente, stipite spongioso-solido *subtorto a basi attenuato* nitido lamellisque sinuato-adnexis subconfertis tenuibus albis. *Secr. n.* 780. Inter muscos in pinetis. *Non vidi*, sed praeced. (Cfr. *Batt. t.* 21 *C.*) videtur perquam affinis. Stipes $3\frac{1}{2}$ unc. l., medio 5 lin. cr. Pileus $1\frac{1}{2}$ unc. latus, carne tenui, sed firma, albissima. Nomina specierum a Secr. raro ita formata ut serventur.

29. H. METAPODIUS, pileo *compacto* convexo-expanso obtuso, primo viscido, dein *squamuloso fuscescente*, stipite solido glabro deorsum attenuato, lamellis crassis distantibus venosis albidis, postice arcuato-decurrentibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 110. A. ovinus compactus. *S. M. p.* 109. *Secr. n.* 768 ob affinit. c. sq. In pratis montanis parcius. Validus, difformis, rigido-fragilis, odore subfarinaceo. Pileus $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ unc. l. *Caro crassa* ($\frac{1}{2}$ unc.) ex albo rubens nigrescens. Stipes obesus, adscendens, sed in var. *paradoxa* l. c. stipes longissimus fusiformis, lam. arcuatae *obconico-decurrentes* instar H. *caprini.*

30. H. OVINUS, pileo carnoso *tenui* e conico-convexo expanso gibbo viscido *dein squamuloso* fusco, stipite subfarcto glabro nitidulo utrinque subincrassato, lamellis arcuato-decurrentibus venoso-connexis ex albo sordidis acie tenuibus. *Bull. t.* 580. *S. M. p.* 109. *Secr. n.* 767. A. obscurus *β. Alb. Schw. n.* 504 e specc.! In pratis region. campestr. Stipes tenacellus, a basi incurva adscendens, fere aequalis. Pileus rigidus, rimose incisus vulgo et diffracto-squamosus. Caro prioris, sed 2 lin. tantum crassa. Lamellae demum rufescenti-griseae l. olivascentes.

31. H. SUBRADIATUS, pileo carnosulo convexo-expanso obsolete umbonato *radiato-striato* hygrophano, disco subfusco, stipite fistuloso aequali glabro basi attenuato, lamellis longe decurrentibus tenuibus distantibus venoso-connexis albis. *Schum.! Saell.* 2. *p.* 267. *Secr. n.* 783. Inter muscos ericetorum passim. Tenuis, sat tenax. Stipes vulgo tortus, adscendens, 2 unc. l., 2 lin. cr. sursum haud incrassatus, sed ipsa basis at-

tenuata et alba. Pilei pars carnosa ex apice stipitis incrassato, ceterum fere membr.; udus viscidulus, albus, lividus, livido-rubescens.

* H. Lacmus, pileo repando lilacino, disco depresso subpapillato stipiteque subfarcto argenteo nitentibus, lamellis plano-decurr. tenuibus cinereis. Eisdem locis, et in Ag. *Lacmum* Schum. — *Fl. Dan. t.* 1731. *f.* 1. transiens. Discus interdum fibrillis radiantibus conspersus.

32. H. irriguus, pileo carnosulo campan.-expanso subumbonato laevi stipiteque fistuloso aequali tenaci glabris *viscido-lubricis* lividis, lamellis subdecurrentibus subdistantibus albidis. *Pers. syn. p.* 361. *S. M. p.* 101. *Secr. n.* 784 e synon. Inter muscos pratorum, silvar. Respondet H. *virgineo*, transiens ad sequ. tribum, sed tenax (Cnfr. n. 36). H. *unguinosus* fragilis est, vere glutinosus, lam. haud decurrentibus.

Trib. III. HYGROCYBE (S. M. p. 101). Velum o! Totus fungus tenuis, *aquoso-succulentus*, *fragilis*. Pileus udus viscidus, siccus nitens aut floccoso-squamosus. Stipes cavus, mollis epunctatus, nec elasticus. Lamellae molles. A. dentatus *Linn. Sp.*, sed Cfr. Ag. n. 101! [Species satis notae, paucis absolvendae.]

* *Lamellis decurrentibus.*

33. H. cinnabarrinus, *cinnabarrinus*, pileo subcarnoso plano depresso glabro, margine subinflexo, *stipite farcto* attenuato fragili, lamellis decurrentibus distantibus crassiusc. *Schw. Carn. n.* 641. In silvis umbr. Americae bor. *Canthar. cibario* affinis, sed tenuior, minor, pileo unciali.

34. H. Cantharellus, *aurantiacus*, pileo subcarnoso umbilicato glabro inflexo-undulato, stipite cavo flexuoso fragillimo, lamellis decurrentibus distantibus acie tenui acutis. *Schwein. Car. n.* 768. Cum priori, cui affinis et colore simul *Canth. cibarium* referens. Minor, gracilis, fragilis.

35. H. sciophanus, *subtestaceus*, pileo subcarnoso e convexo depresso obtuso viscidulo *opaco*, margine striato, stipite cavo aequali laevi, lamellis subdecurrentibus distantibus venoso-connexis. *S. M. p.* 102. *Fl. Dan. t.* 1845. *f.* 2. — b. A. fragilis. *Batsch. f.* 215. (differentias certas non video.) Habitus H. *pratensis*, sed tenuis, fragilis, pileo subrepando, lamellis tenuioribus planodecurr. omnino sqq. Color opace fulvescens, raro pallescens.

36. H. laetus, pileo tenui convexo-plano laeviusculo vi-

scido subnitente *stipiteque tenaci* aequali *fulvis*, lamellis subdecurr. tenuibus distantibus pallidioribus. *Pers. syn. p.* 334. *S. M. p.* 102. c. s. *Secr. n.* 844. In pratis muscosis. *Tenacitate*, praec. stipitis, a reliquis recedit. Pilei color constans, nec expallens, sed lamellae variant albidae, *incarnatae*, fuligineae.

37. H. CERACEUS, fragilis, pileo tenui convexo-plano obtuso *striatulo* viscido *stipiteque fistuloso inaequali nitidis ceraceis*, lamellis adnatis subdecurrentibus distantibus flavidis. *Wulf. in Jacq. Coll.* 2. *t.* 15. *f.* 2. *S. M. p.* 102. *c. syn. Sow. t.* 20 optima. In pratis muscosis, pascuis. Stipes saepe flexuosus, dein compressus, apice pileo concolor, basi pallidus. *Persoon* etc. cum H. *chlorophano* confundunt.

38. H. COCCINEUS, fragilis, pileo tenui convexo obtuso viscoso e *coccineo expallente glabro*, stipite cavo *compresso* lutescente, sursum coccineo, lamellis adnatis dente decurrentibus venoso-connexis versicoloribus. *Schaeff. t.* 302! *S. M. p.* 105. c. syn.! *Bull. t.* 570. *f.* 2. *S. Y. X.* minus fida, *Fl. Dan. t.* 715. A. miniatus. *Scop.* — *Sow. t.* 381. *fig. coccin. Batt. t.* 19. *B.* In pratis musc. serotinus. Valde elegans, sed inaequalis, mollis, sqq. vulgo major. Pileus decolor lutescit. Lam adultae basi purpureae, medio flavae, *acie glaucae*, numquam ex albo virentes, hinc non *Secr. n.* 849, sed *n.* 842.

39. H. MINIATUS, fragilis, pileo tenui e convexo *umbilicato miniato*, *mox sicco decolore opaco squamuloso*, stipite *subfarcto aequali* polito coccineo, lamellis adnatis distantibus luteis flavove-miniatis. *S. M. p.* 105! cum syn. *Secr. n.* 843 (excl. A. tricol.) *Weinm. p.* 69. *Sommerf. Lapp. p.* 254. *Fl. Dan. t.* 1009. *f.* 2. — *Krombh. t.* 1. *f.* 21. *Bull. l. c. fig. minores.* A. flammans *Scop.* A. coccinellus *Ehrenb. Vaill. par. p.* 66. *n.* 38. Locis humidis per totam aestatem vulgaris. Priori similis, sed certe diversus, minor, regularis, vix viscosus. Lam. vulgo distinctae.

40. H. TURUNDUS, pileo tenui e convexo umbilicato fragillimo *flocculis cinereo-fuscis demum squamuloso*, margine inflexo crenato, stipite e farcto fistuloso rigido aequali fulvo nitido, lamellis decurrentibus distantibus luteo-albis. *S. M. p.* 106. *Obs.* 2. *p.* 199. A. superbus. *Lasch. l. c. n* 118. In juniperetis, dumetis etc. Praecedd. haud similis, sed A. *miniati* forte mera varietas. Pileus in floccos fuligineos mox so-

lutus, *primitus* tamen *viscosus et aureus* l. *coccineus.* *Var.* lamellis venosis Cantharelli.!

41. H. MUCRONELLUS, fragilis, pileo submembr. e *conico campan. acuto* glabro puniceo-expallente, stipite fistuloso tenui fibroso *subsericeo concolori basi albo*, lamellis triquetro-decurrentibus crassis luteis. A. puniceus. *β. Lasch! n.* 117. In graminosis, pascuis. Praeced. duobus magis, quam sq. mihi videtur affinis. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. l., flexuosus, vix lin. cr. Pileus 3—4 lin., non flocculosus. Sapor amarus.

** *Lamellis adnexis subsecedentibus, nec decurr.*

42. H. PUNICEUS, fragilis, pileo carnoso tenui *campanulato obtuso* repando laevi viscido e coccineo-sanguineo expallente, stipite cavo crasso *ventricoso striato basi albo*, lamellis adnexis crassis distantibus flavis. *S. M. p.* 104 cum syn.! *Wahl. Suec. n.* 1894. *Fl. Dan. t.* 883. *f.* 1. *Bull. t.* 202. A. aurantius *Vahl.* etc. *Bolt. t.* 67. *f.* 2 non bona (t. 43 staturam melius exhibet.) A. aurantio-crocat. a. *Schum!* — *Secr. n.* 845 (sed cum H. *conico aurantio*, diversissimo! confusus). *Paul. t.* 120. *f.* 1, 2, 6 status expallens. *Vaill. par. p.* 67. *n.* 48, e quibus *Tournef. I. R. H. t.* 327. *f*, *A*, *B*. In pratis muscosis copiose. Ceteris major. Stipes flavescens l. pileo concolor, sed basi albus, sursum saepe flocculosus. Pileus obtuse gibbus. Lam. pro more coccineorum demum rubent.

43. H. OBRUSSEUS, fragilis, aureo-nitens, pileo carnoso tenui *conico-convexo* obtuso flexuoso subsicco stipiteque cavo *subcompresso glabris laevibus*, lamellis adnato-ventricosis crassis distantibus. *S. M. p.* 104. c. syn. *Batt. t.* 19. *D.* — *Secr. n.* 846. ex quo A. laceratus *Bolt. t.* 68, quae vero differt *lamellis liberis* sequentis. Ad nemorum margines. Praeced. fere magnitudine, sed emergit luteus nec expallens, magis inaequalis, udus tantum nec viscidus, sed etiam stipite, nitens.

44. H. CONICUS, fragilis, pileo submembr. *conico acuto* glabro sublobato, demum expanso rimoso, stipite cavo cylindrico *fibroso-striato*, lamellis attenuato-liberis ventricosis tenuibus subconfertis. *Scop. Carn. p.* 443. *Schaeff. t.* 2. *S. M. p.* 103. cum syn. et var. A. aurantius. *Ligthf. Sow. t.* 381. — *Batsch f.* 28. *Bull. t* 50! 524. *f.* 3. *Vaill. par. p.* 67. *n.* 49. In graminosis vulgatiss. Valde versicolor (etiam *laete coccineus!*), *vulgo flavus*, succosus, udus viscidus; siccus nitens, colore nunc jove sicco persistente (neutiquam nigrican-

te!), nunc jove pluvio et *fractus illico nigrescens*. — Cfr. *Lasch l. c. n.* 115! Lamellae primitus albae, fuligineae, et in var. *aurantio-coccinea* S. M. l. c. d. basi rubentes. Caveas ne huic notae quid tribuas. — *Paul. t.* 120. *f.* 7, 8 colore sanguineo-purpureo mihi non obvia.

45. H. CHLOROPHANUS, fragilis, pileo submembran. *convexo obtuso* sublobato striato, stipiteque cavo aequali *laevi viscosis*, *lamellis adnexis* ventricosis tenuibus subdistantibus albidioribus. *S. M. l. c.* — *Secr. n.* 849. var. coccinea. Inter gramina et muscos. Color omnino prioris, [var. *coccinea* etiam a me nuper lecta est!] sed minor, non (etiam udus) nigrescit. Lamellae emarginato-liberae, primo albae l. flavae. Externa facies fere H. *ceracei*.

46. H. PSITTACINUS, pileo tenui campanul.-expanso umbonato striatulo stipiteque cavo tenaci laevi *glutine virescente secedente oblinitis*, lamellis adnato-ventricosis crassis distantibus subvirentibus. *Schaeff. t.* 301. *S. M. p.* 102. *Sow. t.* 82. *Grev Scot. t.* 74. — *Bull. t.* 545. *f.* 1. *Batt. t.* 21. *E.* In pascuis, versuris copiose. Color virens in apice stipitis persistentior, ceterum vere chameleontinus lutescens, testaceus, rubellus, albus. Cfr. *Lasch. l. c. n.* 111.! Afferunt quoque Auctores *var. nigrescentem*: *Paul. t.* 120. *f.* 9, 10.

47. H. SPADICEUS, fragilis, pileo tenui conico acuto repando *fibrilloso-virgato glutine olivaceo-spadiceo obducto*, stipite cavo aequali *sicco fuscescente-fibrilloso*, lamellis rotundato-liberis distantibus citrinis. *Scop. Carn. p.* 443. — Locis graminos. montanis. Simillimus H. *conico*, at substantia firmior, numquam adusto-nigrescens, pileus vero siccus niger e glutine nitidus, eleganter virgatus, udus magis glutinosus nec striatus. Lamellae crassiores, magis distant nec postice attenuatae. Hic mihi non rarus.

48. H. SQUALIDUS, fragilis, pileo ex obtuso campan-expanso gibbo glabro stipiteque cavo glabro inaequali *fuligineo-glutinosis*, glutine secedente aurantiacis, lamellis adnato-ventricosis crassis subdistantibus e livido fuscescentibus acie aurantiacis. *Lasch! n.* 110. In graminosis silvatic. Colore ad praecedd., ceterum sq. proximus. Inodorus. Stipes minus viscidus, nitens. Pileus siccus plicatus. Color mox expallens.

49. H. UNGUINOSUS, fragilis, *pileo* tenui camp.-convexo obtuso laevi *stipiteque* cavo inaequali subcompresso *fuligineo-glutinosis*, lamellis adnato-ventricosis planis crassis

*candidis* glaucescentibus. *S. M. p.* 101. *Weinm. p.* 68. *Secr. n.* 782. In nemoribus humidis. Serotinus; *inodorus*, colore immutabili fuligineo. Sed praecedd. ceterum ita intime connexus ut tribu moveri nequeat.

50. H. MURINACEUS, fragilis, *graveolens*, pileo tenui e campan. explanato difformi viscido, mox sicco rimuloso-squamuloso, stipite subcavo inaequali subcompresso laevi; lamellis adnato-secedentibus latis distantibus subundulatis ex albo-glaucis. *Bull. t.* 520. *S. M. p.* 116. *Sowerb. t.* 106. *Krombh. t.* 72. *Batt. t.* 19. *f. A.* A nitratus. *Pers.* In graminosis; major in silvis, minor in campis. Pileus fusco-cinereus, expallens, statura varius (icones nostro majorem exhibent, saepe pusillus), *odore forti nitroso.* Stipes H. *coccinei*, passim lutescens. E lamellis et tota indole manifeste ex hac vicina — et *Ag. glauconitentem* (n. 160) ad hoc genus facile revocans.

IX. LACTARIUS. (Galorrheus *S. M. p.* 61). Hymenophorum cum stipite et *trama vesiculosa* contiguum. Lamellae inaequales, membranaceo-ceraceae, rigidulae, *lactescentes*, acie acuta. Sporidia globosa, alba, raro lutescentia. *Fungi carnosi, putrescentes, pileo depresso*, aliis jam primitus umbilicato, aliis convexo, *lamellis adnato-decurrentibus et saepe ramosis.*

Trama vesiculosa et habitu proprio hoc et sq. genus ab omnibus facile differunt. *Lamellae lactescentes* ceterum tantum in Agaricis n. 423—428 et Hygrophoro n. 44. obviam veniunt. Genus jam praemonuit Micheli, char. essentiali nuper detecto nunc demum recipere licuit. *Lactifluus* ut nomen genericum servari non potest; *Galorrhei* ob homonymum *Haworthi* recipere non debui. — *Lac aquosum* numquam est normalis status, sed e loco humido depravatus. Zonae pilei saepe deficiunt in typice zonatis, sed numquam adsunt in azonis. *Ob iconum copiam* Oeconomorum *Krapfii, Ellrothii, Mayeri* etc. non citavimus; *Larbreri t.* 17, 18 nil respondent.

Trib. I. PIPERITES. Stipes centralis. Lamellae immumutabiles, *nudae*, nec decolorantes neque albo-pruinosae. *Lac* primitus *album*, acre. Vulgo *Pepperling.*

* Tricholomoidei, *pileo udo viscido, margine primo involuto tomentoso.* Venenati vulgo censentur, sed L. *turpis* ex Weinm., L. *controversus* ex plurr. etc. certe edules — et L.

*torminosum*, loco L. deliciosi, ex errore in Suecia copiose sine noxa comesum novimus. *Non novit*, qui hos omnes varr. fingit; qui tribu movet, naturam violat.

1. L. scrobiculatus, pileo laxe carnoso depresso azono luteo, margine involuto barbato, stipite *cavo* amplo *scrobiculato maculato*, lamellis tenuibus confertis *albidis*, *lacte ex albo sulfureo* acri. *Scop.* — *S. M. p.* 62 cum syn. ampla. *Schaeff. t.* 227 (licet individua minora sistat, manifeste cum Scopolii identicus; uterque alterum citat). *Weinm. p.* 37. *Secr. n.* 470. *Krombh. t.* 58. *f.* 1—6. A. thejogal. *β. A. S. n.* 608 — b. lacte ex aqueo-albo violascente. *Krombh. l. c. f.* 7—10. In silvis humidis, praec. abiegnis. Saepe amplissimus, pileo primo adglutinato-villoso, udo valde viscido, in apricis expallente. — b. est status e nimia humiditate degener!

2. L. torminosus, pileo laxe carnoso depresso subzonato stipiteque e farcto *mox cavo* aequali (raro maculato) pallidis, margine involuto *albo-barbato*, lamellis tenuibus albidis, *lacte persistenter albo* acri. *Schaeff. t.* 12. *S. M. p.* 63 cum syn. ampl. *Fl. Dan. t.* 1068. *Sv. Bot. t.* 184. *Krombh. t.* 13. *f*, 15—23. *Bull. t.* 529. *f.* 2. (eadem: *Gmel. Bad. f* 3.) A. piperatus a. *Linn.!* Ubique in silvis, ericetis etc. Statura medius, fragilis; pileus udus viscidulus, variat carneus, ochraceo-pallens, albidus — etiam azonus, et totus albo-tomentosus: *Sow. t.* 103 certe, licet Bulliardi figurae dissimilis. Lam. subincarnatae.

5. L. Cilicioides, pileo carnoso molli depresso tomentoso azono pallescente, margine fibrilloso-lanuginoso, stipite farcto laevi pruinato sericeo *immaculato* pallido, lamellis confertis ramosis *lacteque albo-flavescentibus*. *S. M. p.* 63. c. syn. *Grev. Fl. Edin!* cum descr. *Secr. n.* 471 (deletis controversiis). A. crinitus. *Schaeff. t.* 228 non L. etc. A. tomentosus. *Otto* (in *Krombh. t.* 40. *f.* 17—19, mihi incerto, margo nudus). In pinetis campestr. L. scrobiculato vulgo minor, multisque notis facile distinctus. Stipes senio tantum cavus.

4. L. campylus, pileo carnoso firmo convexo umbilicato *undique rugoso-tomentoso azono fuligineo-rubro*, margine villoso, stipite farcto firmo laevi cinerascente, lamellis confertis *flavis*, lacte acri albo. *Otto* — *S. M. p.* 63. *Paul. t.* 72. *f.* 5, 6 var. minor. In silvis raro. Variat major et minor;

ille repandus, hic regularis. Paulet ad noxios haud refert. Inter hunc et sq. medius, *Larbr. t.* 18. *f.* 2, si talis exsisteret.

5. L. TURPIS, pileo compacto plano-disciformi olivaceo-umbrino azono, *margine primo luteo-villoso*, stipite farcto brevi viscoso deorsum attenuato olivaceo, lamellis tenuibus pallidis, lacte acri albo. *Weinm.! Syll.* 2. *p.* 85. A. necator. *Pers. syn. p.* 435 excl. syn. Bull. *S. M. p.* 64. *Fl. Dan. t.* 1913. *Krombh. t.* 69. *f.* 1—6. *Weinm. Ross. p.* 38. In silvis Eur. boreal. frequens. Speciosus, saepe maximus, durus, glutine tenaci obductus, glaber l. adglutinato-villoso-rivulosus, vix zonatus — ex *Weinm.* edulis, quare nomen, errore ortum, mutandum.

6. L. PANNUCIUS, pileo compacto plano-disciformi azono glabro subtestaceo, *margine primitus albo-tomentoso*, stipite solido aequali elongato undulato, *lamellis confertis* tenuibus *luteis*, lacte acri albo. *S. M. l. c. Fl. Dan. t.* 1733. A. planus *Schum.* — In pinetis, raro. Validus et firmus, priori laetior, non meo sensu umbrinus ut apud Schumacher; colorum notiones enim apud Auctores variant, quod haud observans de synonymis fallitur.

7. L. CONTROVERSUS, pileo compacto rigido-fragili umbilicato-infundibuliformi e floccoso glabrato viscidoque *zonis maculisque sanguineis variegato*, margine primitus involuto villoso, stipite solido obeso inaequali, lamellis tenuibus confertissimis simplicibus albo-carneis, lacte acri albo. *Pers. syn. p.* 430. Cfr. *Champ. Comest. S. M. p.* 62 c. syn. *Weinm. p.* 36. *Vittad. Mang. t.* 27 (qui laudat *Bendiscioli t.* 11. *f.* C.) A. acris. var. *Bull. t.* 538. A. sanguinalis. *Batsch f.* 201. *Secr. n.* 436 — *Paul. t.* 68. *f.* 1. *Vaill. n.* 8. Gregatim in silvis, praec. Eur. austr. Major, colore pallescente L. *torminosi*, sed indole L. *piperati.* Major, firmus, albidus, demum excentricus et obliquus, et margine nudus. Esculentus et *Clusii esc. gen. VIII spec.* 3 subsumtus.

8. L. PUBESCENS, pileo carnoso-tenaci tenui plano-umbilicato *azono albido*, disco glabro nitido, *margine albo-fibrilloso*, stipite e farcto cavo brevissimo deorsum attenuato, lamellis subconfertis carneis, lacte acri albo. *Kromb. t.* 13. *f.* 1—13 eximie. *Fr. Obs.* et *Schrad. spic.* varr. In graminosis campestribus, raro: in Scaniae pratis passim abundat. Praec. longe minor, tenuior, sublentus, acerrimus, margine

ad n. 1 et 2 revergens. Discus nitidus, variat flavidus et rubellus.

9. L. FASCINANS, pileo carnoso e *convexo* depresso glabro viscoso azono e *fusco testaceo*, margine primitus albo-pubescente, stipite cavo laevi pallido, lamellis *crassiusculis* (vix confertis) *lutescentibus*, lacte acri albo. *S. M. p.* 64. *Weinm. p.* 39. *Secr. n.* 448. In pratis muscosis. *Limacinis* magis, quam praec. affinis. Pileus primo pelliculoso-viscosus, expansus glaber, expallens, non hygrophanus nec compactus. [*Krombh. t.* 40. *f.* 17—19 *non fucata* habitum non male exprimit.]

10. L. ASPIDEUS, pileo carnoso e *gibbo-convexo* depresso viscoso azono stramineo, *cingulo tomentoso marginali discreto albo deciduo glaberrimo*, lamellis crassiusculis pallidis, lacte ex albo *lilacino. S. M. p.* 63. *Weinm. p.* 37. A. roseo-violascens. *Lasch l. c. n.* 64. — b. A. pudibundus (non Scop.) *Pico mem. Soc. med. Par.* 1780. *t.* 12. *Paul. t.* 72. *f.* 7, 8. *Secr. n.* 476. Locis humidis, in salicetis, raro. Distinctissimus, minor, totus stramineus, e *Pico* venenatus. Ex *Weinmann* variat pileo coerulescente.

** Limacini, *pileo udo viscido pelliculoso*, margine nudo. Cfr. n. 9 et Russulares analogos.

11. L. RESIMUS, pileo carnoso ex umbilicato infundibuliformi viscido? maculato pallido azono, *margine nudo*, stipite cavo firmo pruinato-sericeo, lamellis confertis albidis, *lacte acri ex albo* sulfureo. *S. M. p.* 75 *c. syn. Krombh. t.* 58. *f.* 11—14. In betuletis rariss. Major, valde similis n. 1. et variat stipite quoque scrobiculato. Caute distinguatur L. *chrysorrheus*. n. 36.

12. L. INSULSUS, pileo carnoso ex umbilicato infundibuliformi viscoso *subzonato lutescente*, margine nudo, *stipite e farcto cavo* firmo lamellisque confertis furcatis pallidis, *lacte albo* acri. *S. M. p.* 68. *Weinm. p.* 44. *Krombh. t.* 12. *f.* 1—6 optime. A. flexuosus *Secr. n.* 451. In nemoribus. Ad praec. accedit ut n. 2 ad n. 1. Stipes variat scrobiculato-maculatus. Pileus 4 unc. usque latus, carne subzonata, haud compacta. Valde similes 2 sq., at distinctissimae!

13. L. ZONARIUS, pileo *compacto* umbilicato laevi viscido *zonato-lutescente*, margine involuto nudo, *stipite solido* curto elastico laevi luteolo, lamellis confertis tenuibus albidis, lacte albo acri immutabili. *Bull. t.* 104. *Gmel. Bad. p.* 41. *Secr. n.* 446. *Vaill. par. t.* 12. *f.* 7. A. flexuosus *Pers. syn.*

p. 430. Locis graminos. in silvis campestribus, v. c. Upsaliae. Stipes numquam maculatus, junior albus. Pilei pellicula concreta, in minoribus et junioribus glabra, demum floc-culosa; margo semper declivis, ut prior flexuosus variat. Caro alba, immutabilis, totius valde compacta. Individua parva, azona, glabra.

14. L. MUSTEUS, pileo e *convexo depresso* azono viscido gilvo-pallescente, stipite farcto curto, lamellis tenuibus confertissimis lacteque *parco submiti* albidis, vulneribus *cinerascentibus*. A. vietus. *Secr. n.* 442. — Statura A. dycmogali *Bull. t.* 584, qui ob descr. ab icone diversam difficilis sp. In pinastretis montosis passim, Smolandiae etc. Curtus, firmus, mitis, carne fere exsucca! Pileus udus glutine tenaci quasi obductus, opacus, impolitus. pellicula e villo perceptibili conglutinato, sed siccus nitidus, pallidus disco l. uno latere gilvo-tinctus.

L. UTILIS Weinm. p. 43 major est, stipite cavo longiori, sed utrum priori an L. *pallido* propior nondum liquet.

15. L. BLENNIUS, pileo carnoso depresso *glutinoso*, saepe concentrice guttato, *griseo-aerugineo*, *margine primitus infracto* puberulo, stipite e farcto cavo viscido concolori, lamellis confertis lacteque acri albis. S. *M. p.* 67. cum syn.! *Dub. syn. p.* 842. *Weinm. p.* 42. *Secr. n.* 439. *Krombh. t.* 69. *f.* 7—9. *Krapf. t.* 4. *f.* 11—13. *Sterb. t.* 5. *E.* — b. disco rufescente *Fl. D. t.* 1961. *f.* 1 In fagetis copiose, pinetis raro. Firmus. Pileus non viridis, ut in L. *viridi*, coelo sereno siccus. Lam., raro incarnatarum, *vulnera cinerascunt.* Rarissime ad truncos: A. *xylophilus* Pers. nec *Secr. n.* 444 manifeste differt.

16. L. HYSGINUS, pileo carnoso rigido umbilicato laevi viscoso *carneo-rubro* expallente, *margine tenui inflexo*, stipite e farcto cavo glabro submaculato, lamellis confertis lacteque acri albis. *S. M. p.* 67. *Krombh. t.* 14. *f* 15, 16 (solito minor). *Weinm. p.* 42. *Secr.* n. 441. In graminosis silvaticis. Pileus vulgo azonus, variat vaccinus, ruber, saepe nitidus. Lamellae variant *lutescentes.* Stipes sq. more locis humidis cavo-inflatus.

17 L. TRIVIALIS, pileo carnoso depresso viscoso *azono lurido* expallente, *pellicula in margine tantum inflexa*, *stipite cavo* valido, lamellis tenuibus confertis lacteque acri albis. *S. M. p.* 65. *Obs.* 1. *p.* 61. *Weinm. p.* 39. *Secr. n.* 440. *Krombh. t.* 14. *f.* 17, 18 (status expallens). In pinetis mon-

tosis Europae boreal. ubique; in alpibus Italiae *Micheli*. Major, rigido-fragilis, primo valde obscurus plumbeus, demum fere incarnato-alutaceus. Stipes immaculatus; curtus locis siccis, vulgo longus inflatus.

18. L. CIRCELLATUS, pileo carnoso e convexo plano repando viscoso zonato, *zonis discoque primitus umbilicato* subferrugineo *obscurioribus*, *stipite solido* firmo deorsum attenuato, lamellis *confertis* albidis, lacte acri albo. *Batt. t.* 13. *D.* A. zonarius. *Sow. t.* 203 ob staturam robustam. A. luridus. *Schwarz.* (in S. M. sub sq. neutro tum viso) *Secr. n.* 445.! In silvis frondosis, raro. Statura vulgo curta, firma. Pileus fuscescens l. rufescens; expallens, carne alba sub pellicula separabili obscuriori. Lam. demum subcoloratae, sed lac immutabile. Caute separes n. 21, 22.

19. A. LURIDUS, pileo carnoso planiusculo laevi viscido subzonato cinereo-rufescente, margine deflexo, *stipite cavo* subaequali pallido, lamellis decurrentibus subconfertis albidis *lacteque* acri albo demum *rubescentibus*, *Pers. syn. p.* 436. *S. M. l. c. Weinm. Ross. p.* 40. *Cfr. Secr. n.* 475. — *Paul. t.* 70. *f.* 3, 4. *Buxb. C. IV. t.* 17. *f.* 2. (sed descr. f.) A. pyrogalus. *Gmel. Milchbl. p.* 13. In campis, inter muscos. Praeced. tenuior, stipes $2\frac{1}{2}$ unc. longior, colore lam. lactisque distinctiss. Lamellae tenues, angustae, primo arcuatae. E. *sp. sicc.* mihi tantum notus.

20. L. UVIDUS, pileo carnoso *tenui* e convexo depresso *azono* viscoso sordido, margine primo involuto nudo, stipite mox cavo viscoso pallido, lamellis tenuibus confertis albis vulneribus *lacte*que ex albo *lilacinis*. *S. M. p.* 66 *Obs.* 2. *p.* 191. *Weinm. p.* 41. *Batsch. f.* 202. *A. S. n.* 616. *Secr. n.* 475. In nemoribus humidis. Minor, fragilis statura fere L. *vieti*, regularis, colore albido, incarnato-livido, fuscescente, demumque etiam lamellarum lutescente varius. Non confundes n. 10 et 38.

*** Piperati, *pileo epelliculoso hinc absolute sicco, saepius impolito.* Lac acerrimum.

21. L. FLEXUOSUS, pileo compacto convexo infracto repandoque *sicco* glabro, demum rivuloso-squamoso opaco lurido expallente, stipite solido obeso inaequali, *lamellis crassis distantibus flavis*, lacte acri albo. *S. M. p.* 74. *a.* excl. varr. *Weinm. p.* 49. — *Schaeff. t.* 235 var. zonatam bene refert; pileus primo convexus, lam. ex ic. dist. In pinetis, locis graminosis, ad vias etc. in Europa boreali copiose. Firmus, du-

rus, ex *Bongard* edulis!, saepe excentricus et incisus. Stipes vulgo unc. crassus. De hac specie loquitur *Buxb. C. IV. ad calcem p. 11.*

22. L. PYROGALUS, pileo carnoso explanato depresso subzonato *glabro laevi* subudo livido-cinereo, stipite *e farcto cavo* pallido deorsum attenuato, lamellis tenuibus subdistantibus *lutescentibus*, lacte acerrimo copioso albo. *Bull. t.* 529. *f.* 1. (lam. male fucatae) *S. M. p.* 74 c. syn.! *Secr. n.* 447. *Krombh. t.* 14. *f.* 1—9. *Paul. t.* 72. *f*, 1—2? *Vaill. par. p.* 61. *n.* 9.—b. pileo fusco. A. rusticanus. *Scop. p.* 452. exacte! *Larbr. t.* 18. *f.* 3. In pratis muscosis etc. freq. Praeced. minor, tenuior, magis regularis, pileo semper glabro, jove pluvio udo, licet non viscido colore vario. Venenatus. [*Lamellae et lac non rufescunt* etc. ut *Gmel. p.* 13, forsan ex icone Bulliardi, in L. *luridum* (n. 19) tantum descr. l. c. quadrat.]

23. L. UMBRINUS, pileo compacto convexo-plano umbilicato *sicco rivuloso-floccoso umbrino azono*, stipite solido brevissimo obconico albo-cinerascente, lamellis confertis lutescenti-pallidis, *lacte* acri albo *griseo-maculante*. *Pers. syn. p.* 435. *A. S. n.* 614. A. curtipes. *Secr. n.* 443. Hypoph. umbrinum. *Paul. t.* 69. *f.* 1—2. In pinetis raro. Curtus, compactus, sed pileus haud crassus, saepe flexuosus; var. expallens. Stipes vix uncialis. Lam. subdecurrentes, postice furcatae.

24. L. PLUMBEUS, pileo compacto e convexo demum infundibuliformi sicco impolito e *fuligineo nigrofusco*, stipite solido aequali obeso, lamellis confertis albo-lutescentibus, lacte acri albo *immutabili*. *Bull. t.* 282, 559. *f.* 2. *S. M. p.* 73. *Weinm. p.* 48. *Secr. n.* 438. *Krapf. t.* 4. *f.* 1—3. In silvis, praec. acerosis. Validus, habitu ad Russulares accedens, sed sq. omnino proximus — Exstat inter hunc et sq. medius A. *Listeri* Sow. t. 245. *Krombh. t.* 56. *f.* 1—4 mihi haud ita clarus ut distinguere liceat.

25. L. VIRIDIS, pileo compacto depresso-infundibuliformi repando *glabro* sicco azono *viridi*, stipite e farcto cavo valido basi subattenuato, lamellis confertis tenuibus albis subrufescentibus, lacte acri albo. Hygrophyll. viride. *Paul t.* 69. *f.* 7, 4. — Et e statura et nomine h. l, videtur *Krombh. t.* 56. *f.* 8, 9 a me vero fucata non visa. In silvis humosis, e Gallia a Cl. *Leviux* missus. Major, firmus, colore laete viridi ab omnibus mox distinctus.

26. L. CAPSICOIDES, pileo compacto *convexo-infracto*

flexuoso sicco glabro azono *incarnato*, stipite solido brevi crasso lamellisque latis confertis albidis, lacte acri albo. A. Capsicoides vulgo! — *Batt. t.* 16. *B.* A. flexuosus c. *S. M.* In silvis frondosis Eur. austr. Statura L. *flexuosi* sed ob lamellas tenues et confertas sine dubio distinguendus.

27. L. PARGAMENUS, *albus*, pileo carnoso lento e *convexo plano-depresso* repando azono ruguloso glabro, stipite solido mediocri glabro decolore, lamellis *horizontalibus confertissimis* ramosis ex albo stramineis, lacte acri albo. *Swartz! in Vet. Ac. Handl.* 1809 *S. M. p.* 76. c. syn. *Krombh. t.* 57. *f.* 4—6. A. piperatus. *Batsch f.* 59. *Gmel. Milchbl. Bad p.* 16 et a plerisque Auct. cum sq. confusus. In silvaticis passim. Valde similis sq., a quo beat. *Swartzius* primus rite extricavit, ut multa synon. communia. Stipes sq. longior. Lamellae numquam incarnatae visae. Ex sola figura esset *Bull. t.* 584.

28. L. PIPERATUS, *albus*, pileo compacto *ex umbilicato infundibuliformi* subregulari azono *laevi glabro*, stipite solido crasso brevissimo albo, lamellis *decurrentibus confertis* ex arcuato porrectis angustis dichotomis albis, lacte copioso acri albo. *Scop.* — *Swartz*! (Linnaei e Fl. Suec. descr. ab utroque alienus!) *S. M. p.* 76. cum syn. *Weinm! p.* 50. *Fl. Dan. t.* 1132. *Krombh. t.* 57. *f.* 1—3. A. acris. *Bull. t.* 200. optima! *Paul. t.* 68. *f.* 3, 4. In silvis. Admodum rigidus. Lamellae variant quoque lutescentes; l. exoletae acie fuscae (Secr. n. 434) non vero carneae. Fungus antiquitus celebratus, ut edulis, licet valde acris. *Clusii esc. gen. VIII.*

29. L. VELLEREUS, albus, pileo compacto *umbilicato-convexo tomentoso* azono, margine reflexo; stipite solido obeso pubescente, lamellis *distantibus* arcuatis albidis, lacte parco acri albo. *S. M. p.* 76. *Weinm. p.* 50. *Lenz. p.* 41. *Krombh. t.* 57. *f.* 10—13. A. Listeri. *Sow. t.* 204 (non alior.) *Bull. t.* 538. *f. G. H. N.* — b. *Secr. n.* 435. *Schaeff. t.* 225, abnormis, sed e textu h. l. A. piperatus. *Poll. pal.* 3. *p.* 289. Vulgatus in silvis, Magnus. rigidus, saepe *exsuccus;* (A. piperatus *β. Pers.*) cum *Russula delica* facilis commutatu. Margo non villoso-involutus ut in sect 1.

30. L. ARGEMATUS, albus, pileo leviter carnoso lento plano glabro sicco azono, stipite farcto tenui brevi, lamellis confertis tenuibus, lacte ex *albo rubescente*. *S. M. p.* 75. *Obs.* 2. *p.* 190. *Krombh. t.* 57. *f.* 14—16. In silvis abieg-

nis rariss. Parvus, statura L. *pubescentis*; sed semper glaber siccus et epelliculosus, ut cum L. *aspideo* non comparetur.

Trib. II. DAPETES. Stipes centralis. *Lamellae* nudae *et lac* aromaticum (primo acre, dein mitius) *primitus saturate coloratae*, expallentes. Vulgo *Riska*. (L. *sanguifluus* n. 33. forte etiam h. l., sed habitus potius Russularium.)

31. L. DELICIOSUS, pileo carnoso umbilicato viscido zonato glabro testaceo-aurantio expallente, margine glabro, stipite e farcto cavo submaculato, *lamellis lacteque submiti primitus lateritio-crocatis*, dein virescentibus. *Linn.* — *S. M.* p. 67. c. syn. Vet *Fl. Dan. t.* 1151. *Schaeff. t.* 11. *Krombh. t.* 11 pro moro splendide! *Latell. t.* 633. *Lenz. f.* 9. *Letell t.* 633. *Vitt. Mang. t.* 42. etc. ad nauseam depictus. In pinetis borealibus et montanis copiose. Sapor non urens. *Lamellae et vulnera demum virent!* Coloris et zonarum (interdum deficientium) intensitate variat; vidi pileo cinereo, fusco-zonato! Antiquitus in deliciis jure habitus: *Clus. esc. gen. XII* etc. [Exstatne similis in Eur. australi spec. venenata, indicante Michelio, *Paul. t.* 25. *f.* 3? Sed *Secr. n.* 473 est vulgaris status depravatus. *Larbr. t.* 17. *f.* 3 pro more cavenda, est figurae *Battarae t.* 16. *H.* copia coloribus imaginaris fucata.]

32. L. INDIGO, coeruleus, pileo carnoso umbilicato subzonato expallente, margine glabro, stipite *lamellisque* primitus *coeruleo-lactescentibus*. *Schwein. Car. n.* 743. Inter folia Americae boreal. *Non vidi*; statura dicitur omnino prioris, sed colore maxime diversus.

Trib. III. RUSSULARES Stipes centralis. Lamellae e pallido *decolorantes*, dein obscuriores, lucem versus vibrantes, demum *albo-pruinosae*. Lac primitus album mite l. e subdulci acre. — *Brötling*, *Kremling* vulgi, et laetamur nobis contigisse naturalissimam hanc et praecc. vulgi distinctionem limitibus artificialibus circumscribere.

* *Lacte ex albo mox laete colorato*. Pileus udus subviscosus. Sectio forsan artificialis; sed variis specc. non visis evitare non potui.

33. L. SANGUIFLUUS, sanguineus, pileo carnoso e convexo depresso laevi azono, stipite spongioso-farcto laevi sursum attenuato, *lamellis* tenuibus, *lacteque sanguineo* dulci. *Paul. t.* 71. *f.* 3—5. In Gallia australi (Languedoc), a Pauletio tantum lectus, sed *nobilissimus*. Statura subsequentis.

34. L. FLAMMEOLUS, pileo carnoso tenui e convexo de-

presso subumbonato azono flammeolo, stipite fistuloso croceo, *lamellis flavis, lacte rubescente* tarde acri. *Pollin. Pl. nov. p.* 54. *S. M. p.* 71. *Krombh. t.* 39. *f.* 10—11. In Eur. austral. Minor. Caro flavescens. *Non vidi.*

35. L. THEJOGALUS, pileo carnoso e convexo depresso viscido glabro rufofulvo, stipite farcto laevi *concolori*, lamellis tenuibus confertis flavo-rufescentibus, lacte *albo-sulfureo* tarde acri. *Bull. t.* 567. *f.* 2. *S. M. p.* 71. *Krombh. t.* 2. *f.* 23, 24. — b. pileo omnino azono. *Bolt.* t. 9! *Paul. t.* 71. In silvis frondosis; b, qui insignis, mihi praecipue obvius in silvis abiegnis. Inodorus, coloris intensitate varius, siccus nitidus et glaber, fasciis obsoletis nec zonis notatus. Caro lutescens.

36. L. CHRYSORHEUS, pileo carnosulo ex umbilicato infundibuliformi carneo-lutescente zonis maculisve obscurioribus picto, stipite e farcto cavo aequali laevi *albo*, lamellis decurrentibus tenuibus confertis lutescentibus, *lacte* acerrimo ex *albo aureo*. A. zonarius! *Bolt. t.* 144 male fucata, sed specc. anglica misit *Klotzsch! Krombh. t.* 12. *f.* 7—14, pro more nitidiss. *Secr. n.* 469, etiam hunc complect. In silvis fagineis modo legi! in pinetis *Krombh* Stipes 2—3 unc. l., $\frac{1}{2}$ unc. et ultra crass., firmus, oculo inermi glaber, aetate modo decolor obscurior. Pileus 2—3 unc. latus; siccus micore tenui albescente adspersus, demum obscurior. Caro firma, alba, e lacte fracta colorata. — Cum sq. *Limacinis* peraffinis, sed aegre saepe a priori dignoscitur.

37. L. ACRIS, pileo carnoso irregulari demum infundibuliformi viscido cinereo-fuligineo, stipite e farcto cavo *subexcentrico pallido deorsum attenuato*, lamellis subconfertis pallide flavis lacteque *acri albo rubentibus*. *Bolt. t.* 60 (ut plures rude fucata). *S. M. p.* 65. cum syn. *Pers. syn. p.* 437. A. *Weinm. p.* 40. *Secr. n.* 477. *Batsch f.* 68. *Batt. t.* 13. *E.* In silvis frondosis non ubique. Varius; etiam colore iconum pallidiori. Pileus sat firmus, rigidus, vix l. obsolete zonatus. A concolori L. *fuliginoso* diversissimus, ad L. *pyrogalum* vero accedens.

38. L. VIOLASCENS, pileo carnoso depresso glabro cinereo *fuligineo-zonato*, stipite farcto aequali albo-cinereo, lamellis subconfertis albis, *lacte violascente* dulci. *Otto* — S. *M. p.* 75. *Krombh. t.* 14. *f.* 13, 14. In silvis, raro. Species *mihi non obvia*, quare de vera affinitate incertus sum. Sapor ex *Krombh.* demum acris. — Var. l. *affinem*, omnino

notabilem, pileo glabro nitido azono cinereo, stipite cavo cinereo describit *Trog in Fl.* 1832. *p.* 519. Saporem non indicat *Secr. n.* 470; [lamellis ex albo ochreis acie violaceis.] Reliqua cum hoc melius quam L. *uvido* congruunt.

** *Lacte albo, pileo primo viscido.*

39. L. PALLIDUS, pileo carnoso depresso-obtuso glabro viscoso azono stipiteque e farcto cavo valido firmo *pallidis*, margine tenui inflexo, lamellis confertis ex albo pallidis pruinosis, lacte dulci albo. *Pers. syn. p.* 431. *S. M. p.* 67. *Secr. n.* 452. — b. rubellus. A. incarnatus. *Pers. disp. Paul. t.* 80 *male.* — *Krombh. t.* 56. In fagetis etc. copiose. Major, statura L. *deliciosi*, ex incarnato l. argillaceo pallescens. A. lactesc. *Poll. Pal.* 3. *p.* 289 hic potiss. — Variat pileo fuscescente: *Weinm. p.* 43.

40. L. QUIETUS, pileo carnoso depresso obtuso, primitus viscido, mox sicco expallente subzonato opaco stipiteque farcto glabro *rufescentibus*, lamellis ex albo testaceis, lacte miti albo. *S. M. p.* 69. *Weinm. Ross. p.* 45. *Secr. n.* 467. Hic verus A. Lactifluus *Linn. Spec!* Cfr. *Sommerf. Lapp. p.* 253. et A. *testaceus* Scop. incluso L. subdulci. [Staturam exhibet *Krombh, t.* 40. *f.* 1—9]. In quercetis, betuletis nemorosis etc. Major, mollis, pileo carneo, disco obscuriori, et obsolete zonato, *stipite spongioso demum rubiginoso* et pileo, visco fugaci, subsericeo tute distinctus. *Bolt. t.* 3 et *Schaeff. t.* 73 infer. figg. huc facile referas, sed syn. plur. ex hac regione vaga.

41. L. AURANTIACUS, pileo carnoso plano-depresso *laevi azono viscidulo stipiteque* farcto glabro *aurantiacis*, lamellis decurrentibus subochraceis, lacte albo tarde acri. *S. M. p.* 68. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1909. *f.* 2. *Batt. t.* 16. *A. B.* A. hybridus. *Scop.* — In silvis frondosis raro. Colore laeto lamellis longe decurrentibus insignis.

42. L. CREMOR, pileo carnoso tenui plano glabro *punctulato* viscoso *fulvo*, *margine striato*, stipite cavo fragili concolori, lamellis adnatis subdistantibus pallidis, lacte albido. — A. aurant. *Secr. n.* 461. In nemoribus frondosis raro. Fragilis. Pileus obtusus l. primo umbonatus, 2 unc. l., saepe excentricus, margine pectinatus ut *Russula.* Lam. 3 lin. latae, fragiles, pruinosae. Stipes 3—4 l. cr., vix 2 unc. l., sursum obsolete sericeus.

43. L. AZONITES, pileo carnoso firmo convexo umbonato demum depresso repando *azono* (*passim nigro-maculato*) «viscoso», carne ex albo rubente, stipite farcto brevi *deorsum*

*attenuato albo*, lamellis adnatis subconfertis luteis, lacte albo. *Bull. t.* 559. *f.* 1. In silvaticis. *Non talem vidi*; ad sqq. difficilem gregem pertinere omnino apparet. Pileus firmior, carneo-testaceus; sed in *Bull. t. 567 f.* 3 obtusus alutaceo-fuligineus, n. 61 referens, carne albofuscescente. *Persoon* omittit; *Gmelin Milchb. Bad. p.* 19 tantum *Bulliardum* imitatur; *Secr. n.* 453 illustrat affinitatem cum sq. nimiam; sed alia oriuntur dubia ad vivum componenda. Huc porro *Paul. t.* 70. *f.* 1—4.

44. L. VIETUS, pileo carnoso tenui subumbonato laevi *azono* viscido opaco *sicco sericello* expallente, stipiteque e farcto cavo fragili glabro lividis, lamellis tenuibus subdecurrentibus confertis *lacteque tarde acri ex albido subgriseis. S. M. p.* 66. *Weinm. p.* 41. Cfr. *Secr. n.* 454. In nemoribus humidis frequens. Statura magnopere variat; semper vero tenuis, fragilis; facie vieta, sapore acri. Stipes vulgo elongatus. Pileus siccus sordide albescens, opacus, passim flexuosus. Lam. obsolete lutesc., pruinatae. (*Sow. t.* 203 zonis et statura robusta valde recedit, sed *Kr. t.* 40. *f.* 26—29. staturam exhibet).

45. L. CYATHULA; pileo carnoso tenui convexo-plano umbonato demum depresso *zonato* exstrio *viscido carneo*, *siccitate rivuloso* expallente opaco, stipite farcto aequali pallescente, lamellis linearibus tenuibus confertis e albo carneo-lutescentibus, *lacte acri albo immutabili. S. M. l. c.* A. acris γ. *Pers. syn. p.* 437. *Krapf t.* 8. *f.* 8, 9. A. alneti. *Otto.* Secr. 254. C. Ad terram in betuletis, alnetis, saepe denso agmine. Stipes intus spongioso-mollis, 2 unc. l., 1—5 lin. crass., *glaber.* Pileus recens rufescenti-testaceus l. carneus, siccus lividus s. cano-alutaceus, 1—2 unc. latus. Lac l. vulnera *non grisea;* caro albo-incarnata. *Odor* primo nullus, sed *tabescentis cimicinus*, fortis.

46. L. JECORINUS, pileo carnosulo obtuso viscoso rugu-loso azono carneo, stipite cavo laevi fragili, lamellis *subdistantibus luteis*, lacte acri albo. *S. M. p.* 66. *El. p.* 8. *Secr. n.* 449. («zonatus vero») *Weinm. p.* 41. In ericetis; species parva, inodora, rara; distincta.

*** Lacte albo *miti*, *pileo sicco* glabro.

47. L. VOLEMUS, pileo *compacto* rigido plano-depresso obtuso sicco aureo-fulvo, demum rimoso-rivuloso, stipite solido *duro obeso pruinoso*, lamellis confertis albo-lutescentibus, lacte copioso dulci albo. *S. M. p.* 69. a. *Weinm. p.* 44.

*Wahl. Suec. n.* 1881. *Letell. t.* 624. *Lenz. t.* 3. *f.* 12. A. ruber. *Secr. n.* 459 non Pers. A. lactifluus aureus. *Hoffm.* A. testac. *Alb. Schw. n.* 610 ex ipso; non alior. *Krombh. t.* — In silvis sat frequens, tam acerosis, quam frondosis. Maximus et robustiss. inter Russulares, laetus, expallens. Lac interdum lutescit et lam. vulnera sordidescunt. Valde deliciosus, etiam crudus sapidus, antiquitus celebratus, vulgo *Gold-Brötling.*

* L. oedematopus, pileo brunneo-cinnamomeo stipiteque subventricoso rufescenti pruinatis, lamellis demum concoloribus. *S. M. l. c. b. Scop. p.* 453. *Schaeff. t.* 5. *Secr. n.* 485. *Tratt. Aust. t.* 20. Cum priori ejusdemque indolis; vidi status manifeste medios — etiam lam. distantibus. *Lasch. n.* 516. — [Analogos status sq. facile Secr. n. 462, sed sapore non indicato haud definiendus.]

48. L. ichoratus, pileo carnoso e *rigido molli* plano-depresso inaequali laevi glabro opaco fulvente, in ambitu pallidiori, *stipite spongioso-farcto glabro fulvente,* lamellis adnatis vix confertis ex albo ochraceis, lacte dulci albo. *Batsch f.* 60. *Secr. n.* 460? excl. syn. plurr. — *Krombh. t.* In silvis campestr., Upsaliae primum a me lectus. Priori affinis, sed L. *Tithymalino* simillimus, cui non visum fide *Swartzii* adscripsi. Iunior rigidus, compactus, dein mollior olens. Stipes prioris longior, deorsum demum attenuatus. Pileus obtusus, saepe excentricus et repandus, disco brunneo testaceo zonatoque.

49. L. serifluus, pileo carnoso e plano depresso subflexuoso sicco glabro azono brunneo-fulvo, margine inflexo, *stipite solido* aequali subinenrvo lamellisque confertis pallidioribus lutescentibus, lacte *parco sericolori. Dec. fr.* 5. *p.* 45. *S. M. p.* 75. [Cfr. A. gynaectogalus. *Otto* — *Krombh. t.* 40. *f.* 15, 16.] Locis humidis ad terram, forte status atypicus. Specc. a me visa Candolleanis majora, sed essentialiter haud differunt. Dignoscitur praecipue lacte parco, aquose albo subinsipido.

50. L. mitissimus, pileo carnoso tenui e convexo depresso papillato sicco azono laevi stipiteque e farcto *cavo glabris aurantiacis,* lamellis confertis pallidioribus, lacte miti albo. *S. M. p* 69. *Weinm. p.* 45. *Secr. n.* 465. *Krombh. t.* 39. *f.* 16—18. A. sororius *Otto.* Serotinus in silvis. A sq. colore potiss. differt.

51. L. subdulcis, pileo carnoso *tenui papillato* demum

depresso polito laevi azono *rufo-cinnamomeo*, stipite e farcto cavo aequali subpruinato lamellisque confertis fragilibus *rufescentibus*, lacte submiti albo. *Bull. t.* 222 *A. B.* — *S. M. p.* 70. *Weinm. p.* 43. *Sowerb. t.* 204. *Krombh. t.* 40. *f.* 13 —14. *Lenz. f.* 11. *Bolt. t.* 3, *Schaeff. t.* 73 ex parte. In silvis frequens. Minor, rigidulus, inodorus, variabilis, pileo badio-rufo, cinnamomeo, etiam gilvo et carneo-flavo sed color non expallens. Caro rufescens, compacta, licet tenuis. Lamellae nunc obscure ferrugineo-rufae, nunc pallidiores. Sapor nunc mitissimus, nunc leviter demum pungens. Forte latent plures species. — A. *cimicarius* Batsch f. 69 inter hunc et sq. medius.

52. L. camphoratus, pileo carnoso tenui depresso sicco *subzonato* glabro stipiteque farcto subundulato *brunneo-lateritiis*, lamellis confertis lutescente-testaceis, lacte miti albo. *Bull. t.* 567 *f.* 1. *Secr. n.* 468. *Gmel. l. c. n.* 11. *Krombh. t.* 59. *f.* 21—24. Cum prioribus, cui simillimus, mihi parum notus; *exsiccatus fragrans, ut Melilotus*, quo praecipue dignoscitur. Habitus ceterum L. *subdulcis*, forsan primitus viscidus.

53. L. obscuratus, pileo leviter carnoso e convexo umbilicato glabro *substriato* azono *brunneo-fuliginoso*, stipite e farcto cavo tenui, lamellis subconfertis lutescentibus, lacte subdulci albo. *Lasch! Linn. III. n.* 71. Cfr. *p.* 430 (lusus lacte aqueo in paludosis.) *Secr. n.* 456? *Fl. Dan. t.* 1674. In nemoribus silvaticis. Minor, fragilis, pileo vix unciali, primo papillato colore varius fere ut L. *subdulcis*, cui vulgo subsumtus.

54. L. tabidus, pileo submembr. planiusculo acute umbonato sicco *ruguloso pallescente*, *stipite subfistuloso* glabro, lamellis subdistantibus *flaccidis pallescentibus*, lacte dulci albo. *S. M. p.* 70. A. subdulcis d. e. — A. delicifolius. *Secr. n.* 457. In nemoribus silvaticis passim. Inodorus, totus pallidus; pileus udus substriatus, junior testaceo-l. incarnato-pallidus, dein alutaceo-pallidus. Analogus L. *vieto*, cum L. *delicioso* nullam video similitudinem.

*Ag. decipiens* Scop. Hist. Nat. IV est status degener lacte aqueo! cujusdam praecedd.

**** Lacte *acri albo* (in n. 61 demum mutabili), *pileo siccissimo*, ut plurimum floccoso l. squamuloso. *Eximii, facile distincti.*

55. L. Tithymalinus, pileo carnoso plano-depresso ob-

tuso *sicco laevi glabro pallide luteo*, disco obscuriori rufescente, stipite farcto firmo glabro, lamellis confertis e concolori incarnatis, lacte *acri* albo. *Scop. Carn. p.* 452. var. minor! *S. M. p.* 71. (*Krombh. t.* 39. *f.* 5=9 ex Auct.-fucatam non vidi.) A. ichoratus *Swartz*! Var. minorem Scopolii etiam nos legimus, statura L. *subdulcis*, vulgo autem major habitu exacte L. *ichorati*, a quo lacte acri, ut glabritie et colore luteo a sq., mox differt. Stipes saepe inaequalis, sed non attenuatus. Si sapor acris indicaretur pro *Secr. n.* 464 haberem; *Secr. n.* 463 ad 2 pileos monstrose connatos descriptus, omnino negligendus.

56. L. RUFUS, pileo carnoso umbonato demum infundibuliformi sicco e flocculoso *glabrato nitido azono badio-rufo*, stipite farcto rufescente, lamellis confertis ochraceis rufescentibusque, lacte *acerrimo* albo. *Scop.*! *S. M. p.* 71. *Weinm. p.* 47. *Wahl. Suec. p.* 1883. *Lenz. f.* 11. *Krombh. t.* 39. *f.* 12—15. *Gmel. l. c. n.* 12. sed lac lutesc. Hyp. torminosum. *Paul. t.* 69 bis! *Vaill. par. p.* 61. *n.* 10. In pinetis; nobis, ut *Alb.* et *Schw. n* 612!, vulgatissimus fere Agaricorum! Pileus junior margine pubescens, unicolor, non expallens, *omnium maxime venenatus* (certissimo experimento novi) verus «*Meurtier*» Gallorum!, hinc *Bull. t.* 14 etiam h. l. licet minus adaequata — diversissimus a *L. necatore* et *tormino-so.* (A. rufus *Secr.* valde alienus.)

Occurrit similis (A. *rubescens* Schrad. etc) sapore acerrimo, sed statura ceterum L. *subdulcis*, ulterius observandus. *Itidem valde venenatus*!

57. L. HELVUS, pileo carnoso molli plano-depresso sicco e *sericeo squamuloso* rivulosoque azono *testaceo-pallido*, stipite e farcto cavo *pubescente*, lamellis tenuibus confertis albido-ochraceis, lacte parco acri albo. *S. M p.* 72. *Weinm. p.* 47. A. ruber. *Pers.* nulli alii accedit. In pinetis. Pileus expallens, opacus, impolitus; frequentior in paludosis pileo rimoso, lacte aqueo. Praec. valde affinis; non cum L. *volemo* rimoso confundendus.

58. L. MAMMOSUS, pileo carnoso ex umbonato-convexo depresso lurido, *villo intricato griseo obtexto*, stipite e farcto cavo pallido pubescente, lamellis confertis *pallidis*, lacte albo tarde acri. *S. M. p.* 77. *Mich. t.* 80. *f.* 1. *Weinm. p.* 49. [Staturam *Krombh. t.* 40. *f.* 26—29 exhibet]. In pinetis ad viarum latera. Minor, firmus, inodorus, statura fere praeced. (raro umbo tam insignis ac in icone Michelii), umbone evanescente, lam. demum pallide ferruginosae.

59. L. GLYCIOSMUS, pileo carnoso tenui convexo-plano subumbonato *sicco squamuloso lurido* opaco, stipite farcto tenui *pubescente* pallido, lamellis confertis lutescenti-ochraceis, lacte acri albo. *S. M. p.* 72. *Weinm. p.* 47 non *Secr.* 453. *C.* In pinetis copiose. Graveolens, odore dulci-spirituoso pungente, rigidus, fragilis, pileo lurido, fusco-testaceo etc; variat statura pileo primo *sericeo-laevi;* etiam repando et zonato; sed *semper absolute siccus est.* [*Krombh. t.* 39. *f.* 16—18 minor et laevis; non fucata vix a L. *vieto* discerni potest].

60. L. PICINUS, pileo carnoso rigido convexo-applanato umbonato *fusco-umbrino, primo velutino-villoso,* dein disco glabrato laevi; stipite farcto subspongioso glabro, lamellis confertissimis planis ochraceis, lacte acri albo. Staturam exhibet *Krombh. t.* 40. *f.* 20—22, colorem *Larbr. t.* 18. *f.* 2. In pinetis locis paludosis. *Eximius*, pileo 3 unc. lato rigido, sed non compacto, colore umbrino-nigricante, stipite tenui insignis.

61. L. FULIGINOSUS, pileo carnoso molli depresso obtuso *siccissimo azono, primitus fuligine fusca consperso,* dein nudo stipiteque farcto spongioso cinereo-alutaceis, lamellis confertis alutaceis, carne lacteque acri ex albo crocatis. *S. M. p.* 73. *Obs.* 1. *p.* 64. b. *Weinm.* p. 48. *Secr. n.* 478. *Krombh. t.* 14. *f.* 10—12. A. plinthogalus *Otto*, ut videtur. — (*Bull. t.* 567. *f.* 3.) In silvis frondosis, acerosisque. Omnium distinctissimus pruina, sporidiis lutescentibus etc. Pileus numquam udus; margo patens, passim lobatus. Caro elastica alba, scissa crocato-maculata. — Var. *majorem*, pileo ruguloso inter muscos in silvis abiegnis legi: *Secr. n.* 479.

62. L. LILACINUS, pileo carnoso tenui e convexo depresso papillato sicco floccoso granuloso azono *lilacino-roseo.*, stipite e farcto cavo albo-farinaceo pallido, lamellis subdistantibus, pallide carneis, lacte acri albo. *Lasch! l. c. n.* 78. In nemoribus humidis. Fragilis, pileo 2 unc. l. expallente. Lac copiosum. *Vivum* non vidi.

Trib. IV. LATERIPEDES. Stipes excentricus l. lateralis. *Truncigenae*, qualis n. 16 casu tantum reperitur. E statura accedit n. 37.

63. L. OBLIQUUS, albo-lutescens, pileo carnoso tenui plano-depresso obliquo griseo-zonato lobato *sericeo, stipite* e farcto cavo *subexcentrico* curvato, lamellis confertis lacteque albis. A. pubescens. *Secr. n.* 437. *excl. syn.* Ad truncos Fa-

gi, Helvetiae (a me non visus). Caespitosus, tenuis, fragilis, graveolens, pileo valde difformi.

64. L. LATERIPES, albido-roseolus, pileo compacto subdimidiato *azono stipiteque laterali* inaequali *glabris*, lamellis tenuibus confertis, lacte albo. *Desmaz. Cat. omis. p.* 21.! — *Pers. M. E. t.* 24. *f.* 1. A. albidoroseus *Gmel. Milchbl. Bad. p.* 22. Ad truncos arborum Galliae et Germaniae occid. Admodum *nobilis*, solitarius, albicans, sapore acriusculo.

*Obs.* Adhuc quinque fasciculos (t. 1—38) tantum egregii Operis Mycologici *Krombholzii* vidi, quod admodum dolemus, sed sqq. tabulas nigras largitus est Cel. Auctor. Tam accurrati determinatoris fide huc spectantes icones citare debui, licet observatum velim, *haec citata* ut staturam meorum fungorum tantum exprimentia esse excipienda. *Lactarium Smithii* Klotsch! aliosque novos siccos modo visos rite definire non valeo.

**X. RUSSULA.** (Fries Gen. Hymen. *l. c.*) Hymenophorum in *tramam vesiculosam* immutatum descendens. Lamellae rigidae, *exsuccae*, acie acuta. Sporidia rotunda alba l. lutescentia. Velum o! *Fungi carnosi, putrescentes, pileo primitus aut demum depresso.* Agarici. *Auct.* Täubling. *German.*

A *Lactariis* hoc genus non differt nisi lamellis exsuccis (varii primitus tamen guttas aqueas, non coloratas, plorant), a reliquis omnibus *trama vesiculosa.* Lamellae aequales in multis aliis Agaricinis — et inaequales in plerisque genuinis Russulis. — Species spectabiles, ubique obviae, sed facies eadem, nullius generis obscuriores, *iconibus*, vulgo fallacibus, et descriptionibus *colorum* obfuscatae. Auctores, qui species in sect. II—IV e *colore pilei* separant, prorsus essent negligendi; *obtestor quoque Coloristas ut mea studia ignorent,* nam ut ego tales species non discernere possum, Coloristae meas numquam excipere valent! *Vittadini* nostro sensu illustrat. In continuatione operis Cel. *Krombh.* plurimae eximiae icones exhibentur, ex statura modo cito. — *Insertio lamellarum in pileo clusili observanda.*

I. COMPACTAE. Pileus undique carnosus, unde margo primo infractus semper exstrius, absque pellicula viscosa discreta (unde color non variabilis sed ex aetate et jove tan-

tum mutatur). Caro compacta, firma. Stipes solidus, carnosus. Lamellae inaequales.

1. R. NIGRICANS, pileo aequaliter carnoso compacto umbilicato-depresso olivaceo-fuligineo, margine inflexo exstrio, stipiteque solido obeso demum *adusto-nigricantibus*, *lamellis rotundatis crassis distantibus* inaequalibus. *Bull. t.* 579. *f.* 2. 212. *Krombh. t.* 70. *f.* 14, 15. A. adustus *Pers. et Auct.* ex parte. *Weinm. p.* 35. — Var. crassa *Alb. Schw. p.* 220. *S. M. p.* 60. *Secr. n.* 483. A. elephant. *Sow. t.* 36. In silvis passim. Succus rubens, sed non lactescens, unde caro fracta et lamellae jam tactu rubentes. Pileus saepe rimoso-squamulosus, junior udus viscidulus.

2. R. ADUSTA, pileo aequaliter carnoso compacto e depresso subinfundibuliformi, margine primo inflexo glabro dein erecto exstrio, stipiteque solido obeso *cinereo-fuligineis*, lamellis ex adnato decurrentibus *tenuibus confertis* inaequalibus. *Pers. et S. M. l. c.* β. — *Secr. n.* 484. A. nigricans. *Otto.* — *Krombh. t.* 70. *f.* 7—13. *Batt. t.* 13. *C.* ex icone; e descr. e sq. sect. In silvis passim. Exsuccus, carne immutabili, demum adustus, non vero totus nigricans. Lam. ex albo sordidae.

3. R. SEMICREMA, pileo aequaliter carnoso firmo polito *albo immutabili*, margine involuto glabro exstrio, stipite solido valido ex albo *nigrescente*, lamellis decurrentibus tenuibus confertis albis. Inter folia locis nemorosis raro. Stipes nunc curtus, nunc 2—3 unc. longus, 2 unc. fere crassus, fractus nigrescens. Caro alba immutabilis. Haec *forsan* in tab. cit. Krombh. simul pingitur (*f.* 16, 17).

4. R. DELICA, pileo aequaliter carnoso firmo umbilicato laevi *nitido*, margine involuto glabro exstrio, stipiteque solido compacto albis, lamellisque *decurrentibus tenuibus distantibus* albis. *Batt. t.* 17. *A. Vaill p.* 61. *Paul. t.* 73. *f.* 1. Vulgatus in pinetis. Simillimus *Lactario vellereo* et cum eodem frequenter confusus, sed pileus regularis, politus, glaber cum micore albido, lamellae prorsus exsuccae, juniores tantum aquam plorantes. Caro exsucca et totus fungus immutate albus.

5. R. ELEPHANTINA, pileo aequaliter carnoso firmo umbilicato-convexo glabro alutaceo-fuscescente, margine infracto undulato pallidiore exstrio, stipite duro obeso albo, lamellis *obtuse adnatis arcuatis subconfertis tenuibus* albis (gil-

vo-maculatis). *Bolt. t.* 28? In silvis campestr. Habitus R. *foetentis*, sed vere carnosus firmus, licet pileus haud admodum compactus. Pilei pellicula non discreta; marginellus excedens. Lamellae inaequales, antice attenuatae. Icon citata sistit figuram simul, ut formam senilem, nigrescentem, stipite cavo, qualem non vidi.

6. R. MUSTELINA, pileo aequaliter carnoso firmo e convexo depresso opaco, margine reflexo laevi, stipite solido firmo pallido, lamellis *rotundato-adnexis confertis connexis* albis, paucis dimidiatis. [*Secr. n.* 533 non obstat et *Krombh. t.* 61. *f.* 8, 9 staturam exhibet.] In silvis raro. Transit ad vulgatum Russularum typum, sed pileus aequaliter carnosus et margo primo inflexus, etiam repandus. Pileus luteo-fuscus, sed varius. Non nigrescit.

II. FIRMAE. Pileus pellicula tenui, arcte adnata, jove udo viscida, senio disparente tectus, haud nitens; margo abrupte tenuis, primo inflexus laevis, mox patens *acutus*, exoletus striatulus, numquam tuberculosus. *Caro solida firma.* Stipes primo durus, dein intus spongioso-medullatus. Lamellae plus minus inaequales, subfurcatae, *utrinque attenuatae acutae*, vulgo tenues et angustae.

* *Lamellis albis.*

7. R. SANGUINEA, *acris*, pileo carnoso firmo e convexo gibbo-depresso infundibuliformique laevigato *udo*, *margine* tenui *acuto laevi*, stipite spongioso-solido striatulo albo rubellove, lamellis decurrentibus tenuibus confertissimis subfurcatis connexis albis. *Bull. t.* 42! *Rocq. Med. t.* 12. *f.* 1. A. ruber. *Dec. Weinm. p.* 34.! — *Secr. n.* 505? Locis humidis gramin. silvarum. Toto coelo diversa a R. *rubra* [n. 17), carne solida firma, lamellis ex adnato longe decurrentibus, perangustis, antice acuminatis. Stipes primo apice subcoarctatus. Pileus vulgo sanguineus, l., praec. circa margines, albicans.

8. R. ROSACEA, *tarde acris*, pileo compacto convexo-plano *inaequali viscido*, *dein sicco guttato-variegato*, *margine acuto laevi*, stipite spongioso-solido laevi albo rubellove, lamellis adnatis subconfertis planis inaequalibus albis, postice divisis. *Bull. t.* 509. *f.* Z. non *Secr. n.* 507. Vulgo A. rosaceo P. subsumtus; exstat var. primo *exalbicans*, facile *Secr. n.* 512. In pinastretis; frequens circa Upsaliam. Priori affinis, sed irregularis, saepe excentrica, pileo subrepando *vix*

*depresso*, lam. minus confertis latioribus minus divisis, vix connexis. Color pilei intensitate variat, subcarneus, pellicula viscida disparente expallens maculis obscurioribus guttatus.

9. R. FURCATA, mitis, amaricans, pileo carnoso rigido e gibbo-plano depresso infundibuliformique *laevi micore sericello adsperso* glabratoque, margine laevi acuto, stipite valido firmo *laevi* deorsum attenuato lamellisque *adnato-decurrentibus crassiusculis* subdistantibus furcatis candidis. — *Pers.* — *S. M. p.* 59 cum syn. *Weinm. p.* 35. *Secr. n.* 515, 518 etc. *Krombh. t.* 62. *f.* 1, 2. *Bull. t.* 26. *Schaeff. t.* 94. *f.* 1. *Paul. t.* 74. *f.* 1. *Buxb. C. V. t.* 47. *f.* 2. In silvis umbrosis. R. *rubrae*, nec *R. virescenti* affinis; ab hac differt pilei forma, margine acuto primo inflexo, pellicula separabili nec in verrucas secedente et toto lamellarum typo. Pileus nunc umbrino — nunc laete virens, etiam vero fuscus, albidus. Ut praecedentes *venenatus* censetur.

10. R. VESCA, mitis, grata, pileo carnoso firmo ex umbilicato-convexo explanato infundibuliformique *venoso-ruguloso virgatoque, carne sub pellicula viscida rubella*, margine laevi demumve remote striato, stipite firmo inaequali *rivuloso-rugoso*, lamellisque adnatis subconfertis inaequalibus furcatisque candidis. *Fr. fung. esc. p.* 51. *Krombh. t.* 67. *f.* 12—19. A. heterophyll. *Vitt. t.* 27. — Varii coloris lusus: A. cyanox. *Schaeff. t.* 93! *Bolt. t.* 1. *Paul. t.* 76. *f.* 2, 3. *Secr. n.* 520 *et* 523 ex syn. Obs. M. (excl. S. M.) In silvis. Statura, margine demum subpectinato R. *emeticam*, eisdem coloribus variam, refert. Stipes intus demum cavernosus. Pileus opacus, non micore superficiali, sed fibris innatis virgatus l. rugosus. Color maxime mutabilis, sed distingui possunt: a) pileo rugoso *pure carneo-rubro*, disco obscuriori, stipite reticulato, lamellis tenuioribus haud connexis vix fragilibus: b) pileo *variecolori* sordide virgato disco pallidiori, lamellis firmioribus. Antiquitus edulis: *Clus. esc. gen. XIII. spec.* 1, 2 *c. ic. Sterb. t.* 5. *f. C, D. E.*

11. R. HETEROPHYLLA, mitis, pileo carnoso firmo e convexoplano depresso *laevi polito*, pellicula tenuissima disparente, margine tenui laevi denseve striatulo, carne alba, *stipite* solido firmo subaequali *laevi lamellisque attenuato-attingentibus tenuibus confertissimis* furcatis dimidiatisque candidis. *S. M. p.* 59. *Fl. Dan. t.* 1909. *f.* 1. (pileo laete viridi) *Paul. t.* 75. *f.* 1-5 (p. coerulescenti-fusco) A. lividus. *Pers.* — *Secr.* 521, 522, 526 etc. In dumetis, pratis silvaticis muscosis

freq. Pileo ob pelliculam tenuiorem viscidulo l. omnino sicco, numquam rugoso-virgato, lamellis connexis etc., statura quoque vulgo curta minori, a prioribus dignoscitur; a R. *virescente* margine tenui, primo inflexo, lamellis angustis, immo angustissimis. Apex stipitis subinde in acetabulum dilatatus, ut lamellae remotae appareant. *Caveas maxime* in his limitandis e colore! *Bull. t* 509. *f. O, P* (quae non «fulvae») etiam h. l. videtur — pure rubrum numquam vidi. Edulis: *Clus. esc. g. XIII. sp.* 4. *Sterb. t.* 9. *C. D.*

* R. GALOCHROA, minor, pileo *primitus lacteo* dein virescente, rarius *maculis floccosis albis* adsperso. *Fr. Obs.* 1. *p.* 65. A. lacteus *Alb. Schw.* non P. *Bull. t.* 509. *f. L, M! Batt. t. XII. f. E.*. In betuletis. Margo laevis l. striatulus. Flocci in disco maculaeformes l. verrucosae indole et jam colore a R. *virescentis* differunt, et raro obvii.

12. R. DEPALLENS, mitis, pileo carnoso firmo *undulato-difformi* laevi opaco, pellicula tenui viscida adnata illico expallente, margine exstrio demum striatulo, stipite firmo deorsum attenuato *ex albo cinerascente*, lamellis adnexis confertis fragilibus postice furcatis albidis. *Pers. syn. p.* 440. *S. M. p.* 57. *Secr. n.* 510 (erratum typogr. in Pers. syn. jam diu tacite emendatum). In pratis muscosis, ericetis. Priores saepe inaequales variant, sed reliquis notis bene distincta. Pileus primo rubescens l. fuscescens mox, praecipue disco, albicans, flavescens etc. Edulis: *Clus. esc. g. XIII. sp.* 3. *Sterb. t.* 6. *f. D.*

** *Lamellis lutescentibus.* Transeunt ad R. fragiles, sed sporidia alba.

13. R. SARDONIA, pileo carnoso firmo e convexo-plano depresso glabro, pellicula tenui adnata viscida decolorante, margine laevi, stipite spongioso-solido curto *albo rubellove*, lamellis adnatis confertissimis subfurcatis albo-lutescentibus. — *Schaeff. t.* 16. *f.* 5, 6.! indeque *Secr. n.* 509. Iuxta vias in pinetis. Nostra firma est, irregularis, stipitis lamellarumque colore a priori distincta. Lamellae jove pluvio *plorantes!* unde in sicco oriuntur maculae lutescentes. «Sapor *acris*» *Schaeff.* «Caro sub cute rubens» *Secr.* De his nil observavi, cum in vivo pro prior. var. habuerim.

14. R. COERULEA, *mitis*, pileo carnoso convexo explanato depressove polito, *margine laevi*, stipite spongioso solido firmo albo, lamellis adnatis subaequalibus lutescentibus,

apice acutis. *Krombh. t.* 64. *f.* 10, 11! [*t.* 68. *f.* 5—8.] ex quo *Pers. syn.* quam vero potius in vulgatioris R. *alutaceae* vicinia quaererem ob marginem substriatum, qui in hac absolute laevissimus. In betuletis semel modo mihi obiter obvius, nec satis cognitus fungus. Pileus coerulescens.

15. R. VETERNOSA, acris, pileo vesiculoso-carnoso planodepresso polito, pellicula tenui adnata expallente, margine membranaceo laevi, stipite e *spongioso cavo* molli aequali laevi *fragili* albo, lamellis adnatis angustis antice latioribus inaequalibus stramineis. *Paul. t.* 74. *f.* 3. descr. optima! In silvaticis; etiam Upsaliae rarius obvia. Carne alba spongiosa ad R. *fragiles* valde accedit. Pileus 2—3 unc. l. e roseo l. incarnato mox disco albicat l. lutescit.

16. R. FELLEA, acerrima, pileo carnoso tenui convexoplano polito opaco (*nec expallente*) margine laevi, demum striato, *carne firma cum stipite* e spongioso-farcto cavo laevi *lamellisque* adnatis confertis subaequalibus posticeve bifidis *ex albo stramineis*. *S. M. p.* 57. *Secr. n.* 501. *Paul. t.* 76. *f.* 4. In fagetis.—Est inter species distinctissimas! tota straminea, sed pileus saepe obscurior in gilvum transiens, pellicula haud separabili. Lamellae valde angustae, jove udo plorantes!

III. RIGIDAE. Pileus, absque pellicula viscida, *absolute siccus*, *rigidus*, *cuticula vulgo in floccos* l. *granula fatiscente*. Caro crassa, compacta, firma, ante *marginem rectum* (numquam involutum) mox patentem semper *exstrium* evanescens. Stipes solidus, primo durus, dein spongioso-mollior. Lamellae paucae dimidiatae, aliae divisae, rigidae, *antice dilatatae et apice latissimo rotundato excurrentes*, quare pilei margo obtusus fit nec inflexus. *Maxime speciosae*, sed rariores.

* *Lamellis albis.*

17. R. RUBRA, *acris*, pileo carnoso rigido e convexo explanato depressove *sicco polito-laevigato*, margine patente obtuso exstrio, stipite solido duro valido albo rubroque vario, lamellis obtuse adnatis subconfertis albidis, immixtis furcatis dimidiatisque. [*Dec. pr. p.*] *S. M. p.* 58. — *Larbr. t.* 18. *f.* 7. *Roqu. Med. t.* 5. *f.* 2. *Krombh. t.* 65. A. sanguin. *Vitt. mang. t.* 38. *f.* 2! non Bull. *Schaeff. t.* 15. *f.* 4—6. In silvis praecipue frondosis. Valde durus, sed rigidus, *carne subgrumosa* distinctissimus. Pileus ob colorem intense cinnabarino-miniatum fere nitens, sed occurrit etiam expallens, subalutaceus et rivulosus; discus vulgo obscurior. Caro in

cute rubens. Lamellae exoletae lutescunt, acie saepe rubrae: *Secr. n.* 506. Venenatus: *Clus. pern. g. XII. sp.* 2. *Sterb. t.* 21. *f. G.*

18. R. LEPIDA, mitis, pileo carnoso compacto e convexo depresso impolito *sericello rimosove-squamoso* expallente, margine patente obtuso exstrio, stipite solido compacto *laevi albo roseove*, lamellis rotundatis crassiusculis subconfertis multis furcatis albis. *Fries Fung. esc. p.* 50. A. sanguin. *Batsch. f.* 12 hujus pusio! *Secr. n.* 513, nisi sq. In fagetis etc. Praeced. admodum similis, sed vere diversa, *edulis!* Pileus subaequaliter carnosus, sanguineo-roseus disco semper albicans. Caro firma, sed caseosa, nec grumosa. A. *rosaceus* Pers. Obs. utique ad species firmiores exstrias pertinet, quatenus mitis haec; dein fatales colores seduxerunt. Cfr. *Krombh. t.* 64. *f.* 19—20, modo pileus impolitus.

19. R. VIRESCENS, mitis, pileo carnoso firmo e globoso expanso umbilicatoque *innato-flocculoso areolatove-verrucoso*, margine recto obtuso laevi, *stipite* spongioso-solido valido *subrivuloso lamellisque* liberis subconfertis inaequalibus furcatisque *albidis*. *Schaeff. t.* 94. excl. *f.* 1. *Vittad. t.* 31. *Sturm. Deutschl. Fl. III.* 3. *t.* 31. *Larbrer. t.* 19. *f.* 3. (et A. furcatus *Ejusd. t.* 20. *f.* 5). *Krombh. t.* 67. *f.* 1—10. A. Palomet *Thore* — *Pers. Ch. Comm. p.* 227. A. caseosus *Wallr. Cr. Germ.* 4. *p.* 728. In betuletis etc.; mihi rarissimus in Ölandia modo obvius. Pileus saepe inaequalis, semper siccus, cute in areolas secedente. A virescentibus prioris sectionis certe differt, nec semper viret, sed lutescit etiam. Inter R. *aeruginosam* Pers. Obs. p. 103 et A. *virescentem* Schaeff. limites haud reperio, nec inter *Secr. n.* 514, 516, 517. *Krombh. t.* 67. *f.* 12—15 e statura saltim R. vesca virens! — Antiquitus edulis: *Clus. esc. XIII. sp.* 5 asperitie pilei a Russulis n. 10—12 bene distincta.

20. R. LACTEA, mitis, *lactea*, pileo carnoso compacto *ex impolito rivuloso*, margine recto tenui obtuso laevi," stipite solido compacto obeso, lamellis *liberis crassis distantibus* rigidis subfurcatis. *Paul. t.* 74. *f.* 2.! A. lacteus *Pers. syn. p.* 439 hujus loci videtur, non aliorum, nisi forsan *Krombh. t.* 61. *f.* 1—2. Ad terram nudam fagetorum, raro. Stipes centro spongiosus, licet valde durus, $1\frac{1}{2}$ unc. usque crassus. Pileus primitus oritur albus, campan. siccus; dein alutaceo-albus rimulosus, convexo-depressus et saepe excentricus eva-

dit. Lamellae demum adnatae, latissimae, basi apiceque furcatae. *Edulis.*

** *Lamellis lutescentibus.* (n. 17 exoletus).

21. R. LINNAEI, mitis, pileo undique carnoso plano-depresso *polito sicco* glabro, margine patente obtuso exstrio, *carne spongioso-compacta alba*, stipite spongioso-solido obeso rivuloso rubro, *lamellis adnatis* *subdecurrentibus* crassiusculis ex albo lutescentibus saepe dichotomis posticeque anastomosantibus. *Fr. Obs.* 1. *p.* 67. A. integer *β. Linn. Sp. Batt. t. XV. E* ex icone! In silvis raro. Habitus exacte R. *emeticae;* substantia quoque floccosa, sed valde compacta, firma, crassa. Stipes mihi $1\frac{1}{2}$ unc. l., sed medio subventric. 1 unc. cr., intense sanguineus [sed variat forsan albus] obsolete fibrilloso-reticulatus. Pileus epelliculosus, unicolor obscure purpureus, sanguineus etc., opacus, nec expallens, 3—4 unc. latus. Lamellae vix confertae, raro venoso-connexae, paucae dimidiatae, postice vero divisae. Sporidia albida. Accedere videtur ad *Secr. n.* 490, *Krombh. t.* 64. *f.* 5, 6.

22. R. XERAMPELINA, mitis, pileo carnoso compacto convexo-explanato depressoque sicco opaco laevi *rimulosoque*, margine recto laevi, *carne compacta albolutescente*, stipite valido firmo clavato laevi albo rubellove, demum spongioso-molli, lamellis adnexis subconfertis postice furcatis *ex albo* alutaceis. *Schaeff. t.* 214, 215. *Krombh. t.* 68. *f.* 13, 14 ex habitu iconis non fucatae. A. tinctorius. *Secr. n.* 487. var.! In pinetis campestr. passim, at raro. Ut prior ad R. *emeticam* haec ad R. *integram* accedit, differt substantia firma, pellicula pilei non distincta, quare pileus semper siccus, vulgo rimuloso-punctatus. Pileus roseo-purpureus, disco expallens, albo-lutescens. Sporidia sordide alutacea. Stipes udus magis rubet.

23. R. OLIVACEA, mitis, pileo carnoso convexo-explanato depressoque *sericello squamulosoque*, margine patente laevi, *carne alba sublutescente*, stipite firmo ventricoso roseo-pallido, intus spongioso-farcto, lamellis adnexis amplis *luteis*, immixtis brevioribus furcatisque. *Schaeff. t.* 204! *Kromb. t.* 61. *f.* 10: *t.* 67. *f.* 11 e statura, non vero *Pers. Secr. n.* 489 — In pinetis montosis raro. R. *rubrae* propinqua, sed stipite definite spongioso, pileo impolito, lamellis mollibus et laete coloratis certe distincta, R. *alutaceae* respondens. Color pilei e sordide purpureo olivaceus l. omnino fusco-olivaceus. Sporidia flava.

23. R. rhytipus, *foetida*, pileo carnoso plano-depresso sicco *sericello-laevigato* passimque corrugato, margine laevi, exoleto striatulo, *carne sulfurea*, stipite firmo *conico reticulato-rugoso griseo-purpurascente*, lamellis tenuibus confertis latis, postice bifidis anastomosantibus apiculo decurrentibus, acie lutea obscurius punctata. *Secr. n.* 494. In quercetis. *Non vidi*, sed videtur insignis, R. *auratae* respondens, ampla. Pileus flavo-albicans, sed fusco-purpureo olivaceoque imbutus.

IV. fragiles. Pileus plus minus carnosus rigido-fragilis, *pellicula semper contigua* jove pluvio *viscida et subseparabili tectus*; margo membr. primo connivens, *nec involutus*, in adultis vulgo sulcatus tuberculosusque. Caro vulgo floccosa (raro v. c. n. 31 caseosa), laxa l. friabilis. Stipes spongiosus, demum totus mollis cavusve. Lamellae fere omnes aequales, simplices, rigido-fragiles, antice latescentes, in *pileo clusili* liberae. Materies colorans pelliculae fugax [inde facile decolorant] et e situ varians (in aprico colore puro, in umbroso squalido), unde offerunt campum, in quo tirones species e colore pilei distinguendo ludere solent. Nec lamellarum colorem species distinguere ratum habeo; quo magis hic lutescit, eo mitior sapor: forte acredo pilei in materiem lamellas colorantem decomponatur. Analoga exempla inter *Agar. Leucosporos* v. c. A. proceri exstant! — Plenius has exponere, quam ignobiles species merentur, cogor, cum S. M. brevitatem pauci rite exceperint. Noli e *syn. amphibolis* formas suis locis servandas S. M. dispescere; possent illa etiam ll. cc. manere, sed cum descriptiones specierum in varias quadrant, in illis potius veras species, quando tales limitatae, quam varietates quaerendas censeo. In speciebus determinandis attendas simul ad *analogiam et spiritum omnes nostras dispositiones* animantem.

* Lamellis sporidiisque albis. *Acres*, *Venenatae.*

25. R. emetica, acris, pileo carnoso explanato depressove polito nitido, margine patente *demum sulcato*, *carne alba sub pellicula separabili rubella*, stipite spongioso-solido firmo elastico laevi albo rubellove, lamellis *liberis* aequalibus latis subdistantibus candidis. A. emeticus *S. M.* — *Lenz. f.* 15. Aliorumque, sed non Schaeff.!, non Secr. etc. et apud omnes titulus vagus! *Secr. n.* 508. A.? *Buxb. C. V. t.* 47. *f.* 1. In silvis non ubique. Ampla, speciosa, regularis, firma, dein fragilis. Lamellae numquam pulveraceae. Ut n. 31 et

37 aliam habet formam elatiorem, pileo e campanul. expanso, lamellis liberis persistentibus; aliam pileo e convexo expanso, lamellis tum adfixis apparentibus. In forma typica pileus primo roseus, mox sanguineus, dein fulvus l. ochroleucus et omnino (locis udis) albo; sed ceterum omnicolor. *Venenatus.*

* R. CLUSII, pileo convexo-expanso sanguineo, *carne alba flavente*, lamellis unco obsoleto adnexis demumque adnatis pallide flaventibus. R. emetica. *Vitt. t.* 38. *f.* 1. *Secr. n.* 508. B. *Paul. t.* 75. *f.* 6—8. *Clus. pern. g. XXIII. sp.* 2 ex *Sterb. t.* 21. B. In silvis; R. *pectinatae* accedens, at rubra; margo diu laevis. Mihi parum cognita.

* R. FALLAX, tenuior, fragilior, pileo sordide rubente variecolorique opaco discoideo, lamellisque adnexis distantibus albidis aquoseve pallentibus. — *Schaeff. t.* 16. *f.* 1—3 (acris, nec manifeste lutescens). *Secr. n.* 524. Locis humidis. A R. fragili vulgo confusa differt pileo regulari, lamellis distantibus haud candidis, unco modo adnexis.

26. R. PECTINATA, acris, pileo carnoso *rigido* explanato depressoque opaco discoideo, *margine pectinato-sulcato*, *carne* sub pellicula adnata viscida *flavida*, stipite spongioso farcto *rigido striato candido*, lamellis *attenuato-liberis* confertis *aequalibus* simplicibus albis. *Bull. t.* 509. *f. N.* A. ochroleucus *β. Alb.* et *Schw. p.* 213. *Secr. n.* 531. ex syn. In silvis raro. Odor debilis, sed *nauseosus* ad R. foetentis typum accedens. Stipes curtus, in meo deorsum manifeste attenuatus. Pileus primo crustallinus, demum siccus, difformis, 3 unc. l., disco obscuriori fuscescente. Lamellae subdistinctae, angustiores, sed a stipite ad marginem dilatatae, non plorantes l. tactu mutabiles.

27. R. OCHROLEUCA, acris, pileo carnoso explanato depressove polito adnato-pelliculoso expallente, margine patente *laevigato*, stipite spongioso farcto firmo *reticulato-ruguloso* ex *albo cinerascente*, *lamellis postice rotundatis* conjunctis latis *subaequalibus* albo-pallescentibus. *Pers. syn. p.* 443. *Alb. Schw. p.* 213. a. *Sommerf. Lapp. p.* 250. *Secr. n.* 532. *Krombh. t.* 64. *f.* 7—9. *Larbr. t.* 19. *f.* 1. *Buxb. C. V. t.* 45. *f.* 2; sed a R. *integra*, pileo flavo, haud manifeste separata. In silvis montanis, locis humidis. Odor obsoletus, sed gratus. Pilei pellicula tenuis, arcte adnata; margo exoletus tantum remote striatus, nec tuberculosus; color e luteo expallet nec umquam rubet. Lamellae liberae persistunt non

plorant. Hanc aliasque *inventis characteribus*, olim nulli indicati, libenter separo.

28. R. CONSOBRINA, acerrima, pileo carnoso subfragili expanso depressove, *carne alba* sub *pellicula* (uda!) *crassa viscosa cinerea*, margine membranac. recto laevi, stipite spongioso-farcto firmo *ex albo cinerascente*, lamellis adfixis confertis candidis, *dimidiatis furcatisque plurimis*. *S. M. p.* 60. In silvis abiegnis montanis. Vulgo ampla, haud foetens, indole prioribus, lamellis sq. proxima. Pileus primitus campanulatus, lamellis tum pro more liberis, eo expanso vero adnatis, vix venis connexis; at *haec est fallax nota!*. Colore umbrino, olivaceo-fusco, griseove facile distincta. Ex ipso h. l. *Secr. n.* 519, 527—529, sed suspicor R. firmas esse commixtas.

* R. SORORIA, pileo e convexo plano depressove, margine striato, lamellis subdistantibus venoso-connexis. *Larbr. t.* 19 *f.* 7. In pinetis campestr. Habitus et color iidem, sed multis notis differt. Stipes albus! Lamellae multae dimidiatae, sed vix furcatae — Adhuc tenuior var. pileo umbonato: A. *livescens Batsch f.* 67.

29. R. FOETENS, acris, *foetida*, pileo e bullato expanso depressoque *rigido* pellicula adnata viscido, disco carnoso, margine late membr. primitus infracto tuberculoso-sulcato, stipite valido e farcto cavo lamellisque adnexis *valde inaequalibus furcatisque* venoso-anastomosantibus albidis, primitus plorantibus. *Pers. syn. p.* 443. *S. M. p.* 59 cum syn. *Krombh. t.* 70. *f.* 1—6! *Secr. n.* 530. *Weinm. p.* 34. — *Bull. t.* 292. A. incrassat. *Sowerb. t.* 415. In silvis communis. Maxima, admodum rigida, odore empyrematico gravissimo mox distincta, pileo demum reflexo repandoque. Lamellae (primitus liberae) tenues, obsolete flaventes, tritae sordidae. — Exstat fungus valde parvus, R. *vitellinae* analogus, inter hanc et sq. exacte medius: *Secr. l. c. B.* et var. R. *fragilis* odore R. foetentis *S. M. p.* 58.

30. R. FRAGILIS, acerrima, pileo laxe carnoso tenui plano depresso inaequali polito, pellicula tenui expallente opaco viscidulo, *margine tuberculoso-striato*, stipite e farcto cavo nitido, lamellis adfixis *tenuibus confertis ventricosis* candidis. *Pers. syn. p.* 440. *S. M. p.* 57. ubi syn. et varr. *Krombh. t.* 64. *f.* 12—18. *A. S. p.* 212. *Bull. t.* 509. *f. T. U.* *Secr. n.* 511, 525 etc. In silvis. Aegre limitatur a formis fragilibus *R. emeticae*, sed lamellae longe confertiores,

tenuiores, ut acie saepe erosulae, ventricosae; pileus tenuior, laxior, sub pellicula tenuiori illico decolorante carne omnino alba, margo tuberculosus, et totus fungus in genere minor et fragilior. Omnicolor est, sed R. *emetica* pallidior, typica forma dilute sanguinea in aquosis illico dealbata est A. niveus *Pers. syn. p.* 438. *A. S. p.* 211. *Secr. n.* 536. In tenuioribus lam. minus confertae. Hujus lusus stipite lamellisque acie rubellis est A. Linnaei pulcherrimus *Fr. Obs.!*

** *Lamellis sporidiisque ex albo flavidis.* Mites l. tarde acres. Cfr. n. 13—16, sporidiis albis et sapore vulgo acri diversas.

31. R. INTEGRA, mitis, pileo carnoso expanso depressove viscoso-pelliculoso decolorante, margine tenui demum *sulcato tuberculosoque*, *carne alba*, stipite spongioso-farcto *laevi ventricoso albo*, lamellis subliberis latissimis aequalibus (adultis) distantibus ex albo pallidis *flavo-pulveraceis*. *Linn. Suec. n.* 1230; pileo, margine, lamellis pallidis — hanc exactissime, nec ullam aliam designat! A. ruber. *Schaeff. t.* 92 (nomen multis rationibus ineptum). *Vittad. t.* 21. A. alutaceus. *Secr. n.* 482, facile etiam n. 490 etc. [*Krombh. t.* 61. *f.* 3—7 e statura et sapore, reliqua mihi ignota.] *Batt. t.* 16. *C.* In silvis ubique [ut Upsaliae, ubi descr. Linné) vulgatissima, sed ex aetate varia cum R. *emetica* et R. alutacea confusa. Stipes primitus brevis clavatus l. conicus [nec exsertus ut in n. 33, 34]. Pileus firmus, dein fragilis, *omnicolor*, discoideus, primo convexus l. campan. Pileo, lamellis [postice modo passim bifidis] et viribus prae ceteris *integra* species! — E *Sterb. t.* 5 *B* esset *Clus. esc. gen. IX. sp.* 4, sed reliqua Galorrh. Russularem suadent.

* R. SUBSTIPTICA, nauseosa, pileo e convexo expanso, carne *molli sursum lutescente*, stipite ex albo-lutescente, lamellis adnexis crassis ex albo ochraceis. *Pers. syn. p.* 441 ex *Secr. n.* 491. In pinetis. R. auratae accedit carnis colore sed tota indoles et statura ampla praeced., et color varius, saepe squalens.

* R. ADULTERINA, *tarde acris*, minor, fragilior, pileo difformi sordide pallido alboque, margine laeviusculo, lamellis ex albo ochraceis. *Secr. n.* 495? ex analogia. Item in pinetis legi. Caro alba. Margo in nostra laevis. Hujus mentionem facit *Vitt. p.* 270 observ.

32. R. AURATA, tarde acris, pileo carnoso *rigido* convexo-plano nitido, margine demum striato, *carne* sub pellicu-

la viscida *citrina*, stipite spongioso-compacto striatulo albo citrinove, lamellis rotundato-liberis latis aequalibus nitidis acie flavo-citrinis. *With. arr.* IV. — *Krapf.* t. 5. *Schaeff. t.* 15. *f.* 1—3. *Secr. n.* 485. *Krombh. t.* 68. *f.* 1—4 solito minor. In silvis campestr, non ubique. Haec, Upsaliae a me tandem copiose lecta, a R. *alutacea xanthopode* non potest non distingui, admodum speciosa, firma, rigida, fragilis tamen, odore grato, et esculenta, licet sapor deinceps pungens. Pileus discoideus, sed non umbilicatus, colore citrino, aurantio, rubro etc. varius. Lamellae nitide flavae, ad latera fere albicant. *Russula esculenta* P. non potest non h. l. esse, licet cum R. *alutacea xanthop.* sit confusa; R. *aurea* Pers. ob lamellas alutaceas, majori forte jure ad R. *substipticam*, ne dicam R. alutaceam, citanda. (*Var. C.* Secr. est status mycelio parasitico obductus.)

33. R. DECOLORANS, mitis, pileo carnoso firmo e sphaerico expanso depressove polito tenue pelliculoso expallente, margine tenui laevigato, *carne stipiteque* spongioso-solido elongato cylindrico *rugoso-striato ex albo cinerascentibus*, lamellis furcato-adnexis tenuibus confertis ex albo lutescentibus. *S. M. p.* 56 [temere pro confusione habita]. *Weinm. p.* 31. In pinetis montanis Eur. boreal. Procera (4 unc. alta) regularis, intus demum nigro-variegata. Pileus unicolor, ex aurantio-rubro flavus et expallens, exoletus margine striatus. Staturam sistit *Krombh. t.* 68. *f.* 15—17.

34. R. GRISEA, mitis, pileo carnoso firmo sphaerico expanso depressoque polito expallente, margine laevi, *carne sub pellicula tenui violacea*, stipite spongioso-solido elongato cylindrico *laevi nitido candido*, lamellis adnatis confertis crassiusculis subfurcatis ex albo flavis. *Pers. syn. p.* 445 ex *Secr. n.* 493. In silvis frondosis, Statura omnino prioris, at colore [olivaceo l. griseo discoideo, disco purpurasc. l. lutescente] jam distincta, sed a R. *integra*, saepe concolori statura, margine exoleto vage modo striato reliquisque notis.

* R. OLIVASCENS, pileo convexo-plano, margine demum striato, stipite breviori. *Secr. n.* 498 A. [sed Pers. ab ipso citata anceps quidem, at sq. sect. potius pertinet] In pinetis. Habitus praeced., sed ut R. *sororia* ad R. *consobrinam* revergit, haec ad R. integram.

35. R. NITIDA, nauseosa, *subfoetens*, pileo carnosulo rigente e convexo-plano depresso nitido discoideo, margine tenui primitus striato tuberculosoque, carne alba, stipite far-

cto molli albo-pallescente, lamellis adnexis secedentibusque tenuibus confertis ex *albo flavis nudis* nitidis. *Pers. syn. n.* 357. *S. M. p.* 55. (inclusa maxime analoga R. nauseosa) — *Schaeff. t.* 254. *Secr. n.* 488. 492, 496. In silvis catervatim. Minor, rigido-fragilis, saepe inaequalis, colore lamellarum nudarum ex albo flavo facile distinctus. Pileus varieco-lor, vulgo e dilute l. sordide purpurascente lutescens, ad medium saepe plicato-striatus dilutior.

36. R. PUELLARIS, mitis, fragilis, pileo carnosulo e conico expanso opaco gibbo, disco demum depresso obscuriori, margine tenui e laevi striato subtuberculoso, stipite farcto tenui albo, lamellis adnatis aequalibus subconfertis ex albo alutaceo-pulveraceis. In silvaticis passim, tam pileo, quam lamellis haud nitidis facile a priori distincta, ceterum tenuior, inodora, pileo vulgo fusco l. sordide purpurascente, in ambitu pallidus. Lamellae steriles albae persistunt!

Quid R. *leucotheja* Fr. Obs. 1. p. 66 nondum liquet! *Secr. n.* 504 in R. adulterinam (n. 31) eximie cadit.

*** *Lamellis primitus sporidiisque lutescent.* Mites, grati.

37. R. ALUTACEA, mitis, pileo carnoso expanso depressove viscoso-pelliculoso decolorante, margine tenui *demum striato tuberculoso*, *carne alba*, stipite spongioso solido valido albo rubrove laevi, lamellis primo liberis crassis aequalibus subdistantibus e flavo alutaceo-ochraceis nudis. *S. M. p.* 55. cum varr! et syn. (A. *griseus* et *coeruleus* P. ad species distinctas trahi possunt.) *Vittad. t.* 34. *Rocq. t.* 10. *f.* 4. *Alb. et Schw. p.* 213. *Secr. n.* 484. *Krombh. t.* 64. *f.* 1—4. In silvis, at non ubique. Est e maximis et pulcherrimis, 3 unc. et ultra, demum mollis et fragilis. Pileus vulgo laete sanguineus, ruber immo atropurpureus, sed *omnicolor*; in fagetis umbrosis saepe viridis, olivaceus. Lamellae primitus flavae, demum adnatae apparent; sed in forma speciosa: *erythropode* firmiori, stipite toto obscure sanguineo, liberae persistent et a stipite remotae, postice rotundatae — in paludosis pinetorum. Variat quoque pileo e campanulato expanso primo pulchre roseo, lamellis flavis — et hic *junior status* margine adhuc laevi certe A. *campanul.* Pers., (non Secr.!) — Exstat porro varietas *xanthopus* S. M. l. c. *Secr. n.* 484, cum R. aurea commixta — aliaque, A. *olivascens* Pers., A. S. minor, pileo margine laeviori, livido-olivaceo viridique — in pinetis.

38. R. OCHRACEA, mitis, pileo carnoso molli plano-depresso pellicula tenui viscido nitido, *margine tenui sulcato*,

*carne ochracea*, stipite spongioso-farcto molli striato lamellisque attingentibus latis vix confertis concoloribus. *A. S. n.* 625. *Swartz. V. A. H.* 1809. *p.* 92. *Secr. n.* 499. In pinetis. Praeclare distincta, praec. minor. Pileus ochraceo-luteus, dein disco praecipue obscuratus. Ag. *ochraceus* P.? potius est n. 42. Variat *stipite albo* et, *ut omnes*, pileo sicco!

39. R. LUTEA, mitis, pileo firmulo plano-depresso pelliculoso-viscoso expallente, *carne alba*, *margine laevi*, stipite e farcto cavo molli albo, lamellis liberis confertis venoso-connexis vitellinis. *Hudson. A. S. p.* 213. S. *M p.* 55. c. syn. In fagetis, elegans, habitu R. ochroleucae, pileo e pulchre luteo pallescente, sed minor, stipes curtus.

40. R. RAVIDA, mitis, pileo carnoso molli plano-depresso repando sublobatoque tenue pelliculoso *opaco*, *margine laevi*, *carne grisea*, stipite spongioso molli fusco-striato albo-pallescente, lamellis adfixis confertis latis ochraceis. *Bull. t.* 509, *f. Q. Secr. n.* 500. *B*, ex quo stipes simul farinosus! In pinetis! nos semel modo vidimus. Olida, proximis major, sed admodum mollis. Pileus e fusco griseove lutescens — Var. sunt A. *ochraceus* Pers. et *Bull. l. c. f. R. S.* ex *Secr. n.* 500, quae vero omnes ad R. *chamaeleontinam* notis primariis accedunt!

41. R. NAUSEOSA, submitis, *olida*, fragilis, pileo carnoso tenui e gibbo-plano depresso infundibuliformique viscido, *disco obscuriori*, *margine sulcato* submembranaceo, carne stipiteque farcto striatulo albis, lamellis adnexis ventricosis *subdistantibus* e flavo sordide ochraceis. *Pers. syn. n.* 362 omnino anceps, sed ex hac serie! *Alb. et Schw. n.* 631. *Lasch!* — *Secr. n.* 497. *Schaeff. t.* 16. *f.* 4 forma inconsueta. In pinetis. Habitus R. *nitidae*, nec pilei colore, sed lamellarum differt, utriusque minus nitido; illius vulgo tamen sordide et dilute purpurascens, in luteum transiens.

* R. VITELLINA, olida, mitis, pileo submembr. demum *tuberculoso-striato unicolori*, disco minuto carnosulo, stipite tenui, lamellis secedente-liberis aequalibus croceis. *Pers. syn. p.* 442! *Batsch f.* 72. In pinetis; pulchella, serotina, admodum fragilis. Stipes aequalis, 2 lin. cr., unc. vix superans. Pileus uncialis, e flavo totus pallidus, subsiccus. Lam. *distantes*, crassiusc., venoso-connexae. *Secr. n.* 503 potius sq.!

42. R. CHAMAELEONTINA, mitis, fragilis, pileo carnosulo explanato depressove, pellicula tenui decolorante viscidulo,

margine laevi dein striatulo, stipite subcavo tenui striatulo albo, lamellis *tenuibus confertissimis planis* subfurcatis luteis. *Fr. Obs.* 1. *n.* 89. In silvis mixtis, praec. pinetis, haud raro, valde elegans, inodora. Tota tenuis et fragilis, vulgo minor; sed habeo pileo stipiteque triuncialibus. Pileus *roseo-sanguineus, purpurascenti-lilacinus* etc. mox disco l. *totus* (etiam primitus!) *lutescens.* Lamellae adnexae l. liberae, angustae. H. l. videntur *Secr. n.* 483, 486 etc. Cfr. n. 38, 40.

Dimidiatae et truncigenae exstant Russulae, sed parum hactenus cognitae. R *epidendra* Pers. Obs. 1. p. 104 ab ipso dein neglecta. *Russulam* colore rubro dimidiatam et epixylam nos semel legimus — an constans hinc nescio. Sed bona species videtur *Ag. Aquifolii* (n. 498), at non visam genere movere nolui.

*Obs.* Species hujus generis longe magis inter se affines, quam reliq. generum, ut, *Cladoniarum* more, earum distinctio semper sat arbitraria videatur. Ut jam inter *Cladonias* indicatum sectiones nostras pro spec. latiori sensu facile sumas; sed de talibus immutationibus, *quovis modo* post meas expositiones facilibus, haud multum glorieris; *peritior* factus receptam magis esse practicam forsan agnosces. Sic jam docuimus *Clad.* omnes *erythrocarpas*, *phaeocarpas* etc. pro unica specie sumi posse, quod theoretice placebit; practice vero formas primarias distinguere magis arridebit et unionem v. c. *Cl. pyxidatae* et *rhangiferinae* vita et usus communis semper irridebit.

**XI. CANTHARELLUS** (Fr. ll. cc.) Hymenophorum inferum, in tramam floccosam descendens immutatum. *Lamellae* ceraceo-carnosae, *crassae*, *tumidae* (h. e. plicaeformes), subramosae, *acie obtusa*, valleculis inter lamellas simul fertilibus. Asci perfecti, sporidiis globosis albis. *Fungi carnosi l. membranacei, putrescentes, velo o.*

In S. M. a *Merulio* (genere manifeste Polyporeo!) separavi, nunc expurgamus omnes hymenio semper aut primitus laevi s. *Canth. Phlebinos* El., qui e charactere necesse et ex affinitate aeque bene inter Auricularinos recepiuntur. *Cantharelli* Linn. et asseclis erant melius Agarici, quam cum Meruliis (*Boletis* Veteribus) a Rec. confundebantur.

I. MESOPUS. Pileus integer. Stipes centralis.

* *Pileo stipiteque pleno carnosis.* Cantharellus *Adans.*

1. C. CIBARIUS, vitellinus, pileo carnoso primo repando *glabro* demum turbinato, stipite solido deorsum attenuato, *lamellis crassis distantibus concoloribus*. *S. M. p.* 318 c. syn. *Grev. Scot t.* 258. *Lenz. f.* 27. *Krombh. t.* 45. *f.* 1—11. *Vittad. t.* 25. *f.* 1. Ag. Canth. *L. Sow. t.* 46. *Batsch f.* 120. *Paul. t.* 36. Merul. *Scop.* Ubique in silvis. Variat totus albus! Esculentus! *Clus. gen. XIV. sp.* 2.

2. C. AURANTIACUS, subaurantius, pileo carnoso molli depresso *tomentoso*, stipiteque farcto inaequalibus, *lamellis confertis strictis* saturatioribus. *S. M. l. c.* cum syn. *Weinm. p.* 286. Ag. *Jacq. Coll.* 2. *t.* 14. *f.* 3. *Batsch. f.* 37. Ag. subcanthar. *Sow. t.* 413. *Pers. M. E. p.* 12, 26. Certe *Schaeff. t.* 206 (male) nec t. 65! Ad terram fr. Saepe albidus: exstat *var.* lactea. Qui fungos in figuris observant, negant *stipitem* senio, praecip. locis paludosis, *nigrescere;* quod vivos legentibus notissimum (Cfr. *S. M. Secret. Weinm. etc.*) et hunc non differre *Bull. t.* 505. *f.* 2 s. *M. nigripedem* P. Non vescus.

3. C. RUFESCENS, gilvus, pallescens, pileo carnoso tenui plano-depresso glabriusculo, stipite farcto *sursum attenuato*, lamellis confertis tenuibus. *Paul. t.* 37. *f.* 2, 3. In Gallia. Stipes pro ratione longior, pileus minor, quam in proximis. *Non vidi.*

4. C. BRACHYPODES, pileo carnoso tenui infundibuliformi glabriusculo *fusco*, *stipite* farcto brevi *lamellisque* strictis *lutescentibus*. *Chev. par. t.* 7. *f.* 5. *Fr. El. p.* 50. In Galliae silvis. Stipes vix uncialis. Pileus variat velutino-granulatus.

5. C. UMBONATUS, pileo carnoso tenui *ex umbonato depresso flocculoso cinereo-nigricante*, stipite farcto aequali dilutiori, lamellis strictis confertis candidis. *S. M. p.* 317. c. syn.! *Weinm. p.* 285. A. muscoides. *Jacq. Coll.* 2. *t.* 16. *f.* 1. Inter muscos freq., sed vulgo pro Agarico sumtus. Stipes 3 unc. l. elasticus, basi villosus. Vulnera saepe rubent. Var. C. *carbonarius*, fasciculatus, pileo squamuloso spadiceo-nigro. *Alb. Schw. n.* 1124.

6. C. ALBIDUS, pileo carnosulo infundibuliformi repando *glabro pallido*, stipite solido subaequali glabro lamellisque dichotomis divergentibus albis. *S. M. p.* 319. *Fl. Dan. t.* 1295 ex habitu. C. Prescotii *Regensb. Bot. Zeit.* 1832. *p.* 452. C. parilis *Weinm. Ross. p.* 285. (C. ingricum *Weinm.! in litt.*, non hunc, ad Ag *parilem* refero,

irrepsit l. c. commutatio). Inter muscos etc. Tenax, sed non coriaceus, albus, in lutescentem aut rufescentem vergens, pileo subzonato.

Per formas *Ag. parilis* (n. 237) etc. haec sectio ad *Clitocybas* Agaricorum redit.

** *pileo submembran., stipite tubuloso polito.*

7. C. TUBAEFORMIS, pileo carnoso-membran. infundibuliformi repando lobatoque flocculoso subfusco expallente, stipite cavo glabro *aurantio-fulvente*, demum compresso lacunoso, lamellis crassis distantibus multifido-ramosis luteis fuligineisve *nudis*. *S. M. p.* 319.a. *Fl. Dan. t.* 2080. *f.* 1. pusio. Mer. hispidus *Scop. p.* 462. M. villosus. *Pers ic. et-descr. t.* 6. *f.* 1. *Dittm. apud Sturm. t.* 30. *Batt. t.* 23. *f.* 1. Ad terram et ligna putrida caespitos. «Inferne modo stipite, modo pileo concolor» *Scop.!* — Est inter sq., *cui hymenio similis*, et *Craterellum lutescentem*, toto habitu similiorem! medius. Synonyma ab hoc aegre separantur. Perpetua vero cum *Craterello lutescente*, post eximiam hujus exposit apud *Alb. et Schw. n.* 690, confusio mirabilis est. — Canth. melanoxeros. *Desmaz! exs. n.* 409. var.?

* C. LUTESCENS, pileo convexo-umbilicato laeviusculo subregulari, lamellis minus divisis. *Bull. t.* 473. *f.* 2. Merulius lutescens Vulgo, non *Pers!*, *Alb. Schw.! Fr.* nec Weinm. *Desmaz.! Exs. n.* 365. Cum priori Stipes magis aequalis, sursum attenuatus. Praec. cum sq. jungit. (v. s.)

8. C. INFUNDIBULIFORMIS, pileo submembran. ex umbilicato infundibuliformi lloccoso-rugoso fuligineo-flavido expallente, stipite fistuloso laevi glabro *flavo*, lamellis crassis distantibus dichotomis flavis cinereisve, *demum pruinatis.* — *Scop. l. c.* — *Sowerb. t.* 47 optima. Merul tubaeformis *Pers.!* ejusque var *S. M.* — *Krombh. t.* 4. *f.* 8—10. *Weinm. p.* 288. Mer. lutescens. *Fl. Dan. t.* 1617 aliorumque. *Secr. n.* 5, 6. *Vaill t.* 12. *f.* 9, 10. Locis similibus, in silvis montanis vulgatior. Ob characteres indicatos vagos et synonyma vix extricanda olim a priori haud separavi; jam limites qualescumque inveni. Ad *Craterell. lutescentem* nullo modo accedit. Colores minus intensi, *exsiccatione sat persistunt.* Pileus vero demum pervius. *Bull. t.* 461 hic potissimum, sed e textu confusa species! — M. fuligineus *Pers.* — *Batsch f.* 35, ipso in Myc. Eur. concedente, hujus var.

9. C. CINEREUS, pileo submembr. infundibuliformi ad basin *pervio villoso-squamuloso stipiteque* cavo *fuligineo-nigrescen-*

*tibus*, lamellis crassis distantibus cinereis. *S. M. p.* 320. c. syn. *Krombh. t.* 45. *f.* 12. *Alb. et Schwein. p.* 234. *Desmaz. exs. n.* 410. Merul. cinereus. *Pers. Bull. t.* 465. *f.* 2 minus bona, sed descr. evidens. In silvis passim. Ex habitu *Craterello Cornucopioidi* simillimus, sed primitus adsunt lamellae sat latae (hinc *M. cinereus* Secr. est Cr. Cornucop. var.) Stipes deorsum subattenuatus. — *Bolt. t.* 34 forte idem, Auctoris more, minus bene delineatus.

10. C. LEUCOPHAEUS, *pileo* submembr. lento infundibuliformi *glabro fusco-umbrino*, *stipite farcto tenui* laevi concolori basi subincrassato, lamellis distantibus simplicibus immixtis dichotomis dimidiatisque albis. *Nouel! Mem. Soc. Lill.* 1831 *t.* 1. *f.* 2, 3. *Desm. exsicc. n.* 608 specim. eximia! Merul. cinereus leucoph. *Pers. M. E.* 2. *p.* 15. Ad terram Galliae. Spec. eximia, praec. parum affinis, minor. Pileus azonus, haud pervius, margine laevi minus repando, sed reflexo involutoque. Stipes lin. cr.

11. C. CUPULATUS, pileo submembran. plano-infundibuliformi repando hygrophano, udo glabro margineque striato, sicco flocculoso exstrio, stipite farcto aequali polito glabro, lamellis valde distantibus fasciculato-ramosis dimidiatisque latis griseis. *Bull. t.* 601. *f.* 3. bona, repetita in *Pers. Syn. t.* 5. *f.* 2. Locis sterilibus, rariss. Post Bulliardum non lectum in coemiterio Femsjonensi collegi Stipes vix unc. l., ½ lin. cr., tenax, pileo dilutior Pileus cupularis, tenax, ½ unc. latus, haud zonatus, fusco-pallidus l. rufescens. Non confundes *Xerotum degenerem*.

12. C. REPLEXUS, pileo membr. e *camp.-convexo* expanso inversoque striato e fusco cinereo, stipite fistuloso glabro sursum incrassato, lamellis adnato-decurr. venoso-reticulatis distantibus ramosis dimidiatisque albo-glaucescentibus. *S. M. p.* 50. a. inter Inquir. In graminosis, v. c. in horto Femsjonensi inter Grossularias quotannis; etiam Scaniae et Upsaliae. Habitus Mycenae, sed lamellae (postice latae) crassae et plicaeformes, *acie obtusa* albidiori. Stipes 1½—2 unc. l., lin. cr. Pileus ½—1 unc. l. glaber l. rimoso-squamulosus.

* C. DEVEXUS, pileo cucullato, stipite medulla floccosa farcto, lamellis simplicibus cinereis. *S. M. l. c. b.* Locis deustis aliquoties, sed adhuc parce semper lectus, quare priori subjungendus, licet constans.

Per *Agaricos integrellos* haec sectio cum *Ag. Omphaliis* omnino collidit. Lamellis dichotomis (non vero acie obtusa)

hae saepe ludunt ut *Merul. fuscus* With. M. turfosus *Pers. M. E.* 2. *p.* 26 etc., quae A. umbelliferi formae.

II. PLEUROPUS. Dimidiati, stipite exacte laterali.

13. C. SPATHULATUS, pileo *carnoso* spathulato glabro azono subfusco, stipite tenui laterali *glabro*, lamellis dichotomis *confertis* albidis. *Fr. El. p.* 53 c. descr. In Gallia occid. subcaespit. *Guepin!* Pileus $\frac{1}{2}$—1 unc. Stipes unc. l., lin. cr.

14. C. MUSCIGENUS, pileo submembran. spathulato horizontali glabro zonato e fusco cinereo-albicante, *stipite* laterali brevi *basi villoso*, *lamellis* tumidis *distantibus ramosis* concoloribus. *S. M. p.* 323 *cum syn. El. p.* 55. *Weinm. p.* 291. Ag. muscigen. *Bull. t.* 288, 498. *f.* 1. Merul. *Pers. syn. p.* 493. *Nees Syst. f.* 236. M. serotinus *Myc. Europ. p.* 22 et M. candicans *l. c. p.* 21? A. fissus. *Leys. Hal. p.* 297. Canth. *Wallr. Cr.* 4. *p.* 646 certe var. Ad muscos majores. Serotinus ut sq., sed hi terrestres.

15. C. AURISCALPIUM, fuscus, pileo membran. glabro margine undique reflexo *cucullato-convexo*, stipite laterali stricto *gracili villoso*, lamellis paucis plicaeformibus *simplicibus*. *Fr. El. p.* 54. cum descr. C. Buxbamiae-formis. *Wallr.! Cr.* 4. *p.* 626. junior. In terra nuda fagetorum, raro. Summopere insiginis, tenuissimus; stipite subfiliformi, $\frac{1}{2}$ unc. fere longo.

16. C. GLAUCUS, griseus, pileo membran. ligulato adscendente *sericeo azono*, stipite laterali brevi *pruinato*, lamellis plicaeformibus tumidis distantibus dichotomis. A. glaucus. *Batsch. f.* 123. Pez. foliacea. *Holmsk. Ot.* 2. *t.* 23. Canth. pygmaeus. *Wallr.! Cr.* 4. *p.* 626. In clivis arenosis: circa Upsaliam passim Novembr. Primo erectus, subclavatus. — Affinis *Ag. tremulo*, per quem haec sectio Agaricis accedit.

III. RESUPINATUS. Pileus integer, primitus cupularis vertice adfixus, dein reflexus.

* *Muscigeni*. Cyphellis affines.

17. C. BRYOPHILUS, submembranaceus, cupularis, candidus, *vertice porrecto stipitatus*, extus villosus, lamellis latis dichotomis strictis e centro radiantibus. *S. M. p.* 325. c. syn. *Weinm. p.* 292. Agaric. *Pers. Obs.* 1. *t.* 3. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 237. Ad muscos etc., serotinus. Pusillus, lam. acie acutiuscula valde Agaricoideus.

18. C. RETIRUGUS, membranaceus, expansus, repando-lobatus, albido-cinereus, postice fibrillis adfixo, *lamellis*

centro radiantibus *tenerrimis reticulatis*. *S. M. p.* 324 c. syn. *Weinm. p.* 291. — *Bull. t.* 498. *f.* 1. *Sowerb. t.* 348. Supra muscos, raro, autumnalis. Subsessilis, raro in stipitem productus.

19. C. LOBATUS, membranaceus, sessilis, horizontalis, lobatus, fuscus, lamellis *plicaeformibus distinctis* ramosis divergentibus. *S. M. p.* 323 c. syn. *Fl. Dan. t.* 1077. *Bolt. t.* 177. *Sommerf. Lapp. p.* 267. Locis uliginosis, passim — *vere*. Siccus pallescit: M. lobatus *Myc. Eur. p.* 23 est vegetus; M. uliginosus *l.* c. *p.* 22 est siccus fungus.

20. C. MUSCORUM, gelatinoso-membr., sessilis, auriformis, sordide rufescens, extus convexus glaber, subtus plicis crispis versus marginem divisis. *S. M. p.* 325 c. syn. *Roth. in Ust. ann.* 1. *t.* 1. *f.* 4. vix *Sommerf l. c. p.* 268. Ad truncos annosos, sed muscis adhaerens. Iunior albidus, siccus plumbeus. *Non legi.*

** *Lignatiles*, Agaricis affines.

21. C. CRUCIBULUM, carnoso-mollis, cupularis, dein repandus, villosus, *albus*, *lamellis* dichotomis *latis crispis* sordide luteis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 99.! Merul. Pezizoides *Pers. Obs.* 1. *p.* 22? A. crispus. *Turp. in Mem. Inst. Fr. XIV.* c. ic. *Dutrochet Ann. Mus.* 3. *p.* 59. c. ic. Canth. Dutrochetii. *Montagn. in Ann. Sc. Nat.* 1836 *Iul. n.* 47. Ad ligna locis suffocatis, quare autonomia dubia; a *Mer. aureo* differt lamellis latioribus; a *Paxillo Panuoidi* acie obtusa. Vulgo mycelio albo effuso insidet.

22. C. CRISPUS, tenax, cupulari-reflexus, lobatus, villosus, *flavo-rufescens*, *lamellis plicaeformibus dichotomis crispis* albidis caesiisve. *S. M. p.* 323. *El. p.* 55. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1739. *Weinm. p.* 290. Merul. *Pers. ic. descr. t.* 8. *f.* 7. M. fagineus *Schrad. Buxb. C. V. t.* 7. *f.* 2. Ad virgulta Betulae, Fagi etc. hieme, copiose. Pileus etiam albicat.

* C. CRISPATULUS, minor, lamellis latioribus subacutis. *Schwein.! in litt.* Amer boreal.

23. C. TENELLUS, membranaceo-mollis, effuso-reflexus, *nigrescens*, demum lobatus *lamellis plicaeformibus simplicibus* radiantibus immixtis dimidiatis concoloribus. *S. M. p.* 325. *Fl Dan t* 1295. *f.* 2. Merulius. *Dec fr.* 2. *p* 132. *Sommerf! Lapp. n.* 1623. Ad ligna putrida. Vix ½ unc. saepe infra.

24. C. CUPULARIS, mollis, resupinatus, cupulaeformis, orbicularis, extus laevis villosus *griseus*, intus *lamellis plicae-*

*formibus centrifugis* simplicibus. *S. M. l. c.* Merulius *Wahl.! Lapp. t.* 30. *f.* 6. In ligno putrido Salicis, Finmarkiae. Lin. vix latior, intus centro laevis, versus marginem tantum plicatus, quasi *Ag. applicati* status diminutus.

**XII. STYLOBATES.** (Fries in Afz. Fung. Guin. p. 5). Fungus clavato-capitatus, *utrinque hymenio tectus.* Lamellae inferne tenues, confertae, subgelatinosae; superne venosae, crispatae, in vertice coalescentes. Asci nulli. *Fungi maxime portentosi, cum nullo alio genere facile comparandi.* Cfr. l. c., at dein alteram sine dubio congenerem speciem detexit eximius MONTAGNE.

1. S. PARADOXUS, pileo *clavato* - capitato immarginato, intus pulposo, stipite brevi fusiformi-radicato. *Fries in Afz. Guin. l. c.* In Guinea ad ligna sub terra putrescentia, locis arenosis. Fungus sesquipollicaris, vegetus pulpa molli turgens, siccus contrahitur nec in aqua, quam colore rubicundo tingit, maceratus reviviscit, colore brunneo, vertice fusco. Stipes cum radice et capitulo rotundo, nucis Hippocastanei magnitudine, omnino contiguus, $\frac{1}{2}$ unc. crass., nudus, glaber, superne e lamellis decurrentibus venosus. Lamellae in vertice, ubi coalescunt, rugoso-venosae, ad latera latiusculae, confertae, molles, visco quasi delibutae.

2. S. MORCHELLAEFORMIS, pileo *pileato-capitato* marginato, intus . . . . . . stipite elongato arrhizo Merulius? *Bertero. Montagne ad ic. et descr.* missam omnino h. l. videtur. In Chili in maceriebus et quisquiliis hortorum, locis herbidis. «Stirps elegantissima, forte novum genus ob hymenium amphigenum s. pileo utrinque sporifero. Stipes solidus, teres, 2 unc. l., laevis, fuscescens, sursum incrassatus. Pileus orbicularis, convexo-planus, umbrinus [10 lin. latus ex Bertero sed in meo spec. longe minor; videtur igitur ut prior exsiccatione contrahi], venis anastomosantibus anfractuosus; anfractubus in margine incrassato majoribus, e quibus porriguntur lamellae mox anastomosantes,* dein parallelae et bifurcatae, demum simplices, decurrentes, pallidiores, haud admodum latae."

**XIII. NYCTALIS** (Fr. S. O V. et Gen. Hymen.) Hymenophorum cum stipite contiguum descendens in tramam haud manifeste floccosam. Lamellae carnosae suc-

cosae l. subgelatinosae, *inaequales*, *acie obtusa*, haud decurrentes l. plicaeformes. Asci, si adsint, obsoleti nec sporidia explodentes. Velum flocculoso-pruinosum. *Fungi carnoso-succosi*, (carne fuscescente) *haud reviviscentes, multis rationibus a reliquis Agaricinis abnormes, meteorici nec quovis anno obvii: aliorum quasi larvae nocturnae; in cryptis* l. *supra Agaricorum funera tantum apparentes.* Agarici sp. *Auct.* Merulii. *Dec.*

I. Spelaeae. Lamellae confertae, subcoalescentes. *In cryptis.*

1. N. Verpoides, pileo carnosulo campan. laevi *glabro* fusco, stipite subcavo aequali rigido striato glabro. *lamellis* rectis in hymenium contiguum striatum *coalescentibus.* In truncis cariosis rariss. Inodorus, totus rigidus, subfragilis. Stipes totus fibrosus, 3 unc. l., 2—3 lin. cr., saepe tortus. Pileus unc. obtusus, e fusco-fuligineo lividus, margine tenui excedente. Hymenium concavum; lamellae sectione transversa primum apparent, admodum crassae. Velum primitus evanescit.

2. N. cryptarum, pileo carnosulo conico-difformi brunneo *farina floccosa canescente* obruto cortinatoque, stipite subfarcto inaequali flexuoso canofibrilloso, lamellis adnexis undulatis subconglutinatis flocculosis carneo-griseis. *Secr. n.* 111. Ad terram nudam sub radicibus alni. Foetens. Stipes mollis, vix unc., 1½ l. cr., sub floccis obscurior. Pileus 6 lin. latus margine crasso. Lam. prioris tenuiores, molles nec ita obliteratae. *Ex Secr;* non vidi.

3. N. canaliculata, albo-pallens, pileo carnosulo obliquo subumbilicato glabrescente, stipite solido subundulato nudo, lamellis confertis distinctis subsimplicibus acie planis canaliculatisve. *Pers. ic. et descr. t.* 14. *f.* 1. sub Merulio. In trunco cavo etiam nos semel vidimus. Stipes vix uncialis, fibrosus. Pileus 4—5 lin. latus. Lamellae rectae, geminatim connatae?

** Parasitae. Lamellae distantes, discretae. *In fungis.*

4. N. Asterophora, pileo carnosulo e conico hemisphaerico, *pellicula flocculoso-pruinosa fatiscente cervino-pulverulento*, stipite farcto albo-pruinoso dein fuscescente torto, lamellis adnatis distantibus subfurcatis strictis sordidis. Ag.

Lycoperdoid. *Bull. t.* 516. *f.* 1, 166. *Secr. n.* 110. Merulius. *Dec.* Ad Agaricos putridos, v. c. A. *fusipedem.* Est eadem omnino planta cum *Asterophora Agaricoide* S. M *III.* p. 205 *Ditm. apud Sturm. t.* 26, sed cum haec genera e multis aliis speciebus necesse separanda, haec vero utriusque characteres exhibet. sub utroque necesse citanda.

5. N. PARASITICA, pileo carnosulo e conico explanato inaequali *pellicula persistente pruinosa grisea*, stipite subtiliter fistuloso flocculoso-villoso albicante, lamellis adnatis crassis distantibus demum contortis anastomosantibusque fuscescentibus. *Bull. t.* 574. *f.* 2. *Sowerb. t.* 343. S. *M. p.* 135. *Secr. n.* 855. Ad Russulam adustam nos tantum legimus. Velum fibrillosum in hac manifestum.

6. N. VOPISCUS, pileo carnosulo e *cupulari-resupinato reflexo* stipiteque brevi excentrico incurvo flocculosis pallidis, lamellis crassis distantibus e centro radiantibus. Ad stipites *Agarici odori* prope Zastrow Pomeraniae legit Ahnfelt. Natura omnino est praecedd.; sed minor tenuiorque, et forma *Ag. byssisedi.*

*Ag. tuberosus* et *racemosus*, etiam parasitici, certe ab hoc genere recedunt. De A. *alumno* et *pilipede* (n. 312, 825) a me non visis haud liquet; facies tamen aliena.

**XIV. MARASMIUS.** (Fr. Gen. l. c.) Hymenophorum cum stipite (corneo cartilagineove) contiguum, sed *heterogeneum*, in tramam similarem floccosam descendens. Hymenium tenue, *aridum, ubique fertile valleculis similaribus contiguum*, nunc in plicas nunc in lamellas crassas lentas demum subcoriaceas, acie acuta, effiguratum. Sporae subellipticae, albae. *Fungi epiphyti, membranaceo-, rarius carnoso-lenti, persistentes* (nec putrescentes) *exsiccati et irrigati reviviscentes, marasmo tantum perituri. Pileus demum sulcatus l. corrugatus. Lamellae postice obtusae, plus minus annulato-connexae, vix decurrentes.* Agarici spec. *Auctt.* Merulii sp. *With. Sow. Spreng.*

Novam incipit Agaricorum lentorum et aridorum seriem, non putrescentium, vulgo epiphytorum; quare *ut aliae stirpes pro herbariis exsiccati conservari possunt.* Hac de caussa plurimi Agaricini e tropicis terris allati ad hanc seriem perti-

nent; videntur quoque ut Polypori in calidioribus terris, ob siccitatem majorem, frequentiores, quam apud nos. — Marasmii, contextu admodum licet diversi, in centrali Agaricorum genere respondent *Collybiis* et Mycenis; *illae* in examinando conferendae, cum una alterave species, mihi haud satis nota, huc sit potius transferenda. Mycenarum limites omnino definiti. Multi pollent odore et sapore peculiari [omnes *Agaricini Allium redolentes* h. l. videntur), hinc *ut cibi condimenta* jure aestumati, licet ob substantiam tenuem et lentam nutrimentum non offerant.

I. COLLYBIA. (S. Orb. V. 1. p. 73) Pileus carnoso-lentus demum subcoriaceus sulcatus corrugisve, *margine primo involuto.* Stipes *subcartilagineus*, *mycelio floccoso*, paucissimis nullo manifesto.

1. Scortei. Stipes solidus l. e medullato-farcto cavus intus *fibrosus*; extus villo detersili cutem cartilagineam obtegente. Lamellae secedenti-liberae.

* *stipite basi lanato strigosove.*

1. M. urens, acris, pileo e carnoso coriaceo convexo-explanato glabro *laevi* demum corrugi rivulosove, stipite fibroso-solido rigido *pallescente* fibrillis albis undique farinoso basique albo-villoso; lamellis liberis postice conjunctis e pallido subluteoque *brunnescentibus*, *demum remotis* distantibus firmis. *Bull. t.* 528. *f.* 1. *S. M. p.* 232 (e Bull.; ipse vero semper pro M. peronati varietate habui. Cfr. *Fries Linn.* 1830. *p.* 715). *Secr. n.* 826 excl. Ag. chrysentero! A. tomentell. *Schum.! Fl. Dan. t.* 2018 *f.* 1 var. minor. A. retipes. *Lasch! Linn. III. n.* 145. In silvis passim. Subcaespitosus. Stipes nunc longior gracilior, nunc brevior crassior subventricosus, intus fibris crispis farctus, extus indumento secedente subreticulatus, basi haud strigoso-peronata. Pileus in disco sat compactus, nitidulus, vulgo gilvo-pallescens. Hic, qui M. *peronatus γ*, remotus Fr. Obs.! utique a sq. s. *α. l. c.* distingui potest; sed *β. approximatus l. c.* *Secr. n.* 828 est media ratio.

2. M. peronatus, acris, pileo coriaceo-membr. convexo-plano obtuso opaco *demum lacunoso*, *margine striato*, stipite fibroso-farcto villoso-corticato e *flavo subrufescente basi peronato strigoso*, lamellis *adnexo-secedentibus subtenuibus* confertiusculis e pallido rufescentibus. *Bolt. t.* 58. *Sowerb. t.* 37. *S. M. p.* 126 c. syn. *Weinm. p.* 95. *Secr. n.* 827 (excl. *A. planco*) etc. — b. basi lanato-peronato. A. lanatus.

*Schum.* — *A. calceatus Myc. Eur. p.* 138. *Fl. Dan. t.* 2018. *f.* 2. Inter folia decidua sparsus, sed frequ. Stipes demum cavus et compressus, cuticula villosa trita secedente; tomento ad basin luteo albove. Pileus junior quoque flaccidus, pallide testaceo-rufescens, adultus alutaceus. Lamellae primo albidae, ligneo-pallidae, s. luteo carneoloque vibrantes.

3. M. PORREUS, *graveolens, pileo* coriaceo-membr. convexo-explanato *striato* flaccido, disco concolori laevi, stipite e farcto cavo tenaci exsucco utrinque incrassato rubrofusco pubescente, lamellis secedente-liberis *distantibus firmis* e *flavido* pallescentibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 158! A. alliac. *Sow. t.* 81. *Grev. ed. p.* 382. A. peronatus var. 3. *With. arr. IV. p.* 213. —? *Bull. t.* 158. Cum praec. sed rarior et valde serotinus. *Odor alliaceus*, sed non ita fortis ac reliquorum et in fungo exsiccato fugax. Stipes 3 unc. l., apice dilutior, basi non nisi rarius villosus. Pileus opacus, sordide lutescens, exsiccatus pallens. Lam. late lineares, demum coriaceae. H. l. A. *croceus*. γ. Myc. Eur. 3. p. 130, sed nec huic nec ulli Marasmio cum Ag. *crocato* major est affinitas, quam cum A. *galopode*.

4. M. MULLEUS, mitis, pileo carnoso-coriaceo tenui planiusculo obtuso demum depresso laevi, *stipite* fibroso e cavo compresso *versus basin fusiformi-radicatam badio cingulo purpurascenti tomentoso*, lamellis secedenti-liberis confertis subtenuibus citrinis. A. peronatus *Lasch! l. c. n.* 143. — *Vaill. par. p.* 63. *n.* 16! A. erythr. phaeopus *Myc. Eur. p.* 133! hujus spec. imperfectum. Ad truncos Aceris, Syringae etc. subcaespit. Odore et sapore a praeced. mox distinctus! Stipitis (sursum pallidi, $1\frac{1}{2}$ unc. l., 2 lin. cr.) basis leviter tumet et strigosa fit, sed radix acuminata glabra. Pileus brunneo-flavidus, in ochroleucum transit.

5. M. FOENICULACEUS, mitis, pileo carnosulo lento e convexo-umbonato plano depresso laeviusculo, *stipite* fibroso e farcto cavo *glabro, basi praemorsa rufo-hirta*, lamellis adnexis latis crassis distantibus albidis. *Fr. Fung. esc. p.* 52. A. tomentell. *Lasch.! l. c. n.* 143. β. Ad vias in graminosis silvaticis, raro. Odore et sapore miti totaque indole M. *oreadi* proximus, ut egreg. *Lasch* in sched. ad iconem missam jam observavit; praec. minor. Stipes subaequalis, l. utrinque leviter incrass., basi solidus. Pileus $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ unc. latus, pallescenti-albus. *Condimentarius*.

Figuras spec. 1, 2, 4 tam. 63. *Paul. Ch.. p.* 221—

223 nos haud vidisse dolemus; e descr. odoro spec. rariores hujus regionis.

** *stipite basi nudo*, e fibris tortis saepe facto.

6. M. CEPACEUS, graveolens, pileo carnoso lento tenui ex hemisphaerico explanato obtuso laevi, stipite solido *laevi lutescente*, *basi incrassato nudo*, lamellis adnexo-secedentibus albis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 29. *Larbr. t.* 14. *f.* 3, forte mutuata et imaginarie fucata e *Mich. t.* 78. *f.* 5, quae fons! In arvis Italiae. Pileus lutescens. *Allii odore* pollet sed sq. videtur proximus; *caveas ne* e speciebus alliiodoris singulae sectionis hujus generis peculiarem sectionem fingas; licet odor similis sit, nulla affinitate propius inter se conjunguntur. *Non vidi. Condimentarius.*

7. M. OREADES, tarde fragrans, pileo carnoso lento e convexo-plano subumbonato glabro expallente, *stipite solido aequali undique cute villoso-contexta corticato* pallido, basi nudo, lamellis liberis latis distantibus albo-pallidis. *Bolt. t.* 151! (Swartz! archetypa Boltonii viderat!) *S. M. p.* 127. c. syn. *Grev. t.* 323. *Vittad. t.* 10. *f.* 1. optima. *Krombh. t.* 43. *f.* 11—16. — *Sow. t.* 247. *Schaeff. t.* 77. *Bull. t.* 144, 528. *f.* 2. *Paul. t.* 103. *f.* 1—4. In campis et versuris, per annum ubique; circinatim l. seriatim nascens. Odor debilis, sed gratus, in sicco fortior. Pileus e rufescenti expallens, udus margine striatus. Ceteris mollior, lamellis sat Agaricinis. *Condimentum aestumatum.*

8. M. PLANCUS, mitis, pileo carnoso-lento plano-depresso obtuso laevi expallente, *stipite* e farcto compresso villo albo corticato *basi subattenuato nudo*, *lamellis* secedenti-liberis distantibus *obscurioribus*. *S. M. p.* 127. *Lasch. n.* 144. — *Paul. t.* 103. *f.* 5, 6.! In silvis frondosis raro. Praec. affinis; stipite ut in reliquis tenaci, tortili, sursum comprimendo praecipue incrassato, pallido, nec albo. Pileus latior, uncialis, subrepandus, rufescens. Lam. ligneo-brunneae.

9. M. PYRAMIDALIS, mitis, pileo carnoso-coriaceo e conico convexo *umbonato* glabro *nitido*, *stipite* farcto tenaci *sursum attenuato flocculoso* pallido, basi subradicato, lamellis arcuato-adnexis latis crassis albidis subrufescentibus. *Scop. p.* 433. *Paul. t.* 104. *f.* (non vidi.) A. nigricans. *Lasch! in Sched. et icon. miss.* — *Vaill. par. p.* 59. *n.* 54. Locis silvaticis praeruptis, inter Polytricha etc. raro. Affinis n. 5, 7. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. l., lin. cr., fibroso-striatus, albidus, tritus obscurior et pileo subconcolor; potius forte medullato-fistulo-

sus. Pileus primo mollis, campan., 4 lin. latus, atrofuscus l. fuligineus; dein expansus umbonatus, uncialis usque, expallens (disco mox rufescente.)

10. M. scorteus, mitis, pileo carnosulo lento e convexo explanato *obtuso* exstrio demum ruguloso pallescente, *stipite obsolete fistuloso aequali* tenaci albo-fuscescente, *apice subtiliter pruinoso*, lamellis rotundato-liberis latis distantibus albis. — An var. major *Batsch f.* 109 et *Secr. n.* 760, non liquet. In silva humosa Dahlbyensi ad Lund, raro. Stipes unc. lin., vix crassus, non floccosus, exsiccatione contortus et fuscescens, primo obtutu solidus. Pileus 5 lin. latus, saepe albidus. Habitus *M. Oreadis* diminuti, nec *Batsch f.* 109.

2. Tergini. Stipes radicans *definite tubulosus*, haud fibrosus, *manifeste cartilagineus*. Lamellae secedenti-liberae. Pileus priorum tenuior, hygrophanus, nunc laevis nunc margine striatus in omnibus.

* *stipite deorsum lanato, sursum glabro.*

(A. villosus *Scop. p* 440; insignis, sed affinitas latet.)

11. M. prasiosmus, *graveolens*, pileo submembr. lento e camp.-convexo explanato obtuso ruguloso, *stipite* fistuloso e pallido rufo fuscove, *sursum pallido glabrato, deorsum incrassato subtomentoso*, lamellis adnexis subconfertis, primitus albis! *Fries Obs.* 2. *p.* 153. A. alliac. *Scop. p.* 454! *Bull. t.* 524. *f.* 1. *Secr. n.* 831 excl. syn. A. porreus. *Fl. Dan. t.* 2020. *f.* 2. A. ailicinus *Schum.* est adultior, A. porreus *Ejusd.* junior fungus (sed pro hoc in collect. ejus exstat icon Ag. *crocati*). Ad folia in quercetis. Licet junior A. *crocatum* referat, nulla certissime exstat affinitas, insignis vero cum A. *porreo.* Odor alliaceus, fortis, persistens. Habitus M. *tergini*, nec M. *peronati.* Stipes 3 unc. longus, lin. cr., tenax, basi dilatata incurva foliis adhaerens. Pileus albicans, disco saepe obscuratus. (Descr. A. *porrei* S. M. ex hoc, sed Obs. Myc. a genuino. Valde similes sunt, at tantum in Smolandia M. *porreum* legi; *prasiosmum* in Scania etc).

12. M. varicosus, inodorus, pileo carnosulo lento e camp. plano subumbonato *siccitate obscurato*, *stipite* fistuloso tenui glabro rubiginoso *succo atrosanguineo referto, basi fulvo-tomentoso*, lamellis secedenti-liberis *confertissimis angustissimis*, siccitate umbrino-fuscis. Suecia. Valde singularis, certe Marasmius, licet lamellae confertae; cum Ag. *haematopode* non comparandus. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. latus l. parum ultra, et lamellae fuscopurpureae contra omnem normam siccitate obscuriores Sti-

pes nunc (inter muscos altiores), 3 unc. l. ad medium tomento e rubiginoso nigricante tectus; nunc uncialis tantum, totus glaber, nigrescens (siccitate non pruinatus).

13. M. FUSCO-PURPUREUS, inodorus, pileo carnosulo convexo-plano subumbilicato expallente, *stipite* fistuloso glabro *exsucco atropurpureo*, *basi rubiginoso-strigoso*, lamellis annulato-adnexis demum liberis distantibus rufescentibus. *Pers. ic. et descr. t.* 4. *f.* 1—3. *Myc. Eur. p.* 137. *S. M. p.* 128. *Weinm. p.* 96. Inter folia fagi, nunc minor caespitosus, nunc major simplex. Stipes nunc 1, nunc 3 unc. l., primitus pallidus. Pileus atropurpureus, siccus alutaceus.

14. M. TERGINUS, inodorus, *pileo* carnosulo convexo-plano obtuso *nitido* albicante, *stipite* fistuloso, sursum glabro nitido pallido, *deorsum rubente albo-villoso radicante*, lamellis secedente-liberis subconfertis angustis *pallidis*. *S. M. p.* 128. *Weinm. Ross. p.* 663! — *Secr. n.* 830 (excl. syn.) var. basi luteo-villosa, nisi n. 12. A. leptopus. *Pers. ic. pict.* nunc ad manus non est. In folia decidua. Pileus tenax, demum etiam depressus, variat incarnato et lutescenti-albus.

15. M. PUTILLUS, pileo carnosulo convexo-plano obtuso expallente, margine striato, stipite fistuloso glabro *curto rufescente, basi praemorsa albo-villoso*, lamellis emarginato-liberis confertis *rufis*, *acie dilutioribus* integerrimis. *S. M. p.* 129. In pineto-montanis locis siccis ad acus Pini copiose, sed non alibi. Gregarius, pusillus, serotinus, pileo rufo-cinnamomeo, sicco rufescenti-alutaceo. Stipes *pileo dilutior*, donec hic sub pluviis hiemalibus expallet in habitum *Batsch f.* 9. i. e. Ag. *myosuri.*

** *stipite* (sicco saltim) *undique pruinato-velutino.*

16. M. IMPUDICUS, *foetens*, pileo carnosulo lento convexo-plano depressoque, margine demum striato plicatoque expallente, *stipite* fistuloso aequali purpurascente *siccitate undique albo-velutino*, *basi nudo radicato*, lamellis subliberis ventricosis ex incarnato albidis. Ad et juxta truncos Pini, tam Smolandiae, quam Upsaliae versus Vreta. Odor ad typum M. *foetentis* et *perforantis*, sed gravissimus. Stipes facile compressus, 2 unc. l., 1 lin. cr., variat rufus, rufofuscus et violascens. Pileus $\frac{1}{2}$—1 unc. lat., badio-rufus, expallens, margine membr. pallidiori.

17. M. MOLOCHINUS, inodorus, pileo carnosulo *molli* convexo-explanato *viscido* expallente, stipite cavo a *basi subventricosa albo-villosa attenuato* rufescente, sicco undique

flocculoso-villoso albo, *lamellis* liberis subdistantibus lanceolatis incarnatis acie *serrato-dentatis* albicantibus. [*Secr. n.* 813 non obstat]. Ad truncos, ramos et acus Pini. Magnitudo varia est; vulgo stipes 2 unc. l., udus glaber, sulcatus?, elasticus; demum in 2 tubos secedens, fragilis. Pileus 1—2 unc. latus, subrepandus, udus subcinnamomeus margine excedente inflexo. Lamellae *Lentini*!, sed natura fere Ag. *butyracei*; tota facies proximorum; vix tamen genuinus Marasmius.

18. M. ERYTHROPUS, inodorus, pileo carnosulo e convexo-plano obtuso laevi pallescente, dein rugoso; stipite fistuloso striato glabro atrorubente, siccitate subpruinoso, basi albo-strigoso, *lamellis* secedente-liberis *latis laxis* venoso-connexis integerrimis albidis. *Pers.*! *syn. p.* 367. *S. M. p.* 122. — Non obstat *Secr. n.* 794. — b. stipite decumbente tortuoso. *Alb. Schw. p.* 529. nec alii convenit *Krombh. t.* 3. *f.* 8 sed A. repens Bull. certe alienus. In fagetis inter folia, ad truncos. Stipes firmus, teres, apice pallidior, dein unicolor, subcompressus; intus ad latera villosus. Pileus uncialis, ex humiditate aëris colore varius. Lamellae non confertae Marasmii generis, quo certissime differunt simillimi Ag. *confluens* et A. *acervatus* (lam. confertissim.)

† AG.? DISPAR; pileo subumbonato flaccido albicante, margine striato, stipite fusco-purpureo pruinoso basi intusque albovilloso, lamellis subliberis confertis linearibus. *Batsch. f.* 210. — *Secr. n.* 825. In silvaticis mixtis. — Priori subjunxi, cum vulgo confunduntur, ceterum mihi, licet obvia, dubia forma, sq. l. M. *tergino* forte propior et cum *stipitem undique lanato* legerim pro A. *hariolorum* facile sumerem, sed icon Bull. recedit.

19. M. ARCHYROPUS, inodorus, pileo carnosulo convexo plano depressove glabro pallescente, *stipite* e farcto cavo *rigido stricto sub pruina tomentosa alba corticante pallide rufescente*, *basi similari*, *lamellis* adnexis secedentibus *confertis linearibus* pallidis. *Pers. Myc. Eur. p.* 135. *t.* 25. *f.* 4. Inter folia quercus, raro: Berolini *Lasch!* Fasciculato-caespitosus, habitu M. *prastosmi* et cum *M. tergino* analogus. Indumentum stipitis praelongi, sed vix lin. crassi, fere M. *oreadis*. Pileus uncialis, alutaceus.

20. M. SAXATILIS, inodorus, pileo submembran. glabro, disco depresso laevi, margine plano striato, *stipiteque* fistuloso laevi *glabro apice pruinoso* rubentibus, lamellis *obtuse adnatis* subdistantibus albidis: A. calopodi affinis 1. *S. M. p.*

130. Singularem fungum semper, raro tamen, sub saxis majoribus silvarum legi, Novembri. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc., vix lin. cr., strictus, firmus, aequalis, basi flocculosus, nec insititius (ut n. 22). Pileus $\frac{1}{2}$ unc. latus, haud umbilicatus. Lam., lin. latae, siccae crispatae, nec liberae, nec decurr. Facies duorum sqq.

3. CALOPODES. Stipes curtus, arrhizus, insititius, saepe cum tuberculo floccoso ad basin. Pileus e convexo-involuto planus depressusque; in hoc statu *lamellae, typice adnatae*, subdecurrentes. *Ad stipulas, ramos etc. eximie gregarii, aridi.*

* *stipite sursum glaberrimo nitido, basi simplici.*

21. M. SCORODONIUS, *graveolens*, pileo carnosulo lento laevi, mox plano ruguloso crispatoque, stipite fistuloso aequali *undique glaberrimo nitido rufo*, *lamellis adnatis* crispis albidis. *S. M. p.* 130 c. syn. *Weinm. p.* 97. *Sv. Bot. t.* 173. — *Schaeff. t.* 99 optime. *Paul. t.* 104. *f.* 10, 11. *Lenz. f.* 17. Ad stipulas camporum et ericetorum Eur. borealis saltim, ubique. Vix uncialis, sed ob fortem et *grate alliaceum* odorem in cibariis ut condimentum maxime et antiquitus aestumatus (*A. Apicii.*) Pileus junior laevis, rufus, mox albicans. [*Curiosa:* Optimam Schaeff. iconem ad M. porreum refert Pers. in Myc. Eur. — Secretan totam speciem ad A. perforantem relegat!]

22. M. CALOPUS, *inodorus*, pileo carnosulo lento convexo-plano depressove laevi demum rugoso, *stipite* fistuloso aequali *glabro arrhizo nitido badio-rufo*, *lamellis emarginato-adnexis* tenuibus albis. *Pers. syn. p.* 373 (ipsi e Myc. Eur. jam ignotus). *Fr. Obs.* 1. *p.* 151! *S. M. l. c. Weinm. l. c.* — *Bull. t.* 550. *f.* 1! Ad stipulas, radices graminum etc. raro. Praec. fere minor, sed stipes longior (*Alb. Schw. p.* 189), ceterum simillimus. Non potest esse A. *calopus* Secr., qui A. *scorodonio* Ejusd., = M. perforanti, affinis — at M. scorodonius et M. perforans a nullo Autopta comparari possunt, ergo nec M. *calopus* Secr. cum Pers.

23. M. LANGUIDUS, inodorus, albido-pallens, pileo carnosulo convexo gibbo umbilicatove *flocculoso rugoso-sulcato*, stipite farcto sursum incrassato pallido nudo deorsum fuscescente, lamellis ex adnato decurrentibus distantibus *angustis* venoso-connexis. *Lasch! Linn. l. c. n.* 157. *Batt. t.* 27. *f. O.* rudis. — *Secr. n.* 799. [*Pers. n.* 176, 177 non quidem obstant, sed e notis datis numquam tute definiendi]. Ad sti-

pulas etc. in pratis et dumetis, raro, sed suis locis gregarius, copiosus, versiformis. Facies *Agarici*, sed admodum tenax, aridus, elasticus. Stipes nunc totus attenuatus, nunc basi villoso-incrassatus. Color albidus in carneum flavidumque simul vergit. — *Myc. Eur. t.* 26. *f.* 6 s. A. *grossulus* Pers. est var. stipite brevi pallido, lam. decurrentibus.

24. M. Vaillantii, inodorus, pileo submembr. lento mox explanato depresso *plicato-rugoso* albicante, *stipite* farcto glabro spadiceo, *apice incrassato pallidiori*, lamellis latis adnatis crassis distantibus albis. *S. M. p.* 136 cum syn. *Secr. n.* 800. *Vaill. t.* 11. *f.* 21—23 *Buxb IV. t.* 36. *f.* 2 (ic. opt.) *Pers. M. E. n.* 103. — nec separari meretur b. A. angulatus. *Batsch. M. E. n.* 252. *t.* 26. *f.* 3, 4. *Mich. gen. t.* 74. *f.* 4. Ad stipulas. Prioribus tenuior et plicatus, ut Rotulae. Valde insignis. — b. stipite juniori fuligineo ad praec. revergit.

25. M. arecarius, inodorus, *albus*, pileo submembr. lento explanato glabro ruguloso, stipite farcto brevi aequali *nudo, basi simplici fuscescente*, lamellis adnatis crassis distantibus, alternis dimidiatis. *Loureir. Cochin.* ed. Willd. 2. p. 692 *S. M. p.* 140. Ad caudices Arecae. Loco incerto habeo specim. descr. datae optime congrua, habitu M. *candidi* sed pileo stipiteque nitidis mox distincta.

** *stipite velutino pruinatove, basi subtuberculosa.*

26. M. foetidus, *foetens, pileo* submembr. lento e convexo expanso umbilicatoque *striato-plicato*, sicco expallente subpruinoso, *stipite fistuloso* velutino-pruinoso spadiceo, basi flocculosa insititio, *lamellis* annulato-adnexis distantibus *rufescenti-flavescentibus. Sowerb. t.* 21. *S. M. p.* 138. A. venosus *Pers.* — *Secr. n.* 991. Ad ramos putrescentes, raro. Stipes unc. l. infra. Pileus pellucidus, fulvo-badius s. rufescens. Hic, n. 123 et reliqui plicati h. s. a *Rotulis* differunt mycelio haud rhizomorphoideo, stipite, margine pilei primo subinvoluto.

27. M. amadelphus, inodorus, pileo carnoso-membran. lento obtuso e convexo plano depressoque *discoideo subpruinoso, margine demum striato*, stipite farcto curto pallido deorsum spadiceo subfarinaceo, lamellis late adnatis distantibus *latis* pallidis. *Bull. t.* 550. *f.* 3. *S. M. p.* 135. *Secr. n.* 798. Ad ramos etc. catervatim, sq. rarior. Pileus gilvus, pallescens, disco obscuriori; interdum albicans. Lamellae, ex Secr., albo-lutescunt; in *siccis* rufescentes video — et in *var. insigni* ad ramulos abiegnos a me lecta, valde distant,

subvenoso-tumidae demum secedunt *pallide umbrinae.* Interdum basis in orbem dilatata: A. *mollipes.* Myc. Eur. p. 125.

28. M. RAMEALIS, inodorus, pileo carnosulo plano depressove obtuso *exstrio rugguloso* opaco, stipite farcto brevi farinaceo albo, deorsum rufescente, lamellis adnatis *subdistantibus angustis albis. Bull. t.* 336.! *S. M. p.* 135. cum syn. *Desmaz. n.* 318. *Secr. n.* 744. *Mich. t.* 74. *f.* 7. hic l. affinis. Ad ramulos etc., denso agmine, vulgatissimus. Pileus albus, disco subrufescens. Lam. postice connexae, in hoc genere sat confertae. — A. *platypus* Nees Syst. f. 188 hujus infans, basi in orbem dilatata. Cfr. *Secr. l. c. var. C. Pers. Myc. Eur. p.* 124.

29. M. CANDIDUS, albus, pileo submembr. ex hemisphaerico plano depressoque *pellucido nudo, demum sulcato-ruguloso*, stipite farcto tenui incurvo subtiliter pruinoso basi floccoso demumque fuscescente, lamellis adnexis ventricosis distantibus. *Bolt. t.* 39. *f. D.* (Ex ipso «mycelio floccoso stipulas ambit, margo pilei incurvus» etc., hinc non e Rotulis!) *Schrad. sp. p.* 126. A. ramealis var. *Pers. etc. Weinm.*! *p.* 100. A. albus. *Secr. n.* 801. Ad stipulas, ramos, acus Pini etc. Praecedd. longe tenuior, sed tenax et persistens; statura varia, pusilla tamen semper.

30. M. SYNODICUS, albidus, pileo submembr. plano ruguloso subsericeo, stipite obsolete fistuloso *filiformi arrhizo aequali pubescente pallido*, lamellis late adnatis distantibus subvenosis albidis. *Kunz! in Fr. Ecl.* 1. *n.* 2. Ad stipulas Surinami. Habitus M. *ramealis*, at longe tenuior.

*Obs.* Affinitas A. *merulini* Wallr. Cr. 4. p. 706 e verbis datis non elucet; potissimum fingerem esse *Agaric. Mycenam*, e grege Galericulatorum s. rigidipedium, qui colore albo et lamellis costis lateralibus rugosis saepe ludunt! A. *umbellula* Secr. n. 749 colore subrufescente in disco pilei et stipitis basi (qualem vero in A. *muscigeno* aliisque, mihi prorsus albis, petit) utique recedit ab A. *ludio* n. 344; sed tot rationibus congruunt, ut separare non ausim.

II. MYCENA. Stipes *corneus*, fistulosus, sed passim medullatus, tenax, aridus, *mycelio rhizomorpheo* corticato, nec flocoso. Pileus submembranaceus, campanulato-expansus, margine primo recto adpresso.

1. CHORDALES. Stipes rigidus, *radicans* l. basi dilatata

adnatus. Pileus campan. l. convexus. *Typus Mycenae manifestus.*

* *stipite glaberrimo nitido.*

31. M. MOLYOIDES, subgraveolens, pileo submembran. convexo-explanato laevi expallente, *stipite* fistuloso procero tenaci *glabro nigro-fusco*, *lamellis liberis* confertis ventricosis *albis.* A. clavatus. *Schum. Saell.* 2. *p.* 277. *S M. p.* 161. *Fl. Dan. t.* — Inter folia faginea, perraro. Iunior odorem debilem alliaceum spargit, adultus inodorus. Stipes junior pallidior, aequalis, dein (ex Schum.) basi clavatus. Pileus e livido alutaceus, primo obtusus, dein subumbonatus, uncialis. Nostra spec. *Schum.* minora.

32. M. DISPAR, inodorus, pileo membr. camp.-convexo umbonato, margine sulcato, *stipite* corneo medulloso procero *glabro nitido badio*, *lamellis adnexis* latis ventricosis *subconcoloribus. Montagn. in litt. et in Ann. Sc. Nat. II. t.* 4. *f.* 3. In Brasilia inter folia; ut videtur Terebinthacearum. Totus badius, stipite 5—6 unc. l., aequali, spiraliter torto cum M. *chordali* eximie analogus.

33. M. SICCUS, pileo membr. campan. obtuso ruguloso roseo-pallido, stipite corneo filiformi longo *glabro nitidulo aterrimo*, *lamellis venosis* distantibus albis. *Schwein.*! *Car. n.* 677. In America boreali inter folia decidua. Pileus expansus $1\frac{1}{2}$ unc. latus tenax. Lamellae venosae, fere Cantharelli.

34. M. HAEMATOCEPHALUS, pileo membr. camp.-convexo crenato radiato-plicato rubro-sanguineo, *stipite* corneo setiformi laevi *umbrino*, *basi dilatata pallida adfixo*, *lamellis attenuato-adnexis* paucis pallescentibus. *Montagn. in litt.* Ad folia emortua Brasiliae. *St. Hilaire.* Stipes 1—2 unc. l., nitens. Pileus umbraculiformis, 4 lin. latus. Lamellae aequales, ventricosae. Sq. proximum bene observat *Montagne.*

35. M. TORQUATUS, pileo membr. campan. obtuso plicato-sulcato, stipite fistuloso glabro nitido *albicante*, *basi tuberculosa dilatata obscuriori adnato*, *lamellis* crassis distantibus venoso-connexis *albis postice collariato-junctis. S. M. p.* 153. *Paul. t.* 124. *f.* 2—3 sine dubio, sed mala. A. nematopus. *Pers. M. Eur. p.* 266. ob naturam siccam, ceterum in illo opere nil dispositione l. definitione clarum. — b. *carneipes*, stipite rufescenti-violaceo, basi fusco. *Secr. n.* 956. Ad stipulas et folia. Valde nobilis, colore vulgo albo recedens.

[In syn. definiendis *primarium est* attendere Auctoris genium; at, proh dolor!, saepe omnis deest!; hic non potest esse *Bull. t.* 563. *f.* 3. *R. S.*, quia hic acutissimus Vir, in erroribus aeque sublimis, cum A. *nano* suo hunc numquam conjungeret.]

** *stipite toto velutino pruinatoque.*

36. M. ALLIACEUS, graveolens, pileo submembr. e campan. expanso subumbonato e laevi sulcato expallente, *stipite corneo procero* rigido *velutino-pruinato atro*, basi radicata nuda, *lamellis liberis* fuscescenti-albis. *Iacq. Austr. t.* 82. *S. M. p.* 140. *Fl. Dan. t.* 1251. *Weinm. p.* 103. *Mich. gen. t.* 78. *f* 4; ex qua mutuata *Paul. t.* 122. *f.* 1; hinc sine coloribus (inde soluta Secr. obs. ad n. 831), quibus imaginariis ridiculo modo conspurcavit *Larbr. t.* 14. *f.* 3. In silvis montanis et alpinis, inter folia et ad ligna putrida. Stipes primitus corneus, absque basi villosa. *Nil rubentis in tota planta*, sed pileus junior saepe lacteus. Hic est primarius et nobilissimus inter *Marasm. alliiodoros*, quem numquam vidit, qui Secr. more cum M. *porreo* comparat.

37. M. NIGRIPES, inodorus, pileo membr. campan. umbonato striato pellucido albo, stipite corneo mediocri *subbulboso nigro*, *farina detersili pruinato*, *lamellis adnatis* latiusculis albo-pallescentibus. *Schwein.! Car. n.* 678. Locis similibus in Amer. boreali. Praeced., observante jam inventore, affinis, sed praeter notas datas stipes $1\frac{1}{2}$ unc. modo longus, qui in priori saepe spithamaeus.

38. M. CHORDALIS, pileo membr. campan.-convexo obtuso e striato plicato-sulcato, *stipite medulloso* radicato *procero stricto velutino spadiceo-nigro*, *lamellis adnato-decurrentibus* distantibus albis. Locis graminosis; frequens decus silvarum circa Upsaliam, alibi haud lectus. Stipes 4-8 unc. l., chordae instar tenax, strictus et exacte aequalis ($\frac{1}{2}$ lin. cr.), cute cornea torta a medulla alba subtiliter fistulosa discreta. Pileus 4—6 lin. latus, demum umbilicatus e fusco-livido alutaceus, cuticula circa margines inflexa. Lamellae primo sat molles.

39. M. CAUTICINALIS, pileo membr. camp.-convexo obtuso glabro e laevi striato-sulcato, *stipite medullato-fistuloso flocculoso badio*, *sursum attenuato pallidiori farinoso*, lamellis adnato-decurrentibus reticulato-connexis flavis. *With. Sow. t.* 164 quoad habitum. *Swartz! in Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 82. cum descr. egregia! *Secr. n.* 838 e. syn. Inter gramina

ad stipulas sub Pinubus raro. Praeced. subaffinis, sed habitus et statura exacte Ag. *campanellae* b. et Ag. *tricolori* forte aeque affinis. Stipes rigido-lentus, subinsititius, 2 unc. l. Pileus demum explanatus, $\frac{1}{2}$ unc. e luteo-ferrugineo ochraceus. Omnino alienus est A. *cauticinalis* Bull. Cfr. Ag.. stipitarium n. 310 cujus lamellae liberae et Agarici veri indolis, ceterum aridus et lentus ut Marasmii.

40. M.? SCHIZOPUS, pileo submembr. e convexo conico-umbonatoque explanato subnitido margine striato squamuloso-coronato, *stipite* corneo medulloso *atro, farina grisea squamuloso, apice striato incrassato*, lamellis adnatis ventricosis subdistantibus tenuibus albo-lutescentibus. *Secr. n.* 790. Ad muscos putrescentes in Sphagnosis. Stipes unc. l., ab apice demum fissus. Pileus 8 lin. latus, lacteus, primo rufescens. Lamellae denticulo decurrunt. An h. l.? *Non vidi;* affinis dicitur M. *androsaceo*, *epiphyllo* etc, sed non insititius.

2. ROTULAE. Stipes filiformis, flaccidus, basi insititius. Pileus mox planiusculus l. umbilicatus. *Epiphylli, a vulgari Mycenae typo deflectentes.* — Rhizomorpha setiformis P. *tum horum mycelium, quum stipites steriles.* «*Necesse delenda.*«

* *stipite glaberrimo, nitido.*

41, M. ALLIODORUS, *graveolens, pallidus*, pileo membran. convexo subumbilicato exstrio glabro, stipite subfistuloso glabro, lamellis subdecurrentibus dichotomis anastomosantibusque plicaeformibus. *Montagn. Fl. Fernand. in Ann. Sc. Nat. Iun.* 1835. *n.* 12 sub Cantharello. Ad ligna ins. Iuan Fernandez, gregarius. Stipes variat excentricus, aequalis l. attenuatus. Sporae ellipticae roseae (qualis forte fungus in vivo) sporulis repletae, odor fortis alliaceus, substantia sicca, ad hoc genus revocare videntur. *Non vidi.*

42. M. SPHLACHNOIDES, inodorus, pileo submembr. e convexo expanso umbilicatoque glabro striato, *stipite* corneo fistuloso glabro nitido *rubro* («fuscescente»), lamellis subdecurrentibus confertis simplicibus anastomosantibusque albis. *Fl. Dan.! t.* 1678. *f.* 1. *S. M. p.* 137. *Secr. n.* 746. excl. syn. Supra folia, acus Pini etc., basi simplici insititius. Statura et habitus sq., sed colore lamellisque differt. Ex *Secr.* stipes apice albidus ceterum rufescens; affertque var. statura M. *candidi*, stipite deorsum pruinato violaceo-fusco. *Siccum* tantum vidi.

43. M. ANDROSACEUS, pileo membr. convexulo subumbilicato striato glabro, stipite corneo fistuloso glaberrimo *nigro*, *lamellis stipiti adnatis distinctis simplicibus* albidis. *Linn.* — *S. M. p.* 137. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1551. *f.* 1. *Bolt. t.* 32. *Sowerb. t.* 94 e loco (habitus vero potius n. 47.) *Bull. t.* 569. *f.* 2. *Bocc. Mus. t.* 104. Ad folia decidua copiose; rarius ad cortices. Stipes siccitate contortus et sulcatus ut in sq., a quo lam. insertione et situ conferto admodum recedit. Duplex forma: altera *foliorum annuorum*; pileo albidiori demum plicato, in quo mycelium rhizomorphoideum saepe intra folii substantiam serpens cernitur; altera *foliorum perennium*, pileo laeviori fuscescente, in quo mycelium variis locis extra basin stipitis in *Rh. setiformem* exseritur. Hic in montosis et Eur. boreali vulgatior, sed in Olivarum (*Mont. in Ann. sc. nat.* 1836. *jun. n.* 49.) etc. in Europa austr. etiam occurrit.

44. M. ROTULA, pileo membr. convexulo umbilicato plicato, stipite corneo fistuloso nitido glaberrimo nigricante, lamellis paucis latis distantibus *in collarium liberum postice conjunctis* pallescenti-albis. *Scop.* — *S. M. p.* 136. c. syn. *Sowerb. t.* 95. *Bull. t.* 64, 569. *f.* 3. *Fl. Dan. t.* 1134. *Mich. t.* 74. *f.* 5. Ad truncos et folia. Mycelium rhizomorpheum saepe sarmentaceum. Pileus albidus unicolor l. disco obscurior. Longe minus a reliquis distat, quam vulgo fingitur; collarii vestigia in reliquis adsunt.

45. M. FAVEOLARIS, pileo membr. convexo-plano sulcato, disco depresso obscuriori, stipite corneo fistuloso *glaberrimo subulato* deorsum badio, lamellis latis annulari-adnatis *in alveolas dense anastomosantibus* pallescentibus. — *Montagne! l. c. n.* 51. Ad stipulas, folia in Ardennis. Praeced. affinis, sed hymenii configuratio ad typum generis Favoli valde singularis! Pileus 4 lin. latus, pallescens, in sicco fulvellus, disco subumbrino.

46. M. BAMBUSINUS, pileo membran. tenerrimo convexo plicato rufescente, stipite capillari glabro fuscescente, lamellis adnatis *paucis aequalibus venosis albis*. *Fr. Ecl.* 1. *n.* 3. Ad folia Bambusae in Brasilia. Lamellis et substantia sicca perquam distinctus a Mycenis insititiis.

** *stipite velutino pilosove.*

47. M. PERFORANS, *foetens*, pileo submembr. *planiusculo exstrio ruguloso* glabro, stipite fistuloso aequali *velutino* badio-nigro, basi insititio, lamellis adnatis simplicibus albidis,

plurimis dimidiatis. *S. M. p.* 138. c. syn. *Weinm. p.* 102. *Hoffm. Nomencl. t.* 4. *f.* 2. A. androsac. *Schaeff. t.* 239! *Pers. syn.* 468. *Moug. exs. n.* 677. A. abietis. *Batsch. f.* 10. *Secr. n.* 832. excl. syn.! Ad folia Abietis, per annum, copiosiss. Facies Calopodis. Pileus non umbilicatus, pallescenti-albus. Odor foetidus, nec Alii.

48. M. INSITITIUS, inodorus, pileo membran. lento convexo-plano subumbilicato impolito demum plicato-sulcato, stipite corneo fistuloso *flocoso-furfuraceo* rufo-fuscescente, *deorsum attenuato* in basin simplicem insititiam, lamellis late adnatis indeque antice attenuatis *distantibus simplicibus inaequalibus* pallescenti-albis. A. Vaill. var.? *Lasch! in Sched. cum ic. et spec.* A. calopus. *Secr. n.* 745. excl. syn. Ad folia dejecta Quercus etc. raro. Statura *M. Vaillantii.* Stipes curtus, vix unc. Pileus ½ unc. latus, albescens.

49. M. HUDSONI, inodorus, *pileo* membr. hemisphaerico ruguloso *stipiteque* corneo filiformi atropurpureo *pilis sparsis purpureis obsessis*, lamellis adnexis angustis simplicibus albis, alternis dimidiatis. *Pers.* — *S. M. p.* 139. *c. syn. Trog. in Bot. Zeit.* 1832. *p.* 523 descr. opt. *Desm. Exs. n.* 669. A. pilosus. *Huds.* — *Sowerb. t.* 164. Ad folia Ilicis, copiose. Stipes longior praeced., pileus vero minor (vix 2 lin. latus) dilute fusco-rufescens. *Vidi siccum.* (A. setosus Sow. est verus Agaricus.)

50. M. SACCHARINUS, *pileo* membr. *convexo subpapillato glabro sulcato* plicatoque, stipite tenuissimo e flocculoso glabrato oblique insititio rubello, *lamellis* late adnatis angustis crassis valde distantibus *reticulato-conjunctis* albidis. *Batsch f.* 83 anceps, sed descr. clara! A. retifolius. *Lasch! n.* 161. — *Secr. n.* 964. *B.* e syn. Batsch. Ad folia, stipulas. Stipes filiformis, l. sursum attenuatus, apice pallens, inferne saepe rufo-fuscus. Pileus omnino albus, reliquorum magis in formam Mycenae abiens. Cante separes a M. *faveolari.* A. umbellif. *Scop.* corruptibilis, vita brevi, est Agaricus!

51. M. EPIPHYLLUS, pileo membran. planiusculo demum umbilicato glabro plicato-rugoso, stipite subcorneo fistuloso *subtiliter velutino* deorsum spadiceo insititio, lamellis adnatis *paucis distantibus integris venosis* albis. *S. M. p.* 139. cum syn. (excl. Bull. e Pers. recepto, nec A. epiphyllus P. ut variorum collectivus huc stricte citandus.) *Tratt. Austr. f.* 22. *Fl. Dan. t.* 1194. *f.* 1. *Sowerb. t.* 93.! *Weinm. p.* 102. — b. rugis paucis vagis loco lamellarum: *Batt. t.* 28. *f. D.*

*Batsch. f.* 84 infans! l. subtus laevis: Helotium melanopus. *Pers. et descr. t.* 9. *f.* 7, 8. Ad folia, stipulas etc. Tenellus, sed admodum lentus, reviviscens, pileo lacteo.

**XV. LENTINUS** (Fr. El. p. 45.) Totus fungus coriaceus l. e carnoso-lento lignescens, tenax, aridus. *Lamellae* cum hymenophoro concretae, discretae, (nec plicaeformes), *tenues*, absque trama distincta, *acie acuta, dentata vel inciso-lacerata.* Sporae albae, raro lutescentes. *Fungi aridi, tarde crescentes, persistentes, normaliter epixyli.* Cfr. Obs. infra.

Genus valde naturale, habitu mox distinctum; sed ob faciem consimilem et limites non perspicuos in praesente immiscere cogimur species Scleromatis, generis inter Lentinos et Panos intermedii, ab illis diversum *lamellis subaequalibus, acie integerrima* et vegetatione terrestri; a *Panis* vero tota lamell. fabrica. — Utrumque genus calidiores praeamat regiones (*Scleromata* exclusive sunt tropica, quasi Russulae lignosae); species boreales longe minus induratae quam regionum tropicarum. Fungi epixyli in diversis terris ubique magis varii quam geogenii.

E situ in cryptis duae oriuntur *deformationes* omnium facile specierum, a veris Agaricis non quidem alienae, sed inter lignosas frequentiores, nempe: I) *stipite elongato. curvato* (ut lucem attingat), *pileo diminuto*, vulgo tubaeformi s. A. *tubaeformis* Auct. — et II) *stipite cornuto, saepe ramoso, prorsus acephalo*, quae locis omnino tenebrosis, ut in canalibus ligneis, truncis cavis etc. oritur, quales *Cl. thermalis* Dec., *Ram. ceratodes* Holmsk. etc. Cfr. *S. M. p.* 176 sub A. *lepideo*, e quo praecipue apud nos vulgatae, sed ad definitam speciem vix referendae. Levis est judicii in speciebus determinandis et describendis ad tales status attendere. Acutus *Battarra* juxta typum pinxit.

* *Pileo integro crinito strigosove.* Tropici, (exc. n. 10) setis velati, lamellis dentatis — genuini *Lentini.*

1. L. nigripes, pileo coriaceo infundibuliformi subinvoluto fibris densis circinatis secedentibus vestito, *stipite* elongato lignoso flexuoso *nigro*, *apice* pallido *furfuraceo*, lamellis confertis angustis fuscescentibus. *Fr. Syn. Lent. Upsaliae* 1836 *p.* 4. c. descr. In tropicis regionibus. Cervino-ferrugineus; stipite palmari et ultra, adulto glabrato rugoso.

*Klotzsch*! *in Linn.* 1833. *p.* 479 minorem, juniorem, stipite flocculoso descripsit — ex ins. Mauritii.

2. L. Bertieri, pileo coriaceo profunde umbilicato involutoque, setis persistentibus rectis dense strigoso, *stipite* brevi laevi *furfuraceo pallido*, lamellis confertis cervino-pallidis. *Fr. El. p.* 46 c. descr. A. crinitus *Spreng!* In India occidentali. — A. *umbilicatus* Kunth. syn. p. 8, e verbis datis non definiendus, ab hoc non recedit saltim.

3. L. Schweinizii, pileo coriaceo globoso-depresso *piloso-squamoso* setosoque, *stipite* brevi arcuato *cortinato subsquamoso*, lamellis arcuatis lutescentibus. *El. l. c.* A. denticulat. *Schwein.! Car. n.* 603. In America boreali.

4. L. Lecomtei, *pileo* coriaceo infundibuliformi, ambitu regulari reflexo, *stipiteque aequali crinitis* cervinis, lamellis confertissimis pallidis. *El. p.* 47. A. crinitus. *Schwein.! Car. n.* 794. In Georgia Amer. bor. — A. macrosporus *Mont. in litt.* e definitione data haud manifeste recedit; sed lam. acies floccosa dicitur: *In Cuba* lectus.

5. L. strigosus, *pileo* subcoriaceo depresso *irregulari stipiteque excentrico strigoso-hirsutis* cervino-rutilis, lamellis latis confertis pallidis. *El. l. c.* — *Schwein.! Car. n.* 800. Ad truncos Liriodendri, Americae.

6. L. villosus, pileo coriaceo hemisphaerico umbilicato fibroso-setoso, *stipite* solido firmo centrali *fusco-fibrilloso*, lamellis *distantibus postice anastomantibus* albis. *Klotzsch! Linn. l. c. Fries Syn. Lent. p.* 5. Ex insula Mauritii. *Descripsi* l. c. ad spec. *Klotzschii*, sed indumentum pilei a Klotzschio ipso fere contrarie indicatur; in meis spec. fibrae sunt innatae, fasciculatae squarroso-recurvae in hoc; sq. contra fibrae dense stipatae adscendentes. Cfr. *Klotzsch l. l.*

7. L. stuppeus, pileo coriaceo involuto umbilicato fibroso-setoso hispido, *stipite fistuloso gracili aequali subvilloso apice nigropunctato*, lamellis subconfertis pallidis basi discretis. *Kl! l. c. Fries Syn. p.* 6. c. descr. Cum praeced., cui valde affinis, minor, obscurior. Cfr. Obs. ad praeced.

8. L. cirrhosus, pileo coriaceo tenui involuto umbilicato, fibrillis laxis cirrhosis dense fibrilloso, stipite *fistuloso velutino deorsum clavato radicato*, lamellis dichotomis distantibus pallidis *Fries Afz. Fung. Guin. t. X. f.* 21. cum descr. Ad terram glareosam in Guinea. Nullae lamellae dimidiatae.

9. L. capronatus, pileo coriaceo infundibuliformi - ob-

conico, margine involuto, stipiteque centrali *villoso-hirtis* spadiceis, lamellis angustis *aequalibus obscurioribus.* A. strigosus (non n. 5.) *Pers. in Freyc. Voy. t. 2. f. 3.* In Insula Rawak. Parvus, regularis, *sec. iconem* specim. archetypi in Mus. Par. a *Montagneo missam* pileus subzonatus? apparet, lamellae denticulatae ut certe generis.

10. L. HISPIDOSUS, pileo coriaceo late infundibuliformi hispido, margine deflexo, *stipite* solido brevi *glabro* pallido, lamellis decurrentibus integris (aequalibus?) *ferrugineis* («rufescentibus» Scop.) *Scop. Carn. p.* 446. Ad ligna Carneoliae, verno tempore, caespitosus, siccus, incorruptibilis. Stipes ½ unc. l. *Non vidi*; sed ut *Europaeus* summopere insignis.

11. L. CRINITUS, pileo subcoriaceo infundibuliformi piloso tomentoso *stipiteque tenerrimo glabro* laevi *subochraceis*, lamellis aequalibus denticulatis pallidioribus. *Linn. Spec. Pl.* 2. *p.* 1644. *Swartz!* Ag. essequeboensis. *Mey. ess. p.* 301 specim. Swartzii omnino respondet. In Surinamo, India occid. etc.

12. L. TENER, pileo membran. lento obconico-infundibulif. badio-fusco, fibris secedentibus pallidioribus adsperso, *stipite gracillimo laevi fuscescente*, lamellis angustis denticulatis pallidis. *Klotzsch! Fr. Syn. p.* 6. cum descr. Ad N. Orleans Am. boreal. Praeced. cognatus, *ad Scleromata* lamellis vage repando-dentatis accedens.

** *Pileo squamoso.* Velati. Europaei; praeter n. 18.

13. L. CONTORTUS, pileo carnoso-lento orbiculari planoumbilicato fulvo-rufescente, floccis obscurioribus squamoso, *stipite torto subsulcato velato flavo-fuscescente*, lamellis attenuato-decurrentibus confertis dentatis flavescentibus. *Syn. Lent. p.* 7. *Batt. t. XI. f. A.* (velo annulato!) — *Secr. n.* 1002 in vulgarem stipite sparsim furfuraceo-squamuloso quadrat. Ad truncos Eur. austr. raro. (v. s.) Variat indumento stipitis ut sq.

14. L. TIGRINUS, pileo carnoso-coriaceo tenui orbiculari umbilicato albido, *squamis innatis pilosis nigricantibus, stipite* tenui exstrio *squamuloso*, apice subvelato, lamellis attenuato-decurrentibus perangustis albo-lutescentibus. *Bull. t.* 70. *Sowerb. t.* 68. *S. M. p.* 176. cum syn.! *Weinm. p.* 281. *Lasch in Linn. III. p.* 395! *Batt. t.* 12. *f. B—D.* — b. totus squamulis *nigricans. Batt. l. c. p.* 36. In Europa australi, inque Scania! ad ligna quercina. Vulgo adest cortina

fugax, sed prope Knästorp Scaniae legit p. d. *Ahnfelt* annulo perfecto, integro, reflexo!

15. L. DUNALII, pileo carnoso-coriaceo tenui umbilicato difformi pallido, *squamis adpressis secedentibus maculaeformibus, stipite* brevi *subsericeo*, lamellis decurrentibus confertis pallidis. *Dec. Fr.* 5. *p.* 47. (Specimina habeo Monspessulana a Dunalio ipso lecta). *S. M. l. c. S. Amans Ag. t.* 12 — *Bull. t.* 36. *Batt. t.* 12. *A.* Cum praeced.; valde affini, ad Salices et Populos. Squamis secedentibus pileus laevis. Velum vix manifestum. Cfr. *Paul. t.* 65. *f.* 4, 5 cum *descr. p.* 160. — *Ag. Battarrae* est fungus succosus et fragilis, nec *Lentini* species; jam *Battarra* inter Bullas habet!

16. L. LEPIDEUS, pileo *carnoso-compacto* lento e convexo depresso inaequali ochraceo-pallido, *in squamas obscuriores maculaeformes* diffracto, *stipite* valido radicato *tomentoso-squamoso*, lamellis sinuato-decurrentibus latis laceris transverse striatis albidis. *S. M. p.* 175 cum syn. *Weinm! p.* 282. *Lasch! l. c. p.* 396. — *Schaeff. t.* 29, 30. *Alb. et Schw. n.* 666. *Buxb. C. IV. t.* 25! Ad ligna Pini in Europ. boreali et alpina, fr. Vere in autumnum persistens. Speciosus, amplus, firmus, valde difformis, subexcentricus, odore sat grato, saepe dealbatus. Velum mox evanescens. Sporidia albissima. [*Secretan* non habet!, licet variis locis citet!] *Sow. t.* 382 etc. monstrum.

* L. CONTIGUUS, pileo tenuiori plano-depresso stipiteque tenuiori laevibus. Cum priori. Totus lacteus!

17. L. SITANEUS, pileo carnoso-compacto elastico convexo inaequali *cinereo fibrilloso-squamoso*, *stipite* firmo curvato *fibrilloso*, lamellis longe decurrentibus angustis dentatis laevibus basi anastomosantibus. A. lepid. cinereus. *Weinm! p.* 282. Ad truncos Tiliae Europae borealis. Ab A. *sitaneo*, cum quo confusus fuit, differt substantia, statura curta robusta, pileo compacto, lamellis dentatis. Nec cum Ag. *corticato* (cui Ag. sordarius *Weinm. p.* 60?) notis generis attentis confundi potest.

18. L. (SCLEROMA) DESCENDENS, pileo sublignoso infundibuliformi alutaceo, squamis minutis maculaeformibus versus marginem rarioribus adsperso, margine tenui revoluto fissili, stipite solido durissimo radicato, cuticula tenuissima flocculosa detersili vestito, *lamellis* tenuissimis confertissimis *repetito-dichotomis integerrimis* fulventibus. *Fr. Afz. Fung. Guin. t. X. f.* 22 c. descr. In Guinea ad terram glareosam, quam

mycelium in radicem tuberosam aut fusiformem conglobat. Pileus 4—6 unc. latus.

† *L.* (SCLEROMA) *ochraceofuscus*, pileo tenui convexo umbilicato ochraceo *fusco-squamoso*, *stipite gracili glabro*, lamellis pallidioribus. *Mey. ess. p.* 301. In terra humida Surinami. Nimis imperfecte descriptus, sed quantum concludere licet cum n. 12, 24 etc. analogus.

Quid Pauletii *Fam.* 83. *p.* 294, 295. Ex syn. hujus gregis, sed icones, quibus inspectis determinatio facilis, mihi desunt. Cum Pholiotis forsan potius comparetur.

*** *pileo pulverulento l. velutino.* Velum obsoletum.

19. L. HORNOTINUS, pileo carnoso-lento difformi villoso *pulverulentove cinereo*, stipite ramoso-caespitoso lignescente inaequali tomentoso lamellisque lineatim decurrentibus confertis denticulatis albis. — A. ramosus *Lour. Cochin. II. p.* 692 et A. planus *Secr. n.* 1059, n. b. si hujus generis! non obstant. Ad truncos in Tauria. Caespitosus, mollior quidem, sed non carnoso-succosus.

20. L. PULVERULENTUS, pileo carnoso-lento convexo *luteo stipiteque* valido elongato aequali rigido *pulvere albo farinaceis*, lamellis denticulatis albis. *Scop. Carn. p.* 434. In truncis Eur. austr. caespitosus. *Non vidi*, sq. videtur admodum affinis; an differant, nescio.

* L. RESINACEUS, pileo subcarnoso lento excentrico *villoso-subgummoso ochraceo-cinnamomeo*, stipite inaequali tomentoso, lamellis confertis serratis candidis. *Trog. in Regensb. Bot. Zeit.* 1832. *p.* 525. c. descr. Ad truncos Helvetiae, subcaesp. E villo quasi glanduloso glutine sicco tenaci subresinaceo obductus. *Non vidi.*

21. L. ADHAERENS, *pileo* subcarnoso lento irregulari lacunoso subpulverulento sordide pallido *stipiteque subcavo* radicato concolori *glutinoso-laccatis*, lamellis lineatim decurrentibus tenuissimis laceris albis. *Alb. et Schw. p.* 187. *S. M. p.* 76. A. adhaesivus. *With.* forte potius praecedd. In pinetis Europae orient. autumno in ver persistens. Minor, inaequalis, sapore demum adstringente. Pileus e convexo subumbonato depressus et infundibulif.

22. L. (SCLEROMA) FURFUROSUS, *pileo* subcarnoso lento plano profunde umbilicato *furfuraceo-squamuloso ochraceo-fulvo*, stipite solido brevi radicato fusco-ferrugineo, lamellis obconico-decurrentibus integerrimis flavidis, paucis dimidiatis. Ag. omphalomorphus. *Mont. in sched.* In Chili ad glaream viaram,

quam aliorum Scleromatum more mycelium in radicem incrassatam fuscam induratam conglobat. Tota 2 unc. alta, sed stipes, subnigricans apice pallidior, vix pollicaris.

23. L. (Scler.) velutinus, pallide cinnamomeus, *pileo* coriaceo tenui infundibuliformi margine reflexo *stipiteque* solido *procero* gracili tenaci radicato *siccis velutinis*, lamellis obconico-decurrentibus confertis tenuibus angustis paucis dimidiatis. *Fries in Linn.* 1830. *p.* 510. Ad bases truncorum Brasil. *Beyrich*, Cuba. *Ramon de la Sagra.* Distinctissimus, stipite palmari et ultra, 1—2 lin. cr.

24. L. alopecinus, pileo papyraceo-coriaceo infundibuliformi, *tomento denso superficiali secedente glabrato*, fulvo, stipite brevi villoso, lamellis longe obconico-decurrentibus pallidis inaequalibus. *Fries Syn. Lent. p.* 9. c. descr. In India orientali; ad terram ut videtur. Analogus cum L. *tenero*, *exili* etc. lamellarumque acie non lacera, sed inaequali inter Lentinos veros et *Scleromata* medius.

***** *pileo regulari integro glabro.* Velum nullum.

25. L. (scleroma) Princeps, pileo lignoso-rigido infundibuliformi regulari *laevi glabrato*, *stipite lignoso-solido* valido laevi, *primitus floccoso-leproso*, albido-alutaceis, lamellis decurrentibus confertissimis aequalibus simplicibus pallidis. *Fr. El. p.* 46 (ad spec. vestust.) *Fung. Afzel. p.* 6 c. descr. (ad specc. var. aetat.) In Guinea ad terram nudam; plures gregarii e mycelio communi tuberoso, a mycelio terram in massam informem induratam conglobante. Affinis L. *descendente.*, at certissime differt. Pileus 3 unc. latus, disco compactus.

26. L. Cornucopioides, *pileo* carnoso-lento infundibuliformi regulari albofuscescente, *stipiteque firmo sulcato glabris*, lamellis longe decurrentibus integris latis pallidis. *Klotzsch in Linn.* 1835. *p.* 123, 124 cum descr. Caespitosus ad ligna Brasiliae. *Non vidi.*

27. L. scleropus, pileo coriaceo-membr. inbundibuliformi aequali glabro pallescente, *margine crenulato*, stipite solido brevi durissimo, lamellis decurrentibus postice furcatis inaequalibus denticulatis rufescentibus. *Syn. Lent. p.* 10. *Frey, Voy. t* 2. *f.* 3 sec. spec. Mus. Paris., definitio l. c. data nil essentiale illustrat. In Brasilia.

28. L. Tuber regium, *pileo* subcoriaceo tenui infundibuliformi aequali, ambitu reflexo, *tuberculoso* cinereo *stipiteque* aequali, *tuberi amplissimo innato*, glabris, lamellis de-

currentibus tenuibus aequalibus. *S. M. p.* 174. *Rumph. Amboin. t.* 57. *f* 4. In insulis Moluccis, ut videtur Scleroma, quia terrestris. *Non vidi.*

29. L. Sajor caju, pileo subcoriaceo tenui convexo umbilicato aequali *glabro substriato*, demum fisso, stipite brevi glabro, *lamellis* decurrentibus tenuibus aequalibus *pallidis. S. M. l. c. Rumph. l. c. t.* 56. *f.* 1. Ibidem ad radices et ramos, parum cognitus; variat «*albus*, *gilvus*, *ruber*, *cinereus*» an plures spec.? Sq. simul complecti videtur. Huc refero specimen pallide helvolum ex India orient. *Sundevall.*

30. L. (Scler.) exilis, *pileo papyraceo* rigido infundibuliformi regulari laevi (sub lente radiato-striato) stipiteque brevissimo glabris fulvescentibus, *lamellis* longissime lineatim decurrentibus confertis subaequalibus *fulvis. Klotzsch!* ad specc. miss. *Syn. Lent. p.* 10. c. descr. In insula Mauritii. Stipes ½ unc. l., 2—3 lin. crassus. Pileus 3 unc. l. Lamellae non lacerae.

***** *pileo inaequali lobatoque glabro.*

52. L. umbellatus, *pileo* carnoso-coriaceo tenaci umbilicato-pervio glabro *lutescenti-cinereo*, *stipite* ramoso subfarcto *sulcato* lamellisque decurrentibus confertis inaequalibus angustissimis albidis. *Syn. Lent. p.* 10. — Facile status minus explicatus *Paul. t.* 23. *f.* 2—3. Ad truncos Populi nigrae ad Krageholm Scaniae. *Ljungstedt!* Connato-caespitosus, rigescens, lamellis integerrimis aut demum denticulatis. Variat regularis et irregularis; et, si non var., certe affinis *Mich. t.* 79. *f.* 3.

32. L. suffutescens, *pileo* carnoso-lento e convexo infundibuliformi inaequali laevi *glabro ferruginascente*, stipite elongato subramoso lignescente, *lamellis* crenato-laceris pallidioribus *lutescentibus. Brot. Lus. p.* 466. *S. M. p.* 177 — et hujus facile status deformis: *Schaeff. t.* 248., 249 etc. Ad ligna praecipue fabrefacta, saepe deformis in cellis. *Vidi sicc.*

33. L.? Flos, *pileo* carnoso-lento depresso subinfundibuliformi inaequali lobatoque *glabro flavo*, *stipite* brevi crasso *villoso*, lamellisque inaequalibus undulatis concoloribus. *Mey. Ess. p.* 301. *S. M. p.* 177. Ad ligna Surinami. Si non Panus; videtur *Scleroma.* Forma a Meyero descr. vix constans esse potest: A. *sublamellosus* l. c. p. 302 forte magis regularis status. *Non vidi.*

34. L. jugis, perennans, *albus*, *pileo* carnoso-lento ir-

regulari lobato *glabro* subviscoso, *stipite* brevi irregulari *squamoso*, lamellis subdistantibus dentatis. *S. M. p.* 177. A. odorus. *Vill. delph.* 2. p. 1015. A. compressus. *Scop. Carn. p.* 458. In Europae austr. silvis subalpinis, Tyroli! Fragrans, inter A. *lepideum* et sqq. quasi medius, sat tenuis, demum crispato-lobatus.

35. L. cochleatus, annuus, tenax, *flaccidus*, *pileo* carnoso lento irregulari sublobato contortove *stipiteque* solido firmo *sulcato glabris rufescentibus*, lamellis confertis serratis carneo-albis. *Syn. Lent. p.* 11. *S. M. p.* 178. c. syn. *Weinm. p.* 283. — *Sow. t.* 168! A. cochleatus et dentatus. *Pers.* — *Abb. d. Schw.* 3. Cfr. *A. S. n.* 640, 668. Ad truncos varios; Upsaliae fr. Maxime versiformis, caespitosus, imbricatus, concrescens. Stipes centralis, excentricus l. lateralis, sursum carneus, deorsum fuscorufescens. Pileus expallens, non pervius, licet saepe infundibulif. Odor aniseo-debilis l. nullus. (*Bolt. t.* 8 mala vix citanda. A. dentatus *Secr. n.* 1085 ad pusiones, non describendos, pertinet. A. cochleatus *Secr. n.* 817 non generis est; sed potissimum varietas odora Ag. *craspedii n.* 493.) Huc A. *inconstans* P. sec. spec. missa, ut var. tenera, non vero e. syn!

36. L. friabilis, caespitosus, carnoso-fibrosus, *fragilis*, pallescens, *pileis* tenuibus subdimidiatis *umbilicato-perviis in stipitem subcavum* contortum compressum porrectis, lamellis confertis angustis serratis. *Fr. Syn. Lent. p.* 12 cum descr. — A. tubaeformis. *Schwein. Carn. n.* 799. e specc. discernere non valeo! *Batt. t.* 21. *B.* (simplex). Ad truncos Fagi. (Näset ad Odensjö Smolandiae!) Inodorus, mollis (*Marasmio molochino* in suo genere respondet) concrescendo ramosus, varius, udus carneo-alutaceus, siccus alutaceo-lutesc. Lamellae fuscidulo-carneae, acie albicantes.

****** *pileo subsessili* l. *definite laterali.*

37. L. Chama, subsessilis, *albus*, *pileo carnoso-compacto* lento integro *concavo glabro*, lamellis latis laceris sordide albis. *Bosc in Berl. Mag. Naturf.* 1811. *p.* 83. *S. M. p.* 181. Ad truncos Quercus Carolinae. Maximus, semipedalis, 3 unc. cr. *Non vidi.*

38. L. suavissimus, subsessilis, *albus*, *pileo* carnoso-lento *tenui peltato laevi glabro*, lamellis dentatis ad basin decurrentibus ibique anastomosantibus. *Syn. Lent. p.* 13 cum desc. Ad ramos exsiccatos *Salicis auritae* in silvis uliginosis Smoland. Solitarius, subinteger, siccus lutescens, haud

pulverulentus; odore gratissimo viginti pedum distantia perceptibilis.

39. L. VULPINUS, sessilis, imbricato-multiplex, pileis carnoso-lentis *conchatis* postice connatis longitudinaliter *costato-corrugatis floccoso-scruposisque alutaceis*, margine incurvo integro, lamellis laceris albis. *Syn. Lent. l. c.* cum descr. — *Sowerb. t.* 361, haud bona, sed judicium nostrum l. c. hujus esse loci in litt. confirmat *Berkeley*! A. dubius. *Pers. M. E.* 3. *p.* 23 ad spec. gallica! Ad truncos vetustos Ulmi, in horto Upsal. uno loco per tres annos. Inodorus, ut Ag. *melleus* e sporidiis albo-pulverulentus.

40. L. URSINUS, sessilis, imbricatus, *pileis* carnoso-lentis *aurito-adscendentibus laevibus* brunneo-rufis, *adultis postice fusco-tomentosis*, margine glabro integro, lamellis latis laceris albidis. *S. M. p.* 185. Ad truncos cariosos Fagi. Pileus sat crassus, primo glaber, expallens. Inodorus. [Weinman ad truncos «Aceris» e Ruthenia misit.]

41. L. CASTOREUS, subsessilis, imbricatus, *pileis* e subresupinato elongatis *lingulatis glabris subrugosis* e rufo alutaceis, margine involuto integro, lamellis confertissimis dentatis rufescentibus. — *Secr. n.* 1084. L. ursinus *Weinm. p.* 284. h. l. videntur. Ad ligna pinea, passim. Praecc. intime cognatus, sed potius forsan var. sessilis L. *cochleati.* Pileus variat laevis et costato-rugosus, formaque versatili L. *cochleatum* in memoriam revocat.

42. L. FLABELLIFORMIS, subsessilis, pileo tenui lento *reniformi* plano *glabro cervino*, *margine crenato-fimbriato*, lamellis latis laceris pallidis. *Bolt. t.* 157. *S. M. l. c.* Ad truncos. Praeced. longe tenuior, demum crispus; praec. var. L. *herbarum*, pusillus, pileo membran. pallescente, in caulibus Epilobii ad Foglesång Scaniae lecta!

43. L. DJAMOR, subsessilis, imbricatus, *pileis* carnoso-lentis subreniformibus planis *punctatis* e rubente albicantibus *margine fisso*, lamellis latis laceris albidis. *S. M. p.* 185. *Rumph. Amb. XI. t.* 56. *f.* 2. In truncis Amboniae; *Non vidi.* Plures affines l. c. indicantur.

44. L. PELLICULOSUS, subsessilis, pileo tenui lento reniformi fusco-cervino, *undique margineque setoso-strigoso*, lamellis latis laceris pallidis. *El. p.* 47. *Schwein.! Car. n.* 808. Ad truncos Carolinae. Vestitus pilei ut in sect. prima.

45. L. PILOSUS, pileo tenui lento orbiculari *piloso*, *margine subfimbriato stipiteque* definite laterali tenui *basi nigri-*

*cante*, lamellis confertis angustissimis albidis. *Fr. Linn.* 1830. *p.* 508. Ad truncos in Brasilia et Mexico. Totus pallescens. Cum sqq. hujus sectionis esset ob lamellas integras modo visas Scleroma, sed facies potius *Marasmii.*

46. L. pectinatus, *pileo* tenui lento semi-orbiculari plano *laevi glabro stipiteque* definite laterali tenaci *radicato pallidis*, lamellis confertissimis pectinatis albis. *Schwein.! Car. n.* 814. *Fr. El. p.* 24. In truncis Amer. borealis. Pileus membr., sed persistens, aridus.

47. L.? reniformis, pileo tenui reniformi *sulcato glabro* lacteo, margine crenato, *stipite* laterali brevi striato *basi incrassato rubro*, lamellis tenuibus inaequalibus pellucidis. *Mey. esseq. p.* 302. *S. M. p.* 191. Ad truncos Surinami. *Non vidi.* Fragilis dicitur, sed hoc forte siccitate. E praeced. grege omnino videtur.

48. L. eugrammus, sessilis, imbricatus, pileis coriaceo-membranaceis reniformibus *tenuiter et radiatim lineatis* pallidis, margine expanso flabelliformi-lobato, lamellis convexis integris concoloribus. — *Montagn. in sched.* Ad cortices arborum in Cuba. *Ramon de la Sagra.* Pileo amoene lineato facile distinctus.

******* *Pileo resupinato, vertice adnato.*

49. L. ringens, resupinatus, coriaceo-membran., flaccidus, vertice porrecto villoso stipitatus, primo orbicularis, dein labiato-ringens, fuscescenti-rubellus, *margine striato*, lamellis simplicibus carneis. *Syn. Lent. p.* 14. *El. p.* 25. cum descr. *Weinm.! Ross. p.* 130. A. rufo-marginatus. *Syll. pl.* 2. *p.* 93. A. pendulinus. *Wormsk. Kamtschatk.* A. arcticus. *Sommerf.! Lapp. p.* 268 (sporid. erron.) A. chamaeformis. *Schleich.* (*Secr. n.* 1086 ad sicc.) Erumpens per Betulae epidermidem totius zonae arcticae; etiam Smolandiae *hieme!* et in alpibus Helvetiae. Lamellae primo integerrimae, dein serratae. Cfr. *Panos analogos*, qui firmiores.

50. L. tenuissimus, resupinatus, membran persistens, vertice porrecto villoso stipitatus, cervinus, primo integer, dein conchiformis, *margine laevi*, *lamellis ramosis* pallidis. *Syn. Lent. p.* 15. *Schwein.! Car. n.* 813. Erumpit verno tempore per epidermidem Salicum in Carolina Americes. Praeced. affinis, ut sub Agarico servati essent conjungendi.

**XVI. PANUS. Totus fungus carnoso-coriaceus, tenax, arescens, contextu fibroso. Lamellae perfectae, tenaces,** ***firmae, inaequales, acie acuta integerrima,***

saepe venoso-connexae; *trama distincta fibrosa in hymenium radians.* Sporidia (in examinatis) alba. *Fungi epixyli, difformes l. laterales, diu persistentes.* Agarici spec. *Auct.* Lentini *Secr. in Indice.*

Ob substantiam lentam, arescentem et coriaceam in hac serie inserendum genus ceterum Agaricis Pleurotis maxime affine. A *Lentinis* genuinis, quales omnes Europaei, lamellis tenacibus et acie integerrima mox dignoscitur; a *Scleromatibus* (vide sub Lentino) lamellis firmioribus, inaequalibus vegetatione epixyla; ab utroque vero tota lamellarum fabrica.

* *Irregulares, stipite brevi excentrico.*

1. P. FARNEUS, sordide luteus, pileo compacto duro irregulariter circinato planiusculo inaequabili, *stipite* curto firmo *glabro sulcato carneo*, lamellis adnatis confertis. Panus. *Plin. Hist. Nat.?* Dendrosarcos Ilicis. *Paul. Ch. t.* 24. *f.* 3, 4. In truncis Quercus Ilicis in Eur. Austr. Statura curta, robusta, firma. Sapor acerbus; nauseosus. Species hujus generis vel *venenatae* vel ob substantiam lentam haud vescae.

2. P. CYATHIFORMIS, pileo subcoriaceo oblique cyathiformi repando *squamuloso testaceo expallente*, stipite brevissimo firmo *laevi* excentrico, lamellis ex adnato decurrentibus confertis postice conjunctis e pallido lutescentibus. *Schaeff. t.* 252.! A. Schaefferi. *Weinm. Ross. p.* 665 — specim. mihi misit ad truncos Pini; sed descr. et locus l. c. ad P. *torulosum* fere divergunt. Ad truncos Pini, forte alios etiam, in silvis montanis. Vix caespitosus, *sapore acido, styptico;* ex Schaeff. *venenatus.* Pileus tenuis, margine involuto, haud conchatus. — Hujus monstrum videtur *Schaeff. t.* 200.

3. P. PYCNOTICUS, *subcarneus, pileo tenui* carnoso-lento tenacissimo subconvexo umbilicato irregulari *glabro*, stipite excentrico brevi incurvo *glabriusculo*, lamellis decurrentibus latis. *Klotzsch! Linn.* 1833. *p.* 479. In truncis Ins. Mauritii. Caespitoso-stipatus; exsiccatus maxime induratur!, nec ut sq. flexilis. Pilei 1—2 unc. lati, proximorum tenuiores. (Individua elongata *Schaeff. t.* 200 formam pilei sat referunt, sed stipites multo longiores.)

4. P. TORULOSUS, pileo e carnoso lento coriaceo plano-infundibuliformi dimidiatoque *laevi e subcarneo ochraceo, stipite* brevi obliquo *griseo-tomentoso*; lamellis decurrentibus subdistantibus postice discretis e rutilo alutaceis. *S. M. p.*

181. *Alb. et Schw.* n. 667. — *Batsch.* f. 33 nimis ornate (*Paul.* t. 26. f. 3, 4 — *Nees Syst.* f. 176 — eadem) *Krombh.* t. 42. f. 3—5. *Bolt.* t. 146 variet. A. torulosus et fornicatus. *Pers.* In montanis ad truncos Betulae passim. Versiformis et versicolor, rufescenti-lividus, violascens (quale tomentum stipitis quoque observatur) etc., primo compactus, demum totus coriaceus et alutaceo-ochraceus. [Nulli a me viso propior A. *hirtus* Wallr. Cr. Germ. IV. p. 726.]

5. P. CONCHATUS, pileo carnoso-lento tenui inaequali excentrico dimidiatoque e *cinnamomeo expallente, demum squamuloso*, stipite brevi inaequali basi pubescente, lamellis lineatim decurrentibus subramosis ex albo-carneo ochraceis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 224. *S. M. p.* 181. *Krombh. t.* 42. *f.* 1, 2. *Schaeff. t.* 43, 44. junior. *Bull. t.* 298, 517. *f. O, P.* exoleti, nec bene. *Weinm. p.* 123. sed ad Betulas. In truncis et ramis Populi tremulae et fagi, nec alibi a me observatus, caespitosus. Priori nimis affinis, sed tenuior, magis conchatus et lobatus. Uterque, saepe junior Ag. *salignus*, exoletus A. *ochraceus* dictus, ab A. *ostreato* et affinibus differt substantia demum coriacea, haud putrescente l. verminosa, lamellis tenacibus firmis siccis crispatis, postice simplicibus (Curiosum: n. 4. cum *Gomph. glutinoso roseo* jungit Secretan.)

6. P. RUDIS, luteo-ochraceus, pileo compacto lento concavo sinuato *floccoso-squamoso margine hirto*, stipite subcentali brevissimo hirto demum evanescente, lamellis angustis ($\frac{1}{2}$ lin.!) undulatis simplicibus postice bifidis. — *Secr. n.* 1073. Ad truncos Fagi, Jul. Caro alba, sicca, firma. Pileus oblongus, demum in basi hirta sessilis. *Non vidi;* praecedenti dicitur affinis.

7. P. VELUTINUS, ochraceo-alutaceus, *pileo* carnoso-coriaceo tenaci planiusculo profunde umbilicato *stipiteque* firmo brevissimo adscendente *velutinis*, lamellis decurrentibus latis subdistantibus obscurioribus. *Fries in Linn.* 1830. *p.* 508. cum descr. Ad truncos Brasiliae. Pileus 4—5 unc. latus, siccus coriaceus.

8. P. HIRTUS, pileo coriaceo-membr. suborbiculari *setoso-hirto* cinnamomeo, *stipite* sublaterali brevissimo *hirto*, lamellisque decurrentibus latis confertis pallidioribus. *Fr. l. c. p.* 508. c. descr. Ad truncos Brasiliae. Stipes 1—2 lin. longus et crassus, lateralis, sed posticé margine pilei prominente cinctus. Pileus fere papyraceus, tenax et setosus, ut Lentinus e sect. 1. — Cfr. *Lent. n.* 45—47.!

** *Stipite definite laterali postice immarginato.*

9. P. FOETENS, pileo spongioso-lento spathulato e convexo depresso *subsericeo albo-lutescente*, postice in stipitem longum supra canaliculatum porrecto, lamellis decurrentibus firmis confertis carneo-luteis. *Secr. n.* 1076. ex quo *Bull. t.* 517. *f. H.—N.* Cfr. *Pers. M. E. n.* 33 et *Mich. gen. t.* 65. *f.* 5, 6 (pileo laevigato floccosoque squamoso.) Ad truncos Eur. austr., *Pini* Secr. [Micheli ad Quercus, hinc potius spec. affinis.] Odor foetidus. Stipes 1½ unc. l. 4 lin. crass. Pileus 2¼ unc. latus. Ex *Secr.*; cum ex unico spec. sicco viso nil determinem.

10. P. DORSALIS, *fulvus*, pileo subcoriaceo spathulato adscendente demum lobato, *cute in squamas floccosas pallidiores secedente*, stipite laterali brevi, lamellis decurrentibus confertis concoloribus. *Bosc! in Berl. Mag.* 1811. *t.* 4. *f.* 4. *S. M. p.* 184. In truncis Pini in Carolina. Proximis medius, in figuram reniformem quoque transiens, 1—2 unc. latus, sed stipes modo 2 lin. longus.

11. P. STIPTICUS, pileo coriaceo reniformi e cinnamomeo expallente, *cute in squamas furfuraceas secedente*, stipite laterali brevi sursum dilatato, lamellis determinatis tenuibus confertis *reticulato-connexis* cinnamomeis. — *Bull. t.* 140, 557. *f.* 1. *S. M. p.* 188. c. syn. ampl. *Schaeff. t.* 208. *Sowerb. t.* 109. *Fl. Dan. t.* 832. *f.* 1.; *t.* 1292. *f.* 1. *Tratt. Austr. t.* 2. *Krombh. t.* 44. *f.* 13—17. *Buxb. C. V. t.* 10 *f.* 1. In truncis putridis ubique, ab autumno in ver persistens. Sapor stipticus. (Rhiphidium. *Wallr.*, sed char. gen. erroneus.)

12. P. FARINACEUS, pileo subcoriaceo flexuoso cinnamomeo-umbrino, *cute in furfurem albido-caesiam secedente*, stipite laterali brevi concolori, lamellis determinate liberis *discinctis* pallidioribus. *Schum.* — *S. M. p.* 188. A. eleuterophyllus. *Marchand in Biidr. Nat. Wet.* Ad truncos raro. Habitus praecedentis.

*** *Pileo sessili, dimidiato.*

13. P. LUNATUS, pileo subcoriaceo *reniformi glabrato* ferrugineo, margine inflexo, lamellis determinatis latis ferrugineo-fuscis. *Fries in Linn.* 1830. *p.* 509 cum descr. In hoc et sq. plura specimina mycelio nudo effuso copulantur. Num sporidia alba?

14. P. COPULATUS, sessilis, imbricatus, pileo coriaceo postice attenuato *cuneiformi hirsutulo* fusco-pallido, lamellis

confertis tenuibus fuscescentibus. *Ehrenb. in Hor. Phys. Ber. t.* 81. *f.* 5. *S. M. p.* 504. In Brasilia. *Chamisso!* Habitus *P. stiptici.*

**** *pileo resupinato integro.*

15. P. PATELLARIS, resupinatus, coriaceus, *plano-cupularis*, orbicularis, extus pallidus furfuraceo-villosus, vertice vix porrecto adnato, margine involuto, lamellis concurrentibus obscure ochraceis. E ramis exsiccatis Fagi, inter *Canth. crispum*, erumpentem legi. Simplex, *P. stiptico* affinis. Lamellae ut sq. integerrimae, confertae et substantia multo firmior, quam in analogis Lentinis.

16. P. DELASTRI, resupinatus, coriaceus, *urceolato-turbinatus*, pubescens, vertice porrecto stipitato tomentoso, margine inflexo coarctato, lamellis concurrentibus fusco-purpurascentibus acie albo-pruinosis. — *Montagn.* E cortice variarum arborum vivarum erumpens. *Delastre!* Caespitosus, *Cenangii* facie, colore quoque umbrino-nigricante, nec multo major.

† P. LITHOPHILUS, resupinatus, coriaceolapideus, applanatus, sessili-adnatus, extus tomentosus, margine prominente libero, lamellis concurr. amethystinis. *Batt. t.* 24. *B.* Ad saxum tophaceum Italiae. Valde insignis, inquirendus!!

**XVII. XEROTUS.** (Fr. El. p. 48.) Hymenophorum cum stipite contiguum, descendens in tramam cum *pileo coriaceo-membranaceo tenui* homogeneum. *Lamellae coriaceae*, adnato-decurrentes, plicaeformes, sed latae, dichotomae, *acie integerrima obtusa.* Asci perfecti. *Fungi rigidi, persistentes, cum Cantharellis analogi, sed tota* (pileus prorsus excarnis) *substantia diversi.* Xeroti ob genus diversum cum Xerotibus Brown. non confundi possunt.

* *pileo flocculoso.* (Hypoxerus.)

1. X. DEGENER, pallescens, pileo coriaceo-membr. plano-depresso *flocculoso hygrophano, humido striato*, stipite solido tenui velutino, lamellis plicaeformibus ramosis distantissimis pallidis. *Schaeff. t.* 243. A. turfosus. *Sow. t.* 210 neutiquam bona, sed vix dubie hujus loci. Ad terram sterilem glareosam Smol. occid. legi. Nulli alii generi aptius adscribi potest fungus a reliquis Agaricinis diversissimus, tota vero indole *Sterei pannosi l. undulati*, ut pro eorum lusu

lamellis ornato facile sumas. Substantia horum tenacissima, coriaceo-membr. Stipes brevis, haud uncialis, saepe 2—3 lin. tantum l., aequalis, apice flocculoso-farctus. Pileus plano-infundibul., flaccidus, subzonatus, e spadiceo-griseus, $\frac{1}{2}$—1 unc. l. Lamellae *omnium maxime distantes*, dichotomae, albido-griseae, *primo obtusae*, dein *admodum tenues*, *flaccidae*; nec venoso-connexae, *acie acuta*, immixtis una alterave breviori. —· Var. pileo 1—2 lin. lato azono fusco, lam. simplicibus.

2. X. tomentosus, cervinus, pileo coriaceo-lento plano dein subinfundibuliformi *tomentoso*, stipite solido velutino, lamellis decurrentibus crassis angustis dichotomis *Klotzsch in Linn.* 1833. *p.* 480. Patria ignota. Stipes 2 unc. l., 3—4 lin. crassus, firmus. Pileus 2$\frac{1}{2}$ unc. latus. *Non vidi.*

** *pileo glaberrimo.* Typici. (Holoxerus.)

3. X. afer, glaber, *spadiceus*, pileo coriaceo-membranaceo plano-infundibuliformi orbiculari radiato-sulcato, margine erecto-patente integro, stipite e farcto fistuloso striato-rugoso lamellisque distantibus distinctis obscurioribus. *Fries Afz. Fung. Guin. t. XI. f.* 24. c. descr. *Fr. El. p.* 48. In Guinea ad ligna. Stipes nigricans, non nisi compressus solidus. Pileus 3—4 unc. l., spadiceo-pallens. Lamellae ad dichotomias repetitas patulae; pro ut lumen incidit vibrantes, spadiceo-nigricantes, ad latera griseo-pruinosae, acie subfulventes.

4. X. rawakensis, glaber, *cinnamomeus*, pileo coriaceo-membr. plano-infundibuliformi, margine sulcato, stipite solido brevi aequali, lamellis distantibus ad latera plicatis connexis. Ag. rawakens. *Pers. in Freyc. Voyag.* In insula Rawak. Hujus generis! secundum plenius examen specc. *Musei Paris.* — variatque excentricus. *Montagne.*

5. X. caribaeus, glaber, *albus*, pileo coriaceo-membran. infundibuliformi radiato-sulcato, in ambitu reflexo, margine crenulato, stipite farcto attenuato, lamellis distantibus strictis subsimplicibus? integris. — *Plum. fil. t.* 167. *f. C, C.* In insulis Caribaeis et Brasilia. Specimina non nisi fragmentitia vidi, sed ob syn. Plumieri nolui omittere. Statura praeced.

6. X. romanus, glaber, pileo coriaceo-membr. explanato umbilicato laevi fuscescente, *margine lobato*, stipite rigido fistuloso nigro, lamellis crassis crispis rufescentibus. *Mich., gen. t.* 79. *f.* 2. Mer. torulosus. *Pers. M. E. p.* 13. In

Italia a Michelio hactenus tantum lectus (nisi idem, saepe caespitosus, sit *Merul. ramosus coriaceus* Scop.) sed lamellis plicaeformibus, substantia, stipite brevi etc. primae (n. 3) speciei tam affinis ut certe hujus generis.

7. X. BERTIERII, glaber, *sessilis*, pileo coriac. membran. reniformi striato ferrugineo, lamellis latis repetito-dichotomis violaceis cinereo-pruinosis antice venoso-connexis. *Montagn. Flor. Fernand. l. c. n.* 11. Ad ramos emortuos in montosis Insulae Juan Fernandez. Gregarius, sapore amarus. Lamellae cum X. *afri* valde analogae.

**XVIII. TROGIA.** (Fries Gen. Hym.) Lamellae plicaeformes, *acie longitudinaliter canaliculatae*, reliqua Xeroti. (Habitus *Schizophylli*, sed lamellulae acie non discretae.) *Dicavimus pulchellum genus Cl.* Trog, *qui fungos Helveticos illustravit.* Xeroti. *Montagne.*

1. T. BERLANGERI, pileo subsessili coriaceo reniformi ferrugineo-fusco, basi verrucoso, lamellis confertis subfurcatis *fuscis pruinosis. Montagn. in Berl. Voy. p.* 145. *t.* 14. *f.* 4. Ad truncos in Gatibus occident. Indiae. Praecedenti s. *Xer. Bertierii* similis, sed pileus convexus, margine tantum striatus; lamellae confertiores acie, non obtusa tantum, sed canaliculata simul, ut ad hoc genus sit referenda, monente ipso *Montagne* in Schedul. communic.

2. T. KÖNIGII, pileo sessili membranaceo-lento obovato laevi glabro fuscescente, lamellis plicaeformibus subconfertis inaequalibus furcatisque *pallidis nudis*. In India orientali. *König.* Unicum tantum vidi specimen, unguis minoris forma et magnitudine, exsiccatione forsan fuscescens, pileo planiusculo exstrio.

Affinis T. *Montagnei* s. Canth. aploruti *Montagn.*, cujus descr. nunc non adest.

**XIX. SCHIZOPHYLLUM.** (Fr. S. M. p. 330). Fungus excarnis, aridus. *Lamellae* coriaceae, ramoso-flabelliformes, *acie longitudinaliter fissae*, lamellulis discretis extrorsum revolutis patulisque. Sporidia alba; ascos haud vidi manifestos. *Fungi sessiles, lignatiles, persistentes, toti fere a lamellis formati, nam tomento denso intertexto, quo obducuntur, deraso*

*in ramos flabellares lamellarum solvuntur.* Agarici sp. *Linn.*, a quibus primus separavi; ab aliis dein sine ratione sub aliis nominibus propositum genus.

1. S. FLABELLARE, pileo *margine porrecto sessili* e lobis plurimis coalito, lamellis ex albo *ligneo-pallidis*, acie patulis, ad latera glabris. *Fr. Afz. Guin. t. XI. f.* 25. In Guinea ad ligna. Sq. longe major, e plurimis lobis elongatis quasi compositus, tomento denso albo incrustatus.

2. S. COMMUNE, pileo *postice adnato* subporrecto simplici lobatoque, lamellis e griseo *fusco-purpurascentibus* villosis, acie revolutis. *S. M. l. c.* ubi syn. copios.! *Grev. Scot. t.* 61. *Weinm. p.* 293. *Krombh. t.* 4. *f.* 14—16 — *Batsch f.* 126. A. alneus *Linn. Bull. t.* 346, 581. *f.* 1. *Sowerb. t.* 183. *Moug. exs. n.* 195. *Buxb. C. V. t.* 7. *f.* 1. Omnibus regionibus omnibusque facile truncis arborum frondos. communis, sed non equidem vulgaris. Pileus postice saepe porrecto-pendulus; primo albo-tomentosus, dein hirtus.

3. S.? MYA, pileo *basi truncata adnato* reniformi adscendente, lamellis *albis* unicoloribus. *Scop. Hist. Nat. IV. t.* 1. *f.* 4. Ad truncos Quercus Hungariae. Praecedd. minor, rigidior, perennans. Certe memorabilis, lamellarum fabrica ignota, sed tota facies Schizophylli. — *Non vidi.*

**XX. LENZITES** (Gen. Hymen.) Fungus suberosus coriaceusve, contextu arido floccoso. Lamellae *coriaceae, firmae*, nunc simplices inaequales, nunc ramosae posticeque poroso-anastomosantes, trama pileo similari floccosa, acie subacuta. *Fungi dimidiati, sessiles, perennantes aut persistentes, lignatiles, tota facie Daedaleae.* Dicavi Cl. LENZ, qui de fungorum usu egregie disputavit. Agarici sp. *Linn.* etc. Daedaleae *Fr. S. M. et Rec.*

Daedaleis longe magis affine genus, quam praecedd. *sed hymenium*, praecipue sect. 1, *manifeste Agaricinum*, *nec labyrinthiforme!* Cum exstent formae inter Agaricinos et Polyporeos mediae in utroque ordine necesse est ad *typum eorum* in distinguendo attendere! In Polyporeis *hymenium primitus porosum* (etiam in Daedalea quercina), dein tantum, dissepimenta lacerando, lamellatum fit s. potius labyrinthiforme; hinc *ad marginem pilei adulti* ut in *Daedaleis*, *Cyclomycete* etc., *porosum observatur.* In Agaricinis *hymenium radians*

*lamellosum*, dein costis tantum transversalibus junctum, non labyrinthiforme, *et postice tantum in poros anastomosans*, ut in Agaricis Pleurotis, Paxillis et plerisque generibus lentis. — E contextu vero et substantia *Lenzites* est genus Polyporeum, ut *Favolus* Agaricinum inter Polyporeos.

I. LIGNOSAE. Pileus *sessilis*, basi non effusa, suberoso-lignosus, *induratus* nec elasticus. Lamellae angustae, strictae; inaequales, simplices l. dichotomae. *Tropicae.*

1. L. APPLANATA, pileo suberoso plano depresso reniformi *azono albido*, *tomento adpresso velutino* inaequabili, lamellis dichotomis tenuibus alutaceis, *acie acuta crenulatis Fr. Mscr.* — *Klotzsch! in Linn. p.* 1833. *p.* 481. Sine patria olim vidi; nuper ex ins. Mauritii misit *Klotzsch.* In specim. a me visis adest stipes brevissimus (2—3 lin. l.) crassissimus lateralis. Pileus palmaris sed ad 16 unc. usque, ex Kl., dilatatur, disco crassiusculus.

1. L. DEPLANATA, pileo suberoso tenui utrinque plano reniformi pubescente *azono alutaceo-albido*, lamellis strictis parallelis crassiusculis, *acie obtusa integerrima. Fr. Linn. V. p.* 513. In Brasilia *Beyrich*, Guinea *Afz.* Fungus Guineensis basi producta porosa scutato-dilatata sessilis. Pileus inaequabilis. Lam. basi venosae, hinc in sinulos haud vero labyrinthiformes passim coeunt.

3. L. POLITA, pileo suberoso tenui explanato *polito glaberrimo azono albido*, margine integro acutissimo, lamellis firmis strictis radiantibus dichotomis anastomosantibus integerrimis concoloribus. *Fries l. c. p.* 514. Utrinque planissima, 3—5 unc. l., sed 1—3 lin. tantum crassa; pileo polito-laevigato subnitido.

4. L. PALISOTI, pileo suberoso *pulvinato-hemisphaerico zonato glabro* ochraceo-albido, margine lobato, lamellis simplicibus parallelis postice poroso-anastomosantibus. *S. M. p.* 335. Daed. Amanitoides. *Palis. Fl. Ovar. t.* 25. In Africa tropica occid. Specimen, quod p. d. Afzelius reportavit, recedit pileo explanato nec nisi sulcis concentricis a L. *deplanata* recedit. Vide *Fung. Guin. t. XI. f.* 23.

5. L. REPANDA, pileo suberoso plano latissimo *zanato glabro albo-pallescente*, margine repando, lamellis anastomosantibus confertis subdentatis. *Pers. in Freyc. Voyag.* In insula Rawak. Secundum utriusque specimina archetypa in Mus. par. a priori sat distinctam judicat amic. *Montagne.*

6. L. FURCATA, pileo suberoso-coriaceo tenui applanato

*velutino zonato fusco-ferrugineo*, lamellis radiantibus strictis furcatis contiguis *pallescentibus* discretis, postice tantum poroso-anastomosantibus, immixtis brevioribus. *Fr. l. c. n.* 15. In Brasilia et Mexico. Minor, 2 unc. lata. Lamellae vix ultra ½ lin. latae, acie obtusa integerrima.

7. L. INTERRUPTA, pileo suberoso-coriaceo tenui flexili *velutino zonato umbrino*, lamellis radiantibus strictis dichotomis dimidiatisque *ligneo-umbrinis*, postice discretis interruptis. *Fr. l. c. n.* 14. In Guinea aliisque tropicis region. Hymenium quoad lamellarum figuram prorsus Agarici.

8. L. UMBRINA, pileo suberoso angusto basi dilatata adnato *azono tomentoso fusco*, lamellis latis subdistantibus simplicibus dimidiatisque umbrinis. In Brasilia. Transit omnino ad *Coriaceas* et quidem L. *abietinae* similis, sed firmior, haud effuso-reflexa, nec lamellae glauco-pruinosae.

II. CORIACEAE. Pileus *effuso-reflexus*, coriaceus, l. spongioso-suberosus, *elasticus*. Lamellae latae, subflaccidae, saepe poroso-anastomosantes, sed non labyrinthiformes; typo manifeste Agaricino. *Specim. resupinata magis porosa non ad* Daedaleam, *sed* Polyporum *potius abire videntur*.

* *Arborum frondosarum*.

9. L. ASPERA, pileo spongioso-suberoso crasso subpulvinato *concentrice sulcato flocculoso-scabro* ex alutaceo dealbato, lamellis subdichotomis tenuibus latissimis rectis pallescenti-albis. *Klotzsch! Linn.* 1833. *p.* 480. Insula Mauritii. Sqq. longe crassior, praec. mollior, absque fasciis discoloribus.

10. L. ALBIDA, pileo suberoso-coriaceo molli plano *azono lacteo, tomento tenui adpresso sericeo laevigato*, lamellis tenuibus dichotomis anastomosantibus integerrimis concoloribus. *S. M. p.* 338. *El. p.* 68 — *Secr. p.* 489 nisi potius ad sqq. Ad truncos praec. Fraxini. Effuso-reflexa (effusa porosa), saepe imbricata, tota lactea. Eximia, rara.

11. L. BETULINA, pileo suberoso-coriaceo firmo obsolete *zonato tomentoso pallescente*, margine concolori, lamellis rectis subramosis anastomos. pallidis. *Linn. Suec. n.* 1214. *Spec. Pl. p.* 1645. Daed. *S. M. p.* 333. *Sommerf. Lapp. p.* 270. *Weinm. Ross. p.* 341. *Fl. Dan. t.* 1555. *Desmaz.! exs. n.* 222. — *Secr. p.* 488. *n.* 8. b.) lamellis obscurioribus. *Sow. t.* 182, quae ducitur ad *Secr. n.* 6. *p.* 486. — c) *guineensis*, pileo olivaceo-fuscescente, lamellis simplicibus ad latera ligneo-pallidis, acie fuscescentibus. *Fung. Guin. t. XI. f.* 26. Ad trun-

cos, praec. Betulae in septentr., at in variis truncis et plerisque regionibus sub variis formis dispersa. — Speciosa var. est *Schaeff. t.* 57! Lam. primo crassiores subporosae, *sordidae*, dein tenuiores acie acuta.

12. L. FLACCIDA, pileo coriaceo tenui *flaccido* inaequali *hirto zonato pallescente*, margine concolori, lamellis latis confertis rectis inaequalibus ramosisque ex albo pallescentibus. *Bull. t.* 394. figurae omnes! *Bolt. t.* 158 (senio squalida resupinataque.) Ad truncos Fagi etc. Primo alba; dein pallens. Pileus tenuis, vix ultra lin. crassus, unicolor. Lamellae vix anastomosantes, sed saepe interruptae, obfurcatae, *primo candidae! Secr. n.* 7. *p.* 487.

13. L. VARIEGATA, pileo coriaceo rigido plano *velutino zonis discoloribus fasciato, margine albicante*, lamellis latis crassiusculis inaequalibus anastomosantibusque albis, acie demum acuta laceris. *S. M. p.* 337. *Secr. l. c. n.* 10. A. versicolor. *Plan. fung. Erf. p.* 4. haec potiss. — *Bull. t.* 537. *f. I. K. L.* Ad truncos Fagi, Populi etc. Habitus exacte *Polypori versicoloris* ob fascias fuscas; griseas etc., immixtis etiam glabratis, hanc speciem mox distinguit.

14. L. TRABEA, pileo coriaceo applanato ruguloso tomento tenuissimo adpresso *glabrescente fuscescente*,, *lamellis* strictis simplicibus dichotomisque, passim anastomosantibus, *integerrimis carneo-rutilis. Pers. syn. p. XXIX. S. M. p.* 335. *Bull. t.* 442. *f. A. C.* Ad trabes et truncos Quercus, raro. Habitus D. *quercinae*, sed pileo tenui, versus marginem obsolete zonato et hymenio vere diversa videtur. Ex Secr. *l. c. p.* 495 fulvella, qualis quoque legitur, sed *Bolt. t.* 158 citata nullo modo h. l. est.

15. L. STRIATA, pileo coriaceo molli pubescente *obsolete zonato ferrugineo*, *lamellis* tenuibus rectis subanastomosantibus *cinereis*, acie acutis crenulatis lacerisve. *Swartz! Fl. Ind. Occ. p.* 1920. *S. M. p.* 334. *El. p.* 66. Ad truncos Iamaicae, Americae borealis. *Klotzsch!* Species a L. *abietina* utique diversa: sq. valde affinis.

16. L. TRICOLOR, pileo coriaceo tenaci zonato e sericeo glabrato laevi *rufo-cinnamomeo*, lamellis confertis tenuibus ramoso-furcatis *repando-dentatis e luteo* dilute cinnamomeis. *Bull. t.* 541. *f.* 2. D. aurea. *Secr. II. p.* 493, e Scheich. spec., vix differt. Ad caudices Prunorum etc. in Eur. Austr. Pileus zonis discoloribus, hirsutis l. ex maxima parte glabris, distinctus. Lam. postice praecipue poroso-anastom.

** *Arborum acerosarum.*

17. L. SAEPIARIA, pileo coriaceo duro zonato *strigoso-tomentoso scruposo* spadiceo, margine lamellisque crassiusculis ramosis anastomosantibus *lutescentibus.* *S. M. p.* 333. c. syn. *Secr. n.* 13. *Weinm. Ross. p.* 342. *Schaeff. t.* 76. Ag. Boletiformis. *Sowerb. t.* 418. *Buxb. C. V. t.* 6. — *Vaill. t.* 1. *f.* 1—3 var. resupinata. Ad ligna pinea communis. Iunior totus fulvus, exoletus fuscus. Hymenium admodum mutatur, subinde omnino Polypori. Cfr. *Fr. Elench. p.* 66. (Specc. majora Moug. exs. n. 491. h. l. videntur).

18. L. THUNBERGII, pileo coriaceo effuso-reflexo *glabrescente laevi nitido* subferrugineo, lamellis tenuibus anastomosantibus undulatis subconcoloribus. *S. M. p.* 335. *El. p.* 68. Bolet. Agaricoides. *Thunb.! Iap. p.* 347. Ad ligna Pini, Iaponiae. Specimen Thunbergianum resupinatum est; sed vix dubitamus h. l. esse D. *versicolorem Secr. II. p.* 490 excl. syn.; tum etiam Helvetiae civis. (Omnes Thunbergii fungi Iaponici in Europa quoque lecti sunt.) E Secr. pileus zonatus; lamellae e luteo purpureae subnigrae.

19. L. ABIETINA, pileo coriaceo tenui effuso-reflexo *umbrino-tomentoso*, dein glabrescente cano, *lamellis* decurrentibus simplicibus inaequalibus *pruinoso-glaucescentibus.* *S. M. p* 334. c. syn. *El. p.* 66. *Bull. t.* 442! *f.* 2, 541. *f.* 1. *Secr. II. p.* 493. *n.* 15. Ag. senescens. *Willd.! Ber. p.* 376. Ad ligna abietina, n. 17 apud nos longe rarior; mollior, minor, at magis in longitudinem protracta. Variat lam. dentatis l. laceris, at vix porosis.

20. L. HETEROMORPHA, pileo coriaceo effuso-reflexo tenui gibbo fibroso-rugoso azono albido-pallido, margine inciso ob *laminas latissimas* confertas subramosas *albas* excurrentes. *Fr. El. p* 66. (*Obs.* 1. *p.* 108! var. resupinata subporosa!) — *Secr. l. c. p.* 496. *n.* 17. excl. syn. Ad truncos abiegnos raro. In monte Omberg copiosissime. Summopere notabilis, *sporidiis albis* jam a praeced. diversissima. Vulgo sistit nodulos imbricatos — var. *resupinata* porosa in natura ad hanc tantum reduci potest.

Ut Hymenomycetes tam specierum *primariarum* numero, quam individuorum copia, mole et utilitate reliquas omnes Fungorum familias simul sumtas longe antecellunt, sic etiam Agaricini reliquos omnes Hymenomycetes et Agarici genus centrale Agaricinos. Agarici genus prisco sensu indivisum servare idem sane est ac omnes Synantheras sub uno genere

complecti. Agarici genus, quale etiam hoc loco proponitur, ulterius certe dividendum, sed in praesenti nullas alias greges separare volui, quam non tantum characteribus, sed tota vegetationis historia magis et limitibus naturalibus ita a reliquis recedunt, ut, neglectis quoque characteribus, levi usu mox dignoscantur. Cum plura genera Agaricorum, nondum ubique recepta et in futurum variis modis limitabuntur, in toto ordine necesse est, quousque fieri licuit, *species homonymas evitare.* Servavi tamen antiquitate stabilita.

**Ordo II. POLYPOREI. (S. O. V.) Hymenium inferum, primitus effiguratum, *porosum.* Pori vulgo persistentes, interdum vero in laminas concentricas sinuosove-labyrinthiformes (nec radiantes!) l. in dentes lacerantur, sed in margine juniori etiam in his pori observantur — intus fertiles et typice saltim ascigeri. *Prorsus intermedii inter Agaricinos et Hydneos.* (Cfr. Obs. ad Lenzitem et Irpicem), *infimo gradu, ut* Porotheliis, *in Discomycetes abeunt.***

**XXI. BOLETUS. (S. M. p. 385.) Hymenophorum laeve, ab hymenio prorsus discretum, *nec in tramam descendens; hinc tubuli,* in stratum porosum stipati et confluentes, sed a se invicem separabiles, *ab hymenophoro facile secedunt. — Fungi carnosi, putrescentes, stipitati, centrales, absolute terrestres, unde nomen.* Boleti specc. *Linn. et Auctt.***

Genus nobilissimum, argutissime omnium limitatum; paucis venenatis rejectis in cibariis jam carnis copia summa attentione dignum. Geographica specierum distributio maxime memorabilis; alius harum in Eur. boreali, alius in Eur. austr. regnat typus, sed inter regiones campestres et montanas differentia adhuc fere major. Paucas admodum species alit regio Upsaliensis (Petropolitana easdem), quas optime descripsit Linnaeus; stupenda levitate ejus nomina *antiquissima!, certissima!, aptissima!* varii prorsus delere voluerunt. Haec negligentia in aliis rei herbariae partibus jam diu debitum contemtum reportavit; nescio vero an ullibi exstent exempla tam turpia et flagrantia, quam hoc genus offert. Cfr. B. *luteum, granulatum, bovinum, subtomentosum, viscidum.* Cl. Opawatski monographiam diu requisitam quotidie, frustra vero adhuc, exspectavi. E *Pauletii* tabulis, in

opprobrium scientiae ob omnibus neglectis, tres modo comparare mihi succesit. Prima mea, ante quinque lustra data, e velo et stipite dispositio aeque fallax ac artificialis; tironibus placere tantum potest. *Species primarias* in S. M. plenius exposui, in aliis regionibus dein multas eximias detexi — et ad genium plurimorum nunc etiam *secundarias* quasdam seorsim proposui.

I. Ochrosporus. (Cortinar. *S. M.*) Tubuli lutei l. ferruginascentes. *Sporidia ochracea*, sed nunc pallidiora, nunc obscuriora virescentia l. subferruginascentia. — In *Edulibus* (*n.* 37—44) os tubulorum primitus saepe albo-farctum; in *Luridis* (n. 31—36) subrubens. *Hi omnes vero sistunt seriem contiguam*, *a* Derminis; Hyporhodiis *et* Leucosporis *diversissimam.*

I. Viscipelles. Pileus *pellicula viscida* obductus. Stipes solidus, haud venis reticulatus nec bulbosus. Caro vix mutabilis ad aëris contactum. Tubuli adnati l. decurrentes, unicolores. *In pinetis*, *et in hinc in Europa bor. et alpina, praecipue late regnant.* [Superfluum sane observatu pileum viscosum aëris siccitate siccum fieri; *status udus omnium fungorum manifeste est typicus*, primum attendendus.] Spec. 1—3 annulati, reliqui nudipedes, n. 1—7 edules.

1. B. luteus, pileo e gibbo pulvinato glutine fusco secedente oblinito, *stipite* aequali firmo *albido supra annulum amplum membranaceum albo-fuscescentem punctato-scabro* flavido, tubulis adnatis minutis simplicibus luteis. *Linn ! et Auct. pl. S. M. p.* 386. *Schaeff. t.* 114. *Lenz. f.* 30. *Secr. n.* 1. Bol. annulatus *Schum.!* — *Fl Dan. t.* 1135 *Krombh. t.* 33. qui plures et meliores icones hujus generis dedit quam alius. *Buxb. C. V. t.* 14. In pinetis Europae boreal. et oriental., occidentem versus rarescens, ut unico modo loco Britanniae visus. Pileus glutine secedente pallidior et virgato-maculatus. Caro albida. Descr. Linnaeana manifesta et solus ex aff. Linn. locis nascitur. Ob annulum multis communem (B. *annulatus* male dicitur) cum variis confusus. *Bull. t.* 332, e loco et pileo sicco dubius, ex habitu hic, e Secr. sequens.

2. B. elegans * *aureus*, pileo convexo-plano viscoso aureo subferrugineoque. *stipite* firmo inaequali ex *aureo rufescente*, *supra annulum fugacem ex albo flavescentem punctato*, tubulis decurrentibus minutis simplicibus aureo-sulfu-

reis. B. decurr. et elegans. *Schum.! n.* 1927, 1928. B. aureus. *Mühlenb.!* B. luteus. *Grev. t.* 183. — *Krombh. t.* 34. *f.* 1—10 ob colores. *Secr. n.* 2 excl. syn. Schum. Fr. etc. In America boreali, Europa occid. et austr. In Suecia non lectus (hinc nec B. *luteus* L. nec S. M. hujus loci). Caro flavida. Pori demum obscuriores. *Vidi siccum.*

* B. FLAVUS, firmior, pileo glutine fusco secedente flavo, stipite e luteo fuscescente apice e tubulis decurrentibus reticulato, tubulis majoribus angulatis flavis. *With.* — *Bolt. t.* 169. *Sowerb. t.* 265. B. Grevillei. *Kl. in Linn. V. p.* 198 incl. priori. Eisdem locis, statura fere B. *lutei*, sed e plurimis prioris var. Inquirendum vero, an exstet similis species diversa (*Scop. Carn. n.* 1587, *Lumn. pos. p.* 526. *Hall. helv. n.* 2301.) poris amplis irregularibus e luteo virescentibus etc. in praesenti B. *flavido* potius subscribenda. Inter hunc et sq. medius porro est B. *collarius* Myc. Eur. 2. p. 126, non ita descriptus, ut recipiatur. Cfr. *Larbr. t.* 4. *f.* 4, si fida modo.

3. B. FLAVIDUS, pileo e gibbo plano viscoso livido-flavescente, stipite tenui subaequali *pallido*, *supra annulum viscosum glandulis fugacibus adsperso*, *tubulis* decurrentibus angulatis *amplis compositis* sordide flavis. *S. M. p.* 387. *Sommerf. Lapp. p.* 272. *Secr. n.* 3. *Weinm. p.* 295. *Krombh. t.* 4. *f.* 35—37. B. velatus. (sic!) *M. Eur. t.* 20. *f.* 1—3. In paludosis Europae boreal. et alpinae, numquam in eisdem locis ac prior. Proximis tenuior, minor, carne pallida.

4. B. COLLINITUS, pileo pulvinato laevi glutine fusco secedente pallescente, stipite firmo deorsum subattenuato exannulato ex albo fuscescente, squamulis adpressis subreticulato, *tubulis* adnatis elongatis *didymis* e pallido luteis, ore nudo. In montibus piniferis altioribus Sueciae raro, solitarius. Hic statura et colore omnino refert B. *luteum* sed absolute exannulatus est, pori majores in duo minores vulgo divisi. Caro alba. — *Schaeff. t.* 126 habitum sat exprimit, quare hunc sub B. *circinante* citando sq. subsumsisse videtur *Persoon;* ita etiam *Alb. et Schw.* «poris compositis, stipite scabro.» Differentias *Krombh. t.* 76. *f.* 10, 11, ex icone haud fucata, eruere non valeo.

5. B. GRANULATUS, pileo convexo expanso e glutine collinito fusco-ferrugineo eoque secedente lutescente, *stipite* mediocri *exannulato flavido sursum punctato-granuloso*, *tubulis*

adnatis brevibus *simplicibus* luteis, *ore granulato.* — *Linn.! S. M. p.* 387. cum syn. [Schaeff. t. 115, 126 sec. Pers. Comm. citatas debitum locum in Iudic. univ. primus assignavi]. *Wahl. Suec. n.* 1978. *Weinm. p.* 296. *Lenz. f.* 31. *Letell. t.* 604. *Krombh. t.* 34. *f.* 11—14. B. flavorufus. *Schaeff. t.* 123. B. lactifluus. *With.* — *Sowerb. t.* 420. *Secr. n.* 37. A. circinans. *Pers.* — *Vaill. par. p.* 59. *n.* 7. Locis graminosis pinetorum campestr.; *Upsaliae* vulgatissimus generis! Nunc sparsus, nunc gregarius sed minus caespitosus et circinans quam sq. Stipes sursum saepe attenuatus. Caro flavescens. A priori differt ut B. *elegans*, cui similis [sed velo partiali caret, praesente tantum univ. viscido!] a B. *luteo.*

6. B. BOVINUS, pileo planiusculo glabro viscido gilvo; *stipite aequali laevi* unicolori, *tubulis* subdecurrentibus *angulatis compositis* e griseo-flavo ferruginascentibus. *Linn.! S. M. p.* 388. c. syn. *Secr. n.* 42. *Weinm. p.* 297. *Lenz. f.* 38 (senilis). *Krombh. t.* 75. *f.* 1—6. — *Fl. Dan. t.* 1018. B. mitis. *Pers. M. E.*! In Eur. borealis et alpinae pinetis copiose, subcaespit. Caro alba. Gluten pilei, demum repandi, tenue, haud discolor l. secedens. Hic est repetitio exannulata *B. flavidi*, ut priores *B. lutei* et *elegantis.*

7. B. MITIS, pileo compacto e convexo depresso viscido alutaceo-carneo (sicco ferrugineo-rufo), stipite firmo curto laevi concolori, *deorsum attenuato*, *tubulis brevibus compositis ex olivaceo aureis*, ore lacerato anguloso inaequali. *Krombh. t.* 36. *f.* 8—11. In silvis mixtis, raro. Videtur priori valde affinis, sapor quoque mitis; sed statura curta, firma, caro gilvo-pallida et color obscurior alienus; ex icone ferrugineo-gilvus. Ex *Krombh.*, sed puto me inter praeced. legisse. B. *mitis* Pers. est ipsissimus B. bovinus.

8. B. BADIUS, pileo pulvinato molli viscoso badio-fulvo, *stipite* solido subaequali laevi *pallidiori brunneo-pruinato*, tubulis adnatis sinuatove-depressis majusculis angulatis sordidis ex albo-flavo virescentibus. *Fr. Bol. p.* 5. *El. p.* 126. *Lenz. f.* 35 optima. *Krombh. t.* 36. *f.* 15 omnino! *f.* 17, 18 tubulis brevioribus etc. nonnihil recedit. In montosis pinetis frequ. Distinctissimus, affinitatis fere incertae. Stipes nunc sursum, nunc deorsum, attenuatus; sed primitus exsertus, numquam bulbosus. Pileus vulgo glutinosus, jove sicco vero *siccus nitidus* aut junior quasi villoso-viscosus, *semper laevis et contiguus.* Caro ad tubulos coerulescens. Tubuli

interdum circa stipitem breviores, hinc in S. M. cum B. vaccino comparatus.

9. B. rutilus, pileo pulvinato compacto glabro viscoso rufescenti-testaceo, stipite firmo *laevi glabro inferne rubro, superne luteolo*, *tubulis* adnatis sinuatoque-depressis *minutis* regularibus luteolis opacis. *Fr. Bol. p.* 5. In Scania ut in querceto ad Tosterup. Species olida, pulchella; perquam distincta. Stipes crassiusculus, intus subochraceus, fractus fere nigrescens. Pileus 2—3 unc. latus. Tubuli, ore obscuriori, circa stipitem saepe depressi. Inter praeced. et hunc medius est B. *glutinosus Krombh. t.* 36. *f.* 12—14; ab hoc, poris etc. simillimo, diversus stipite toto luteolo et pileo obscuriori.

10. B. sanguineus, pileo convexo-plano laevi glabro viscido *sanguineo*, stipite aequali laevi luteo sanguineoque variegato, *tubulis* adnatis *amplis inaequalibus luteo-aurantiis. With. arr.* 4. *p.* 319. *Fr. Bol. p.* 6. *Sowerb. t* 225. — *Secr. n.* 36. *Hall. helv. n.* 2313. *Vaill. par. p.* 59. *n.* 5. Raro in silvis. Colore eximio micat. Caro albo-lutescens. — Secund. Sowerby ad formas concolores B. *subtomentosi*, ad hunc non citandas, olim relatus, sed pileo viscoso longe distat.

11. B. piperatus, pileo convexo-plano glabro viscidulo luteo-gilvo, stipite tenui laevi fragili *intus basique* (compressa lactescente) *luteo. tubulis* subdecurrentibus magnis angulatis ferrugineis. *Bull. t.* 451. *f.* 2. *S. M. p.* 388. cum syn. *Batsch f.* 28. *Sow. t.* 34. *Fl. Dan. t.* 1850. *Krombh t.* 37. *f.* 16—20; ceterum ut omnes vulgatior. Boleti fere ubique ad nauseam depictus. In silvis ubique. Ceteris minor, parum viscidus, subinde fimoso-squamulosus, carne luteola, sapore piperato facile distinctus, subvenenatus.

12. B. parasiticus, pileo hemisphaerico glabro viscoso mox *tessulato-rimoso*, stipite tenui incurvo rigido *diffracto-rimoso*, extus intusque luteo, tubulis decurrentibus mediis rotundis simplicibus aureis. *Bull t.* 431. *f.* 1. *S. M.* 389. B. Betula. *Schwein. Car. n.* 860. In terra lignosa Americae frequens; rariss. in *Sclerodermate verrucoso* Galliae. Intus totus luteus, sed pileus pro ratione parvus fuligineo-rubellus l. aurantio-cervinus, quales verrucae diffracti lutescentis.

2. Subtomentosi. *Pileus*, absque pellicula viscida; *in cute primo tomentosus*, dein passim glabratus. Stipes primitus exsertus, nec bulbosus nec venis reticulatus,

licet passim rugoso-striatus. Caro leviter mutabilis. Tubuli unicolores, adnati. *Spec.* 13, 14 *annulati, reliqui nudipedes.*

13. B. CAVIPES, pileo convexo umbonato sicco sordide luteo, floccis innatis squamuloso, *stipite tenui cavo infra annulum flocculoso*, tubulis decurrentibus majusculis compositis lutescentibus. *Klotzsch!* ad specc. miss. *Fries Bol.* p. 7. cum descr. In Styria detexit *Klotzsch.* Sept. 1834. Stipite definite cavo ab omnibus ochrosporis differt.

14. B. SQUALIDUS, pileo convexo-plano udo granuloso-squamuloso luteo, disco brunneo-rufescente, *stipite firmo solido glabro* laevi luteo deorsum viridi-griseo-variegato, *annulo membranaceo fugaci*, poris adnatis majusculis inaequalibus e viridi lutescentibus. — *Secr. n.* 4 excl. syn. In Helvetia. *Non vidi*, nam in sq. velum tantum floccos. in margine. Pileus viscidus quidem dicitur ut sq. (cujus vero mihi tantum udus, nec pelliculosus), cui admodum videtur affinis. Caro mollis corneo-grisea, in sicco flava demumque fracta subviolascens.

15. B. VARIEGATUS, pileo convexo-plano obtuso uvido obscure luteo, *squamulis superficialibus fascicu'ato-pilosis adsperso*, margine acuto primitus flocculoso, stipite exannulato firmo aequali laevi, tubulis adnatis inaequalibus minutis e brunneo-cinnamomeo expallentibus. *S. M.* p. 388. *Obs.* 1. p. 117. (definitio Swartzii ad sq. var.) *Wahl. Suec.* n. 1981. *Weinm. Ross.* p. 298. *Sommerf. Lapp.* p. 273. *Lenz.* f. 59. *Krombh.* t. 34. f. 15—18. t. 75. f. 7—14. B. guttatus. «poris cervinis» *Myc. Eur.* 2. p. 129. B. reticulatus. *Alb. et Schw.* n. 240. — b. B. aureus. *Schaeff* t. 115 haud bona. *Secr. n.* 43. Copiose in pinetis. Stipes luteus, interdum rubens. Caro lutea interdum parum coerulescens.

* B. GUTTATUS, poris majoribus ferruginascenti-l. griseo-olivaceis. *Pers. l. c.* «poris griseis». Bol. variegatus *Swartz*, quoad defin. — *Secr. n.* 44. Cum priori ubique promiscue ut praeeunt. *Swartzio* et *Pers.* vix varietatem dicam.

19 B. SULFUREUS, *pileo* compacto e convexo plano floccis innatis *sericeo-tomentoso stipiteque* firmo ventricoso *laevi glabro sulfureis*, tubulis adnato-decurrentibus brevibus minutis compositis! sulfureis, demum virescentibus. Inter ramenta lignea Upsaliae; in stabulo ligneo maxime abundantem legi. E mycelio lanoso aureo late expanso surgit valde cae-

spitosus, habitu *Agarici spectabilis.* Stipes compactus 1—2 unc. l., unciam cr., saepe adscendens, unicolor, sed demum sordide ferruginascens. Pileus primo hemisphaericus, dein e mutua pressione repandus et concrescens; margine juniori in-involuto acuto. Caro flava, fracta plus minus coerulescens, sed aëri exposita aurea, sub tubulis passim rubens. Tubuli 1—2 lin. longi, solito arctius adhaerentes, tactu mutabiles, demum ferrugineo-maculati. Sporidia e flavo *olivacea!*

17. B. LIVIDUS, pileo e convexo applanato depressove *udo e sericeo glabro tigrino fuligineo-livido lutescente*, stipite laevi sursum incrassato luteo-fuscescente, basi sericeo, *tubulis decurrentibus brevissimis* e luteo virescentibus. *Bull. t.* 490. *f.* 2. *S. M. p.* 389. *Pers. M. E.* 2. *p.* 128. *n.* 7, 8. *Letell. t.* 606. *Secr. n.* 45. Locis humidis subumbrosis, rarior. Solitarius; inaequalis repandusque, mycelio olivaceo-albo. Caro subvirescens. Pori prioris, sed majores subplicati.

18. B. SISTOTREMA, pileo tenui utrinque applanato sericello glabratoque rufo-brunneo, stipite tenui aequali laevi *rufescenti-pallido*, *tubulis* adnatis *brevissimis* inaequalibus luteo-fulvis, *demum gyroso-plicatis*. *S. M. p.* 389. B. gyrosus. *Pers.* Inter Vaccinia in pinetis raro. Stipes etiam flavescens. Pileus vulgo glabratus, sed spongioso-bibulus nec udus viscosus. Caro alba immutabilis. Tubuli 1 lin. tantum longi, demum in faciem Merulii deformati, sed in margine regulares persistunt. — Typus generis *Gyrodontis* Opat., sed omnes ejus species sunt modo Boleti deformes.

19. B. PRUINATUS, pileo e convexo plano rigido sicco purpurascenti-badio glabro *umbrino-pruinoso*, stipite firmo subventricoso laevi glabro luteo rubellove-variegato, basi punctato, *tubulis* adnatis *minutis pallide flavis*. *Fr. Bol. p.* 9. Certe *Bull. t.* 393. *f. B. C.* «ob pileum pulverul.» *Schaeff. t.* 133 ob staturam, *colorem praecipue pororum minutorum.*! sed stipes dicitur reticul. Ceriomyc. cort. mali punic. *Batt. p.* 64. In pratis, fagetis graminosis. Hic et 3 sq. hactenus B. *subtomentoso* subsumti fuerunt et, synonymis aegre dispescendis, valde invitus distinguo. Stipes 2 unc. l., crassior tenuiorve, tritus subviret. Pileus 2 unc. et ultra, vix rimosus, margine obtuso. Caro firma, albida, in cute rubens, ceterum etiam obsolete virens l. coerulesc.

20. B. STRIAEPES, pileo e convexo plano molli sericeo olivaceo, *cuticula intus ferruginea*, *stipite* firmo curvato luteo *fusco-nigro-striato*, basi fusco-rufescente, *tubulis* minutis an-

gulatis *virescentibus*, ore *luteo*. *Secr.* n. 38. (citat *Bolt.* t. 170, quae certe Polyporus). *Batt.* t. 29. C. optime convenit. In pinetis etc. Europae austr. E *Secretan* non visum recepi. Caro alba, ad tubulos et ad stipitis basin, extus concolorem velutinam, lutea.

21. B. CHRYSENTHERON, pileo convexo-plano molli *flocсoso-squamoso* fuscescente subtestaceo, *carne lutea in cute rubra*, stipite subaequali rigido fibroso-striato coccineo flavove, tubulis subadnatis majusculis angulatis inaequalibus luteovirescentibus. *Bull.* t. 490. f. 3. *Schum.* n. 1932. B. reticul. *Secr.* n. 37. excl. syn. P. — *Krombh.* t. 76. *Batt.* t. 30. *E.* In pratis muscosis silvaticis. Pileus saepe areolato-rimosus, tum interstitia coccinea. — Melius forte in *S. M.* et *Pers. M. E.* sq. subjunctus. Variat ut affines statura; pileo glabrescente laetiori; carne subcoerulescente tubulisque circa stipitem depressis (non tamen rotundatis) protractis ut sqq.

22. B. SUBTOMENTOSUS, pileo pulvinato-expanso molli sicco *villoso-tomentoso subolivaceo*, *in cute concolori*, *stipite* valido inaequali *subcostato-sulcato* (sub lente) *punctato - scabrido*, tubulisque adnatis amplis angulatis luteis. *Linn!* — *S. M.* p. 389 cum syn. (incluso prior.) *Nees Syst.* f. 206. *Lenz.* f. 36, 37. — *Schaeff.* t. 112.! *Krombh.* t. 37. f. 8—11. *Secr.* n. 35. — *Fl. Dan.* t 1074. *Batt.* t. 30. *F.* etc. In silvaticis, sed sparsim obvius. Stipes saepe deorsum attenuatus. Caro alba l. pallida, *in cute non rubra*; pileo rimoso interstitia flavescunt. Ceterum tomento olivaceo per aetatem disparente color laetior, gilvus etc. *Clus. pern.* 19. *sp.* 4 a; b. forte sq. sed edulis est.

23. B. SPADICEUS, pileo pulvinato-expanso sicco tomentoso spadiceo opaco, dein vage rimoso, stipite firmo clavato *laevi flocculoso-furfuraceo* luteo-fuscescente, tubulis adnatis majusculis subrotundis luteis. *Schaeff.* t. 126. B. toment. *Kromb.* t 36. f. 19, 20. — *Secr.* n. 40 videtur hic Sepedonio corruptus. In silvis caeduis, circa bases truncorum etc. Tota facies *B. badii*, sed priori proximus. Stipes compactus, adscendens, non rubens, intus lutescenti-albus. Pileus sat compactus, carne alba immutabili, superne fusco-rubente.

24. B. RADICANS, pileo pulvinato sicco subtomentoso ex olivaceo-cinereo gilvo, *margine tenui involuto*, *stipite attenuato-radicato* laevi flavo e *pruina rubente flocculoso*, tactu nudo obscurato, tubulis adnatis amplis inaequalibus citrinis. *Pers. syn.* p. 507. *S. M.* p. 390. *Krombh.* t. 48. f. 1—6. (e

statura) In quercetis (Näset ad Odensjö). Pori B. *subtomentosi*; reliqua B. *badii* aut B. *rubiginosi!* Odor et sapor ingratus. Caro flava, illico obscure coerulescit. Alieni: *M. E.* 2. *p.* 134 ad Schaeff. iconem, quae sq. et *Secr. n.* 26 (forte B. torosus); citat *Paul t.* 179. Sequentem *Krombh. t.* 76. *f.* 7—9 vero potius sistit. Fucatum et descriptum vidi neutrum. Explicent autoptae — et *Mich. t.* 69. *f.* 3 conferent.

3. Calopodes. A Subtomentosis differunt *stipite* validiori, primo in bulbum contracto, *vere venoso-reticulato*; a Luridis *tubulis primitus* unicoloribus, *ore luteis* nec rubris. Tubulorum stratum non postice rotundatum sed in n. 29 depressum. Sporidia pallida. Caro subcoerulescens. — *Clus. pern. Gen XX. spec.* 1—3.

25. B. appendiculatus, pileo compacto pulvinato-expanso subtomentoso e fusco lateritio, *stipite* obeso ventricoso *radicato apice subreticulato tubulisque* adnatis curtis minutis angulatis *flavis. Schaeff. t.* 130. *Fr. Bol. n.* 21. *Secr. n.* 35. In silvaticis, rarior. B. subtomentoso similis, sed major, firmior. Stipes vix umquam rubet. Caro flavida, parum coerulescens; in stipite, ut pori laesi, viret. *Clus. l. c. sp.* 3.

26. B. rubiginosus, pileo pulvinato molli pubescente dein glabrato fusco-rubiginoso, stipite firmo subconico reticulato flavescente, tubulis adnatis inaequalibus *ex albo flavidis. Retz. in Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 253. *Fr. Obs.* 2 *p.* 245. In fagetis aest. rariss. Stipes 2—3 unc. l., unc. cr., tactu olivascens. Pileus 2—4 unc. l., carne alba immutabili nec coerulesc. Iuniorem modo habui — Forte *B cupreus* Secr. n. 46, cui stipes non reticulatus, ut vero Schaeffer petit, qui e statura *B. pruinatus*, var. n. 24.!

27. B. calopus, pileo e globoso pulvinato impolito subtomentoso olivaceo, *stipite* firmo e conico subaequali reticulato *undique apiceve coccineo*, *tubulis adnatis* minutis angulatis luteis. *S. M. p.* 390. *Weinm. p* 300. *Secr. n.* 32. *Krombh. t.* 37. *f.* 1—7. — Pers. e stipite tenui potius B. *chrysentheron*, cui ipse in M E. subscripsit. *Schaeff. t.* 315! e pilei characterist. forma *Bolt. t.* 84. *media* — cfr. descr. l. c. In silvaticis, pinetis. Stipes deorsum demum pileo concolor et elongatus. Pileus non involutus, subrepandus. Caro pallida, coerulesc. *Clus. l. c. sp.* 2. Cfr. Sterb.

28. B. olivaceus, pileo convexo laevi *glabrato* olivaceo-fusco, margine primo inflexo, stipite firmo clavato bulboso reticulo punctisque sanguineo *apice lutescente,* tubulis ad-

natis curtis minutis inaequalibus flavo-olivaceis. *Schaeff. t.* 105. *Secr. n.* 31, 39. B. pachypus b. *S. M. p.* 341. In silvis mixtis, betuletis etc. rarior. Omnino constantem esse semper novi [Cfr. S. M.], sed ob formam mediam (*B. vitellinus* Pers. Obs. 2) distinguere a sq. dubitavi. Caro coerulescens, dein alba.

29. B. PACHYPUS, pileo pulvinato sicco subtomentoso e fuscescente *alutaceo-pallido*, stipite crasso firmo reticulato flavo rubroque vario, *tubulis* subelongatis circa stipitem abbreviatis *subliberis* rotundis flavis, *ore concolori* (numquam rubente!) *S. M. p.* 390. *a. Lenz p.* 66. *Weinm. p.* 300. *Letell. Suppl. t.* 641. ex Berkel in litt. Idem et B. elatus. *Pers. Myc. Eur. n.* 13, 16. *Secr. n.* 29. *Krombh. t.* 35. *f.* 13-15, stipes multo minus rubet etc. In silvis montanis freq. Praecedd. longe robustior, amplior (4—8 unc. lat.) tubulis subliberis et statura *B. edulium*. Stipes primo curtus, ovato-bulbosus, dein exsertus longus, aequalis, semper crassus. Caro crassa, albida, leviter coerulescens, ut pori demum subvirentes. *Clus. l. c sp.* 1, sed edulis e Lasch.

* B. AMARUS, pileo planiusculo laevi pallescenti albo, stipite subaequali vix reticulato albo. *Pers. syn. p.* 511. *Krombh t.* 35. *f.* 10—12, ex qua mihi diversa species fere videtur; licet *B. pachypus* mihi copiose obvius, nil simile legi. Caro alba, vix coerulescens. Odor ingratus.

30. B TOROSUS, pileo pulvinato impolito livido-fuscescente, tactu nigro-maculato, demumque lutescente, stipite obeso bulboso reticulato purpurascente, superne luteo, *tubulis* elongatis minutis rotundis *luteis*, *ore demum rubris*. *Fr. Bol. p* 10. B. pachypus. *Secr. n.* 24 excl. syn. In fagetis Helvetiae. *Non vidi*, sed statura compacta praeced., curta, valida, odore forti. Caro luteo-sulfurea, virescens, demumque fracta coerulescens. *Non vidi.*

4. LURIDI. Tubulorum strato versus stipitem rotundato et libero, *ore primitus* obturato *rubro* mox a prioribus dignoscuntur. Ceterum pileus compactus demum mollis, pulvinatus, carne succosa. Stipes validus, primo curtus bulbiformis, dein elongatus et subaequalis reticulatus l. squamulosus, ultimae laevis. *Praeamant silvas frondosas et regiones australes. Venenati* «praesentemque mortem saepe eis adferentes, qui vescuntur.» *Clus. pern. gen. XIX. spec.* 5—7.

31. B. SATANAS, pileo pulvinato *glabro subviscoso e fuscescenti-alutaceo albicante*, stipite obeso ovato-ventricoso su-

perne reticulato sanguineo, tubulis liberis minutis luteis, ore primitus sanguineo-coccineo. *Lenz. f.* 33. *Fr. Bol. n.* 26. B. marmoreus *Rocq. t.* 6. B. sanguineus. *Krombh. t.* 38. *f.* 1—6. non Wither. — nec Secr. (B. rubeol. β. *Pers.* omnino anceps). In silvis raro. Speciosus, robustus, mitis, sapore haud amaricante. Caro albida, fracta rubescens l. violascens. Pori vetusti aurantiaci, sporidiis terreo-flavis. Primus clare distinxit et vitae periculo venenatum probavit *Lenz*, cujus nomen servet! (Ad Neu-Brandenburg legi 1828, nondum in Suecia.)

32. B. lupinus, pileo pulvinato *glabro sicco impolito* e *livido-virescente* lutescente, stipite obeso ovato-bulboso obsolete reticulato concolori roseo-sanguineo tincto, tubulis liberis minutis luteis, ore aurantio-rubro. B. rubeolarius. *Swartz. l. c. p.* 6. B. sanguin. *Secr. n.* 21. non With. nec Krombh. B. tuberosus. *Letell. Hist. f.* 32. non Alior. B. erythropus. *Krombh. t.* 38. *f.* 7—10 non Pers., cui stipes tenuis «non bulbosus, intus ruber" cfr. *Obs. M.* 1. *p.* 23. *Sowerb. t.* 250 haud bona, ex syn. Bull. sq.! In silvis gregarius, immo caesp. Stipes demum pro more elongatur. Caro flavida, mox coerulescens, nec rubescens. *Odor ut sapor acidus.*

33. B. luridus, pileo pulvinato *tomentoso umbrino-olivaceo dein subviscoso fuligineo*, *stipite* valido *miniato-rubro* reticulo punctisve obscurioribus notato, tubulis liberis rotundis luteis dein virentibus, ore e miniato aurantio. *Schaeff. t.* 107. (forma inconsueta) *S. M. p.* 391 cum syn. *Pers. M. Eur.* 2. *p.* 132! *Tratt. Aust. f.* 17. *Grev. Scot. t.* 121. *Letell. hist. f.* 32. *Krombh. t.* 38. *f.* 11—17. B. rubeolar. *Bull. t.* 100. — b. tuberosus, stipite curto bulboso, vix reticulato. *S. M.* — *Pers. l. c.* B. rubeolor. *Pers. syn. p.* 512! *Bolt. t* 85. In silvis et solus ex affin. In Sueciae montosis, frequentissimus. Stipes apice subaurantius. Caro lutea, coerulescens, l. virens. Sapor mitis, sed venenatus: *Clus. l. c. sp.* 5. — Secret. separat *B. rubeolarium* Bull. (Secr. n. 18) hymenophoro rubro-aurantio a *B. lurido* Schaeff. hymenoph. luteo (Secr. n. 22), quas differentias nec ipse nec alii observarunt. — *Bull. t.* 490. *f.* 1, inter hunc et sq. media ratio.

* B. erythropus, stipite tenuiori aequali non reticulato, sed squamuloso-punctato, intus subrubente. *Pers. et Fr. ll. cc.* Eisdem locis, annis siccioribus. Minor. Pileus saepe fulvo-rufescens. Stipes nunc brevis, nunc elongatus.

*Fl. Dan. t.* 1962 carne non coerulesc. sq. accedit. Cfr. *Secr. n.* 19, 27 etc. *Forte in Europa australi plures, non vero apud nos, separari possunt.*

34. B. PURPUREUS, pileo pulvinato *subvelutino opaco sicco purpurascenti-rubro*, stipite valido luteo venis punctisve purpureis variegato, tubulis subliberis minutis luteo-virescentibus, ore purpureo-aurantiis. *Fr. Bol. p.* 11. *Krombh. t.* 37. *f.* 12—15 speciosior, pileo-roseo, (ut var. B. *Satanae*, sed in textu omittitur) *Secr. n.* 28 *B.* praec. nostro convenit; *A. l. c.* forma minor et? *n.* 25 status typicus pileo rubro-testaceo stipite reticul. *Clus. pern. g.* 19 *spec.* 7. cum ic. bon. In silvis Europae mediae, inque Scania semel. Valde speciosus. Stipes non l. apice obsolete reticulatus; intus, praecipue basi, rubescens. Caro junior modo coerulescens, dein obscure lutea.

35. B. SORDARIUS, pileo pulvinato *glabro* sicco fuligineo-cinereo, stipite valido bulboso stramineo fusco-reticulato, basi fuligineo *apice tubulorumque* subliberorum minutorum *viridium ore gilvo-rubiginosis.* B. rubeolarius. *Sv. Bot. t.* 246. In pinetis raro. Olim mera varietas *B. edulis* (Swartz saporem mitem fungumque edulem testatur), sed tubuli primitus saturate colorati, intus sordide virentes, quod tantum in *B. eduli* exoleto observatur. Cfr. *Fl. Dan. t.* 1296! Caro pallide straminea, raro coerulescens. *Secr. n.* 24 est species anceps, poris monstrosis.

36. B. FULIGINEUS, pileo pulvinato *villoso-sericeo sicco fuligineo-olivaceo*, stipite firmo conico *laevi glabro bicolori superne fuligineo-umbrino*, tubulis liberis elongatis albidis, ore irregulari sinuoso olivaceo-gilvo. *Fr. Bol. n.* 37. Locis graminosis in pinetis montosis, raro; subcaespitosus, pileis subinde concrescentibus. Stipes 3 unc. l., basi $1\frac{1}{2}$ unc. usque crassus, albidus, numquam reticulatus nec punctatus! Pileus hinc inde villo griseo conspurcatus. Caro alba, non mutabilis, tandem grisea. Sporidia ignota. Forte Derminus, *Favosis* utique affinis.

* B. FARINACEUS, pileo pulvinato difformi udo, *guttis aqueis irrorato*, cinguloque medio carneo farinoso, stipite valido incrassato demum rimose dehiscente, *sursum albo farinaceo* basi angustata incurva, tubulis subliberis brevibus farina alba obturatis. *Secr. n* 41, certe status degener; B. aquosus *Krombh. t.* 76. *f.* 18, 19 videtur status normalis, sed ex sola icone non fucata descr. non licet. In quercetis.

*Non vidi*, systematico loco anceps. Pileus disco lutescens, a margine brunneus. Caro et stratum tubulorum, *ore sub pruina pallide fusco*, albo et rufescenti-luteo variegata.

5. Edules. *Stratum tubulorum*, *ore primitus haud rubentium*, sed vulgo albo farctorum, *circa stipitem depresso-rotundatum*, subliberum. Statura ceterum valida, bulbosa etc. *Luridorum*, sed stipes, duabus speciebus primariis exceptis, nec reticulatus punctato-squamulosusve nec ruber; caro vix mutabilis, sapor gratus. Prae ceteris esculenti: *Clus. esc. gen. XVI.* (Cfr. n. 29).

37. B regius, pileo pulvinato *glabro* sicco *subsanguineo*, *stipite* crasso *reticulato luteo basi purpurascente*, tubulis semiliberis minutis curtis aureis. *Krombh. t.* 7 speciose! In silvis Eur. mediae, rara. Gregarius, amplus, pulcherrimus, sapidissimus. Caro flavida immutabilis. Pileus variat purpureus et olivascens. Ex ic.

38. B. edulis, pileo pulvinato *glabro* udo *subbrunneo*, *stipite* valido *reticulato pallide fuscescente*, tubulis semiliberis elongatis minutis, primo albis dein luteis virentibusque. *Bull. t.* 60, 494. *S. M. p.* 392. ubi syn. *Sowerb. t.* 111. *Sv. Bot t.* 197. *Lenz. f.* 34. *Tratt. Austr. f.* 34. *Krombh. t.* 31. *Vittad. t.* 22. *Letell. Suppl. t.* 614. *Schaeff. t.* 134, 135. *Paul. t.* 167, 168. In silvaticis, ubique. Caro alba, in cute rubens, e compacto mollior. Pileus variat albus, griseo-rufescens etc. Stipes interdum obsolete reticulatus et, jam observante *Clusio*, nunc curtus bulbosus, nunc elongatus, aequalis — etiam radicans, hinc B. *esculenti*, *dulcis* et *umbrini* Pers. M. Eur. 2 n. 14, 19, 28 descriptiones nullas differentias exhibent. Deliciosus: *Caesalp.* — *Clus. l. c. sp.* 3 cum parandi modo.

39. B. aeneus, pileo pulvinato *glabro* subpelliculoso *olivaceo-fusco* subnigricante, *stipite* valido subreticulato *luteolo basi fuscescente*, tubulis minutis subliberis sulfureis. *Bull. Champ. p.* 321. *S. M. p.* 393. *Krombh. t.* 36. *f.* 1—7 pro more optima. *Rocq. t.* 3 *f.* 3. rel. fig. ad praeced., teste Krombh. In silvaticis rarior. Stipes junior oblongatus, nec bulbosus. Pileus minor Caro alba, in aëre lutescens. — *Bull. t.* 385 sistit var. sq. affinem, minorem carne in cute rufescente. Var. *leucopora* junior videtur. *Clus. l. c. sp.* 1.

40. B. vaccinus, pileo pulvinato-expanso *subvilloso castaneo*, *margine obtuso*, *stipite* bulboso sursum *laevi concolori*, *basi fulvente* lacunoso, tubulis liberis minutis rotundis al-

bofarctis dein flavis. B. castaneus. *Schum!* *n.* 1935 non Bull. *S. M.* *p.* 392. *Obs.* 2 *p.* 246. *Fl. Dan.* *t.* 1792. In fagetis at raro. Species nobilis, subcaespitosa, stipite adscendente clavato, a *B. badio* cautius separanda; ab *B. aeneo* diversus fere ut *B. edulis* a B. regio. Caro alba, immutabilis, in cute rubens.

41. B. FRAGRANS, pileo pulvinato repando *subtomentoso fusco-umbrino*, *margine inflexo*, *stipite* valido *laevi luteolo* rubroque-variegato, tubulis semi-liberis minutis rotundis luteis virescentibus. *Vittad. mang.* *p.* 153. *t.* 19. B. aeneus *Secr.* *n.* 17. [*Krombh.* *t.* 75. *f.* 15—21, non fucata, e statura plene convenit]. In silvis frondosis Europae austr. passim. Stipes primo ovato-bulbosus; basi saepe fusiformi Pileus inaequalis, passim purpureo — l. maculatus l. marginatus. Caro lutea, nunc immutabilis nunc virescens l coerulescens; etiam demum rubescens. *Clus.* *l.* *c.* *sp.* 2. *c.* *ic.*

42. B. OBSONIUM, pileo pulvinato-expanso *sericeo-laevigato cinnamomeo-helvolo*, *margine acuto*, *stipite* firmo *conico laevi pallidiori*, tubulis semiliberis minutis rotundis luteis concoloribusque. Tubip. Obsonium *Paul.* *t.* 171. *f.* 2, 3.! (exoletus, tubulis demum pileo concoloribus, ut in B. eduli etc.) — e *nomine gallico*, *certe Krombh* *t.* 76. *f.* 12—14 juniorem quoad staturam optime refert. *Mich.* *t.* 68. *f.* 1? Vittadini enim ad priorem citat. In silvis Europae austr.; e Gallia occid. habeo icon. et descr. Forma admodum regulari, stipiteque conico levissimo mox dignoscitur. Pileus primo adspectu glaber, sed cutis subsericea. Caro pallida, vix mutabilis.

43. B. IMPOLITUS, pileo pulvinato dilatato flocculoso sordide pallescente demum granuloso-rivuloso, margine obtuso, stipite curto valido compacto laevi pallido, tubulis subliberis longissimis majusculis luteolis. [*Krombh.* *t.* 74. *f.* 10, 11, non fucata, staturam optime exhibet !] B. (dubius) acidesc. *Myc. Eur.* 2. *p.* 141, sed ut omnia l. c. obscure indicata. — b. pileo rimoso-areolato. B. reticulatus. *Schaeff.* *t.* 108 et *Pers. syn.* *p.* 508 (non Aliorum), ob pileum multis eodem modo rimosum toties confusus, h. l. potissimum, sed stipes semper laevis! forte in Schaeff. siccitate diffracto-areolatus. In quercetis Sueciae mediae, aestate, raro. Eximie distinctus, sed calore vulgo deformatus l. semisiccatus *Cladosporio* etc. inquinatus vulgo legitur. Odor et sapor gratus. Stipes durus, aequalis, *numquam reticulatus*, 2 unc. l. et aeque fere crass.

Pileus 4 unc. et ultra, saepe repandus, etiam minute rivuloso-areolatus. Caro crassa, in cute flavescens, nec rubens; stipes interdum cyanescens.

44. B. AESTIVALIS, pileo pulvinato sericeo molli, dein rivuloso sericello-granulato opaco alutaceo-pallescente, *stipite valido firmo subconico laevi tubulisque* elongatis minutis aequalibus *pallescenti-albis.* Tubiporus aestival. *Paul. t.* 170! B. Cepa. *Thore Chlor. Land. p.* 482? In silvis Europae austr.-occid., Majo-Jul. Est, e Pauletio, inter maximas, fragrantes et deliciosas species, hinc a Limacibus et larvis valde infestatus. *Non vidi. Sporidiis ignotis* ambigit inter *Edules* et *Versipelles.* B. (dubius) corrugatus *Myc. Eur. l. c.* hujus forte loci, sed miror Auctores species sibi ipsis dubias describere! Quae Auctori non clara, aliis semper ut perennia dubia vexabunt.

II. DERMINUS. [S. M. p. 393]. Tubuli albi in griseum vergentes. *Sporidia in* 1. *fusca; in* 2. *obscure ferruginea.*

1. FAVOSI. Tubuli ampli, *angulati l. inaequales, adfixi,* sed circa stipitem saepe abbreviati, non vero stratum rotundato-liberum formantes. *Cfr. n.* 36.

45. B. STROBILACEUS, nigrescenti-umbrinus, pileo pulvinato squamis crassis floccosis imbricato, *stipite aequali velato* apice sulcato, *tubulis porrecto-adnatis* amplis angulatis albido-fuscis. *Scop. Ann. IV. t.* 1. *f.* 1. *Dicks. Cr. Brit.* 1. *t.* 3. *f.* 2. *Fr El. p.* 127. *Mont.! Ann. Sc. Nat.* 1836. *Jun. Krombh. t.* 74. *f.* 12. 13. B. strobiliformis *Vill.* B. stygius. *Wallr, Cr. Germ.* 4. *p.* 608. B. coniferus. *Pers.* — b.′ squamis squarrosis. B. echinatus. *Vill.* B. squarrosus. *Pers. M. E.* 2. *t.* 19. In silvis, praec. pineto-montanis, sed etiam in Scaniae fagetis legi. Habitus *Hydni imbricati!*

46. B. FLOCCOPUS, cinereus, demum nigrescens, pileo pulvinato molli tomento areolato-fasciculato squamoso-squarroso involuto, *velo bombycino crasso* annulari appendiculato, stipite valido inferne umbrino-tomentoso, sursum lacunoso, *tubulis postice abbreviatis aequalibus* magnis difformibus albo-griseis. *Vahl! Fl. Dan. t.* 1252. *S. M. p.* 393. *Chev. par. t.* 6. *f.* 10. B. strobiliform. *Cumini in act. Taur.* 2. B. cinereus, floccopus, gossypinus *Pers. M. E.* In silvis umbrosis, v. c. Smolandiae, raro. Valde spectabilis, stipite nunc curto, nunc elongato; priori firmior et amplior, sed meo sensu haud satis distinctus, sed aliis aliquantulum etiam concedendum fingo.

† B. COCCINEUS s. Fungus coccineus, squamosus et globosus. *Plum. Fil. Amer. t.* 167. *f. A, A.*, tota indole et margine longe excedente, in velum incurvato, prioribus omnino respondet, sed pilei colore veliqne indole cum B. *versipelli* analogus.

47. B. VISCIDUS, pileo pulvinato molli *glabro viscido* sordide lutescente, *velo subannulato lacero albo subappendiculato*, stipite lacero superne reticulato, tubulis adnatis amplis inaequalibus lividis. *Linn. Suec. p.* 452 primarius, omnino! [Dein cum B. *scabro* confusus]. *Retz. Scand. n.* 1892 qui B. scabrum *l. c. n.* 1893 sub B. *convexi* nomine, ob hymenium convexum, nec immersum, primus separavit. *Fr. Bol. n.* 35. B. aeruginasc. *Secret.* 3. *p.* 6. In silvis ferromontanis Sueciae, inque Helvetia. Nomen optimum, nam non pileus tantum viscosus, sed stipes et velum demum in gluten viscosum simul solvuntur. Velum ut in *Bol. luteo* (Cfr. *Krombh. t.* 33. *f.* 10) et plerisque annulatis variat volvaceum; et ad tales status *hujus regionis* pertinet monstrum: *Boletus volvatus.* Pers. M. E. t. 17. f. 1.

48. B. PORPHYROSPORUS, pileo explanato amplo *sicco velutino olivaceo*, *velo nullo*, stipite aequali laevi e punctis minutis stipatis fuligineo, tubulis semiliberis amplis pentagonis griseis, tactu umbrinis. *Fr. Bolet. n.* 36. B. pseudo-scaber. *Secr. n.* 14 e descr. sed synon. diversissima, et B. *floccopede* nec B. *scabro* affinis. Ad margines arenosas viarum, in Smolandiae pinetis, raro. Summum decus! Odor gravis. Stipes 4—5 unc. longus, curvato-adscendens, non scaber, sed quasi pruinato-punctatus. Pileus spithamaeus usque, pube erecta velutinus, contusus nigrescens. Caro crassa, nivea; ad poros, ut hi fracti, coerulescit. *Sporidia fusco-purpurea!*

49. B. ASPRELLUS, pileo convexo-plano flocculoso-laevigato rivulosove-squamuloso sicco opaco, velo nullo, stipite brevi bulboso-ventricoso *squamoso* albo, tubulis semiliberis convexis majusculis albidis, ore inaequali elongatoque. *Batt. t.* 30. *C.* B. chioneus. *Secr. n.* 13 excl. syn. (ore obscurato) B. cinereus. *Krombh. t.* 4. *f.* 26, 27. (stipite basi attenuato) minime Pers.! *Clus. pern. g.* 19. *sp.* 3. In fagetis, raro. *B. scabro* sat similis ejusque modo colore varius (vidi tamen vulgo pileum lividum), sed stipite brevi et tubulis bene diversus.

2. VERSIPELLES. Tubuli minuti, *rotundi*, *aequales*, in stratum convexum a stipite liberum stipati. *Colore et vestitu pilei stipitisque valde mutabiles.*

50. B. ALBO-ATER, pileo pulvinato subtomentoso-velutino nigro, stipite brevi flocculoso velato atro, poris liberis minutis albis *Schwein. Car. n.* 864. Frequens in silvis humid. Americae borealis. Pileus triuncialis; stipes biunc. Ut *B. floccopus* ad *B. strobilaceum*, sic ad hunc accedere videtur:

* B. FLOCCOSUS, verrucoso-floccosus, pulverulentus, pileo pulvinato cinereo-fusco, margine revoluto frustulis veli subannulati appendiculato, stipite cinereo-nigro, poris minutis candidis. *Schwein. l. c. n.* 863. Locis graminos. cum priori. Exceptis poris minutis a B. *floccipede* vix differt. Neutrum vidi.

51 B. VERSIPELLIS, pileo pulvinato *sicco primo compacte tomentoso*, dein squamoso laevigatoque, *velo membran. annulari inflexo appendiculato*, stipite solido sursum attenuato rugoso-squamoso, tubulis liberis planis minutis sordide albis, ore subgriseo. *Fr. Bol. p.* 13. — a.) pileo rufescente. *Batt. t.* 30. *f. A.* B. rufus *Schaeff. t.* 103 (non B. aurantius ex Bull.!) B. aurantius. *Sow. t.* 110. *Pers. Obs.* 2. *p.* 12. *Krombh. t.* 32 (pr. mel. parte saltim). B. scaber *β. Pers. M. E. p* 147. *Vaill. par. p.* 59. *n.* 3. — b) pileo fuligineo. B. scaber *γ. Myc. Eur. l. c.* In silvaticis, praecip. regionum australior. E *statura et partium colore* mihi impossibile est e *B. scabro* species separare; inquiratur, an praesens e notis datis sit distinguendus, an B. *versipellis* sporidia, pingente *Schaeffero*, rotunda; B. scabri certe fusiformia. Esculentus, sed *B. edulibus* vilior. Cfr. *Rotterbultz* apud *Clus. Hist. p.* 284. *Sterb. t.* 15. *A.*

52. B. SCABER, pileo pulvinato *glabro, udo viscido*, demum ruguloso rivulosove, *margine cortinato, stipite solido* attenuato squamis fibrosis exasperato, tubulis liberis convexis rotundis minutis ex albo sordidis. *S. M. p.* 393! *Lenz. f.* 32. *Vittad. t.* 28. *Sommerf. Lapp. p.* 273. *Weinm. p.* 303. B. convexus. *Retz.!* In silvis; in montosis borealibus abundantissimus inter Hymenomyc., *Styggen* dictus, altissimeque, supra Betulas, in alpes adscendens. Nunc robustus, nunc tenuior, colore pilei verrucarumque valde ludens. Cfr. *Secr. n.* 6—12 (incluso priori). Sqq. formae forsan notandae: a) pileo rufo, lutescenteve. B. aurantius. *Bull. t.* 489. *f.* 2. — b) pileo fuligineo-cinereo: *Fl. Dan. t* 833. *f.* 3. *Bull. t.* 132, 489. *f.* 1. *Sow. t.* 175. *Krombh. t.* 35. *f.* 1—6. — c) pileo fusco-nigro, *stipite flocoso-squamoso*, tub. candidis

lutescent. *Obs.* 2. *p.* 249. *Schaeff. t.* 104. d) pileo stipiteque olivaceo (*Bolt. t.* 86) — vel ex albido aerugineis. B. scaber chioneus. *Obs.* 1. *p.* 111. cum forma aeruginea *l. c.* 2. *p.* 250. *Clus pern. g.* 19. *sp.* 2., sed edulis est.

53. B. RUGOSUS, pileo pulvinato laevi sicco glabro, margine nudo, *stipite subcavo costato-rugoso* elongato valido, tubulis liberis minutis rotundis albis. *Fr. Bolet. p.* 14. *Sowerb t.* 420 («nomen hujus ad *t.* 421 errore translatum»). B. leucophaeus. *Pers. Myc. E.* 2. *p.* 140. E descript. *Paul. t.* 178. *f.* 3 (non vidi). In Anglia, Gallia! Statura prioris sed stipes non squamosus, pileus badius l. fuscus, velum nullum. lusio audacius priori in El. subscripsi.

54. B. LAEVIS, pileo pulvinato expanso laevi glabro, margine nudo, *stipite* solido firmo *brevi corticato laevissimo*, tubulis liberis rotundis minutis cinerascentibus. *Fr. Bol. p.* 14. Ex Islandia multa et eximia spec., in spiritu vini optime conservata, habui a Comite *Raben* collecta. Est e nobilissimis, alii vix affinis, *cortice stipitis polito*, ut in *Ag. radicato*, maxime recedens. Habitus et coloris pilei varietas ceterum B. scabri et *Paul. t.* 169 idem videtur.

III. HYPORRHODIUS. Tubuli (adnexi) albidi, e *sporidiis roseis* dein albo-incarnati. Velum nullum. Stipes solidus. *Noli ex partibus externis aliis immiscere.*

55. B. ALUTARIUS, pileo pulvinato-expanso molli velutino dein glabro fuscescenti-alutaceo, carne alba, stipite solido bulboso laeviusculo apiceque scruposo *tubulisque* circa stipitem depressis *brevibus planis rotundis albis, tritis fuscescentibus. Fr. Obs.* 1. *p.* 145. In pratis silvaticis raro. Sq. utique nimis cognatus (ut *B. cyanesc.* B. castaneo), sed cum subtilior specierum distinctio placeat, facile dignoscitur carne subimmutabili, sapore miti aquoso. *B. dulcis* Pers. tubulis longissimis viridi-flavis longe, ad B. edulem, divergit, sed *Krombh. t.* 74. *f.* 8, 9 non fucata, staturam bene exhibet.

56. B. FELLEUS, pileo pulvinato molli glabro laevi brunneo-gilvo, stipite solido sursum attenuato reticulato, *tubulis adnatis convexis elongatis angulatis* carneque fracta ex albo incarnatis. *Bull. t.* 379. *S. M. p.* 394 c. syn. *Krombh. t.* 74. *f.* 1—7. *Weinm. p.* 304. In pinetis, hinc ut Smoland. occid. sabulosae frequens, illinc prorsus desiderata. Sapor amarus. Color pilei variat castaneus, fulvus et gilvus, stipes subconcolor passim olivascens; interdum squamuloso-punctatus! ut *B. erythropus.*

IV. LEUCOSPORUS. Tubuli (liberi) albi, dein flaventes, *sporidiis albis.!* — *Stipes extus numquam reticulatus, rigidus, intus medullato-farctus demum vulgo excavatus.* — *Longe ab omnibus praecedentibus distant! sed, licet constantes, inter se tam affines, ut duce Vaillantio pro unius specei subspecies potius sumerem!, praecipue cum in diversis regionibus vel omnes* (sed diversis locis) *adsunt vel désunt.*

57. B. CYANESCENS, pileo convexo-expanso adpresse tomentoso floccosove-squamoso opaco subfuscescente alutaceo, *carne* compacta alba, *fracta mox obscure cyanea, stipite medulla spongiosa farcto excavatoque* ventricoso villoso-pruinoso concolori, apice constricto laevi albo, tubulis liberis minutis rotundis albis dein flavis. *Bull. t.* 369. *S. M. p.* 395. c. syn. *Letell. Champ. t.* 654. *Krombh. t.* 35. *f.* 7—9. *Weinm. p* 304. *Vaill. par. p.* 60. *n.* 8. In pratis et silvis sterilibus. In Smol. occid. et Hallandia frequentem, alibi numquam vidi. Summopere insignis, compressus succum coeruleum fundit. Sporidia cum tubulis in lutescenti-album transeunt.

58. B. *CASTANEUS, *pileo* convexo-expanso- depressove firmo *stipiteque* e farcto cavo e *basi subbulbosa* attenuato laevibus *opacis velutinis cinnamomeis, carne alba immutabili,* tubulis liberis curtis rotundis albis dein sordide luteis. *Bull. t.* 328. *Pers. M. E.* 2. *p.* 137. B. cyanescens *β. Weinm. p.* 305. *n.* 14. *Vaill. l. c. n.* 8 var. superficie castanea! Cum praeced. etiam apud nos passim, sed paulo minor et proximis exacte intermedius. Pileus in hoc primo [non apicem constrictam ut in priori] basin stipitis amplectitur, unde hic junior basi obsolete submarginato — bulbosus. H. l. *B. fulvidus* villosus.

59. B. FULVIDUS, *pileo* convexo-plano rigido *stipiteque* e farcto cavo *aequali* firmo laevibus *glabris nitidis fulventibus, carne alba* sublutescente, tubulis liberis elongatis rotundatis ex albo citrinis. *Fries Obs.* 2. *p.* 247. *Krombh. t.* 4. *f.* 28—30. Bol. testaceus, *Pers. M. E.* 2. *p.* 137. — *Vaill. par. p.* 60 *n.* 8 var. «superficie crocea»! In pratis sterilibus; copiosiss. in ericetis vastis territorii Sunnerbo Smolandiae. Pileus semper exsertus, hinc stipes nec basi constrictus; color intensione variat.

60. B. RUBELLUS, pileo convexo-plano depressoque *stipiteque* farcto *ad basin flavidam attenuato* glabris opacis rubris, *carne flavida molli* immutabili, tubulis liberis brevibus

minutis aequalibus flavidis. *Krombh. t.* 36. *f.* 21—24 bene convenit (licet, sporidiis non indicatis, pro minuta forma *B. sanguinei* forsan sumeres). Cum praeced. in collibus graminosis. Minima praecedd. forma, pileo stipiteque subcurvato tenuibus. Hae quattuor species, charact. evidentibus habituque diversissimo, seriem sistunt prorsus contiguam, ex eodem typo manifeste enatam!

*Obs.* Ad sporidiorum colorem et tubulorum insertionem, primarias notas a me primo laudatas, probe attendendum. Cum tubulis liberis non commutes *circa insertionem sinuato-depressos* (n. 9 etc) *vel in sinulos rectos elongatos*, ut in ultimis *Subtomentosis* et *B. strobilaceo*, quibus hic a *B. cinereo*, tubulis subliberis, acute differt.

**XXII. POLYPORUS (S. M. p. 341.)** Hymenophorum *inter poros in tramam descendens* sed cum eisdem *in stratum proprium seu discolor mutatum. Pori* hinc cum pilei substantia contigui, *a se invicem haud separabiles, primitus obsoleti* (etiam omnino nulli!) l. *minutissimi*, dein rotundi angulati l. laceratione varii. *Fungi varii, haud praeformati ut Boleti, sed successive et indefinite excrescentes, odore primitus acidulo.* Boleti spec. *L. et Auct.*

Genus, Agarici instar in priori ordine, centrale, ad reliqua omnia accedens, quorum differentia suis locis exponitur. Pororum stratum, licet adultum a pilei substantia discolor sit et heterogeneum appareat, immo in P. *betulino* secedat, primitus a pilei substantia poris pertusa manifeste formatum, ut in ipso *P. betulino* primitus absque poris massam similarem mollem sistente videre licet. — Species duplici ratione proponi possunt *vel e coloribus, forma infinite varia* etc., tum vagae, indefinitae, innumerae a *P. squamoso, velutino, versicolori* etc. etc. pro singula arbore oriuntur, ut apud Secretan videre licet; *vel ex ipsa vegetationis historia, contextu, sporidiis* (dolendum haec in multis esse ignota, ut dispositio primaria ex eis peti non possit; temere hunc cum pororum convenire finxit *Wallroth*) etc. *tum species nobilissimae, clarae, admodum diversis regionibus adscriptae.* Mirenda apud Auctores insuper confusio *specierum vere et necesse resupinatarum* cum individuis Apodum resupinatis, quarum acutas differentias naturalis instinctus a primis meis studiia

me edocuit. Exoptanda continuatio egregiae Monographiae Cl. Rostkowii in *Sturm. Deutschl Fl. III.*

I. Mesopus. Pileus integer. *Stipes* distinctus, verticalis, *simplex, basi concolori* nec definite nigricante. Polyporus. *Mich. p.* 129.

1. Carnosi; pileo carnoso, fragili lentove, [sed non coriaceo,] azono. *Leucospori, terrestres, edules, autumnales.*

* *pileo impolito, squamoso floccosove.*

1. P. tessulatus, *pileo* carnoso convexo regulari *tessulato-rimoso* stipiteque centrali aequali elongato *villoso-squamoso cinereis, poris amplis tetragonis* pallidioribus. *S. M. p.* 342. c syn. *Mich. t.* 71. *f.* 2. In alpibus Eur. austr. Nobilis. *P. pedi Caprae* affinis, sed eumorphus et regularis. *Non vidi.*

2. P. Tuberaster, *pileo* carnoso lento e plano infundibuliformi repando *villoso-squamoso* flavescente, *stipite* curto firmo lento *glabro porisque firmis subangulatis aequalibus* albidis. *S. M. p.* 347. c. syn.! — *Iacq. Coll. Suppl. t.* 8, 9. *Paul. t.* 165; 166. *Mich. t.* 71. *f.* 1. *Batt. t.* 24. *A.* In montibus Italiae. Mycelium terram in massam lapidarem conglobat, quo aliorsum translato (etiam ad Sueciam) propagatur et in usum culinarem in Europa austr. passim colitur.

3. P. subsquamosus, pileo carnoso tenaci explanato laevigato albido, plerumque *areolato-squamoso*, stipite obeso duro glabro albido, *poris mollibus subflexuosis inaequalibus* albis. *Linn Suec.* 1250! *S. M. p.* 346 c. syn. *Iacq. Coll.* 1. *p.* 342 non Afzel. nec Secr.! In pinetis siccis montanis, ut Smolandiae, et alpinis inter acus emergit amplus (spithamaeus usque), admodum firmus, sat regularis, simplicissimus, a sq. diversissimus! *Var.* repandus *S. M. l. c.* pileo cinereo fibrilloso, poris rotundis — insignis.

4. P. ovinus, *pileo* carnoso *fragili* difformi impolito mox diffracto-squamuloso *albido*, stipite brevi inaequali albo, *poris minutis rotundis aequalibus* ex albo citrinis. *S. M. p.* 346. c. syn. — *Schaeff. t.* 121, 122. *Fl. Dan. t.* 1618. *Weinm. p.* 307. *Krombh. t.* 52. *f* 1. *Rostk. t.* 3. In pinetis region. camp.; Upsaliae copiose. [Numquam hic et prior in eadem regione adsunt.] Valde versiformis, sat compactus, sed fragilis. Etiam crudus, *amygdalino sapore* gratus, a commilitonibus meis sub excursionibus mycologocis copiose comeditur. Var. *caespitosus.*

Hunc *Lenz f.* 42, priorem *Lenz f.* 41 sistit.

5. P. LEUCOMELAS, *pileo* carnoso subfragili difformi sericello-squamuloso *nigro-fuliginoso*, stipite valido inaequali subtomentoso concolori, *poris majusculis inaequalibus cinereis*, ore albido. *S. M. l. c. Mich. t.* 70. *f.* 3 (f. 2. var. *repandam* n. 3 sat refert, sed forte hic). *Paul. t.* 164. *f.* 3, 4. Boletus leucomelas. *Pers. syn. p.* 515. Unicum tantum specimen in Hercynia quondam legit Persoon; mihi aliquoties in reg. Upsaliensi obvius. Stipes nunc curtus tuberosus uncialis; nunc 2—3 unc. l., aequalis, adscendens; intus quoque fere nigrescens. Pileus ad 3—4 unc. dilatatur, carne alba, fracta rubente. Pori exsiccati fere nigrescunt.

P. cinnamomeus. *Jacq. Coll.* 1. *t.* 2. *Tratt. aust. f.* 16. h. l. inseratur, *si vere carnosus* — nam fragilis dicitur, sed *ex icone non differt a P. perenni.*

** *pileo polito glabro.*

6. P. VISCOSUS, *rufo-badius*, *pileo* carnoso fragili glabro *viscoso*, stipite tenui subbrevi, poris decurrentibus majusculis irregularibus concoloribus. *Pers. M. E.* 2. *p.* 41. *Fr. El. p.* 74. In Gallia. Pileus 2—3 unc. Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. l., 2 lin. et ultra crassus. *Non vidi;* major et adultior hujus status pileo palmari, poris amplioribus ut n. 1., videtur *P. taurinus* l. c. p. 37.

7. P. XOILOPUS, *pileo* carnoso lento glabro *fusco*, *stipite cavo* crasso deorsum ventricoso radicato glabro badio, *poris* decurrentibus minutis angulatis inaequalibus *fusco-badiis. Rotsk. Bol. apud Sturm. t.* 10. In pinetis, raro. Valde singularis. $1\frac{1}{2}$ unc. altus, sed pileus $\frac{1}{2}$ unc. tantum latus. Caro stipitis fulvella; pilei carnea.

8. P. VIRELLUS, *pileo* carnoso molli convexo laevi glabro *sordide virescente*, stipite brevi laevi deorsum attenuato, *poris* minutis rotundis albis *dein rufescentibus.* In pinetis Saxoniae s. d. Helveticae. *Schmaltz!* Minor, inaequalis, fragilis, *carne simul virente!* Non commutetur cum forma simpliciori *P. cristati* s. *Schaeff. t* 113.

9. P. POLITUS, *pileo carnoso-lento* planiusculo flexuoso laevi glabro *sublateritio*, stipite elongato firmo inaequali tenaci *porisque* rotundis *tenuibus denticulatis albis. Fr. fung. esc. p.* 59. In pinetis Sueciae. Major. Pileus subnitens, disco compactus, in ambitu tenuis explanatus, carne alba. Stipes 3 unc. longus, digiti minor. crassitie, subradicans.

10. P. FULIGINEUS, *pileo carnoso-coriaceo tenui* expanso umbilicato-depresso glabro *subfuligineo*, stipite aequali tenui glabro utrinque dilatato pallido, *poris* minutis rotundis *aequalibus e niveo pallescentibus.* *S. M. p.* 348 c. syn. *Bull. t.* 469. Ad terram nemorum; in Suecia lectum dedit *Ahnfelt!* Tam e loco quam substantia molli, ut edulis sit, ad hanc sect. certe pertinet. Stipes basi saepe fulvescens. Pileus margine inflexo subrepandus, carne alba.

2. LENTI, pileo e carnoso-lento coriaceo, azono. *Leucospori, truncigeni, non vesci, persistentes.*

* *pileo impolito, squamoso villosove.*

11. P. LEPIDEUS, *pileo carnoso-lento* e convexo depresso *flocculoso albido, dein rimoso-squamoso* lutescenti-fuligineo, *stipite firmo curto* aequali reticulato-squamoso, *poris minutis rotundis* niveis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 253 ad unic. spec. vetust., hinc omissus in S. M. B. subsquamosus minor. *Bong. in Weinm. Ross. p.* 307. In truncis arborum frondos. raro. Stipes centralis, 1—1½ unc., long, ½ unc. fere crassus, pileo concolor. Pileus unc., carne lenta sed fragili alba.

12. P. BRUMALIS, pileo e carnoso coriaceo subumbilicato azono, sitaneo villoso fuligineo, hornotino squamuloso glabratoque pallescente, *stipite tenui hirsuto-squamuloso* pallido, *poris oblongis angulatisque tenuibus acutis* denticulatis albis. *S. M. p.* 348. cum syn.! *Weinm. p.* 309. a. Sitaneum, qui autumnalis, sistit *Batsch f.* 42.; hornotinum vernalem l. aestivalem *Fl. Dan. t.* 1297 et B. fasciculatus. *Schrad. sp. p.* 154. Male *Wallroth Cr. n.* 2944 ordinem invertit formarum. Ad truncos Fagi, Quercus etc. vulgaris. Pilei margo subfimbriato-ciliatus, carne alba. Pori demum lutescunt, virginei minores subrotundi. — Formam minorem in truncis cavis l. cellis etiam nos legimus, pileo subpulverulento: B. pusillus *Schrad. l. c. p.* 152 (sitaneus) P. debilis *Wallr. Cr. n.* 2937. — Var. *terrestris!* stipite radicato (e ligni frustulo subjaciente) *Rostk. t.* 8 e figura omnino.

13. P. ARCULARIUS, pileo e lento coriaceo convexo subumbilicato azono, sitaneo fusco-squamuloso, hornotino glabro lutescente, margine strigoso, *stipite brevi subsquamuloso* fusco-griseo, *poris oblongo-rhombeis* tenuibus majusculis integris albidis. *S. M. p.* 342. c. syn. *Montagn.! Ann. Sc. Nat.* 1836 Jun. P. rhombiporus. *Pers. M. E.* 2 *p.* 211. (sitaneus). P. exasperatus *Schrad. sp. p.* 155 et *Mich. t.* 70. *f.* 5 (hornotinus) Ad truncos Europae australior. Praec. ex-

imie analogus at certe diversus! Stipes vix unc., apice subincrassatus. Pileus firmior, $\frac{1}{2}$—1 unc. Pori acie demum fulventes. Vidi quoque pileo glabrato fusco margine subnudo e Roeldas abeilos Pyren. orient.

14. P. CILIATUS, pileo carnoso-coriaceo convexo-plano glabro azono e brunneo pallido, margine ciliato; stipite tenui aequali glabro pallido, *poris minutis subrotundis* aequalibus *obtusiusculis dilute cinnamomeis*, ore pallidis. *S. M. p.* 349. c. syn. *Pers. M. E.* 2. *p.* 42. P. brumalis. *Rostk. t.* 5! Ad ramos Betulae, Coryli etc. Facies fere P. *varii numularii*, sed stipes gracilior, saepe flexuosus, pileus regularis. Pori sub lente pro more angulati.

15. P. TRICHOLOMA, pileo coriaceo-membr. rigido e convexo subinfundibuliformi azono lutescente, circa marginem brunneum pilis rigidis crinito, *stipite tenuissimo* glabro aequali fusco luteo, *poris angulatis tenuibus acutis pallide helvolis. Montagn. in Sched.* Ad ramos dejectos in Cuba. Magnitudo varia. Stipes $\frac{1}{2}$—2 unc. l., $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ lin. modo crass. flexuosus. Pileus versicolor.

** *pileo polito glaberrimo.*

16. P. ALVEOLARIUS, pileo carnoso-coriaceo depresso inaequali glabro azono brunneo, stipite firmo centrali glabro basi incrassato, *poris decurrentibus hexagono-oblongis amplis regularibus* albis. *S. M. p.* 343. *Bosc in Berl. Mag.* 1811. *t.* 4. *f.* 1. In truncis Carolinae. *Non vidi*, sed e statura, poris acie tenuibus etc. non videtur Favoli species.

17. P. INCENDIARIUS, *albus*, pileo carnoso-lento e convexo depresso infundibuliformive azono glabro nitido, stipite firmulo glabro stricto, *poris decurrentibus oblongis majusculis inaequalibus* dentatis. *Bong. in Weinm. Ross. p.* 309 sub Polyp. brumali. (Varietates operis laudati nobiliores, quam multorum aliorum species!) In truncis adustis post silvarum incendia in Rossia minori passim copiose. Non potest non a P. *brumali* distingui! Stipes 1—2$\frac{1}{2}$ unc. long., 2—4 lin. cr. rectus incurvusve. Pileus 1—4 unc. latus, etiam sitaneus glaber. Edulis!

18. P. FUSCIDULUS, pileo carnoso-lento subcoriaceo convexo-plano azono laevi fusco-lutescente, stipite subtenui aequali glabro pallescente, *poris adnatis subrotundo-angulatis obtusis integerrimis lutescentibus. Schrad. spic. p.* 153. junior. B. substrictus. *Bolt. t.* 170. B. murinus. *Nees.* Inter ramenta lignea; Trolleholm Scaniae cum Ag. echinato. Stipes

1—2 unc. l., 2 lin. cr., substrictus, aequalis l. utrinque incrassatus, e fusco lutescens. Pileus 1—2 unc. latus, tenax, carne tenui albo-lutescente.

19. P. LEPTOCEPHALUS, pileo lento coriaceo convexo-plano tenui glabro azono *laevi* e pallescente cervino, stipite brevi glabro pallido, *poris adnatis minutis subrotundis obtusis albidis*. *S. M. p.* 349. *Iacq. Misc.* 1. *t.* 12. — Nec differunt B. pallescens. *Schrad. p.* 154. *Paul. t.* 164. *f.* 1. *Mich. t.* 70. *f.* 1. Ad truncos raro. Parvus, pilei margine subrepando, carne alba.

20. P. FLEXIPES, pileo subcoriaceo plano-infundibuliformi azono *scrobiculato* stipiteque gracili flexuoso glabris lutescentibus, *poris* 4—6-*gonis aequalibus tenellis* lutescentibus. *Fries in Linn. V. p.* 515. In America merid. v. c. Brasilia. Pileus stipesque unciales.

In SUBLIGNOSIS Pileus suberosus coriaceusve, primitus aridus et rigidus, convexo-planus. *Stipes lignosus, crusta laccata obductus.* Pori plani, a stipite subdiscreti. Sporidia, varia. *Perennes.* H. l. forte n. 36, 39.

3. SPONGIOSI, pileo primo *spongioso-molli*, aquam bibulo, tomentoso; dein suberoso coriaceove. Stipes curtus, difformis. *Pori* difformes, pruina irrorati, *decolorantes*, sed sporidia (omnibus?) alba. *Grex valde diversa, spectabilis, subterrestris. Primitus sistunt massam radicantem, subcrustaceam, effusam incrustantemque, deformem, spongioso-succosam, tomentosam; ex hac explicatur nunc pileus eximie regularis centralis amplus, nunc concrescendo irregularis et lobatus, immo dimidiatus. In sequens ver non nisi emortui persistunt, sed subinde novo pororum strato obducuntur. In his omnibus cum Thelephoris* v. c. *T. terrestri* analogi. *Valde rari, certis locis adscripti*; quo nobiliores fungorum species eo rariores; plebejae maxime vulgatae!

* *pileo impolito, scruposo, persistenter hirto.*

21. P. MAXIMUS, pileo amplissimo spongioso-suberoso orbiculari subdepresso villoso fusco, *fasciis e lateritio fuscis variegato*, stipite crasso, *poris* decurrentibus labyrinthiformibus *fuscis*. *Brot. Lus.* 2. *p.* 458. Daedal. *S. M. p.* 332. In pinetis Lusitan. Pileus subpedalis. Cum sq. fit exoletus fuscus, fasciis praec. dignoscendus. *Non vidi*, sed ex analogia hujus esse generis concludere fas est.

22. P. Schweinizii, pileo crasso spongioso-suberoso *strigoso-tomentoso scruposo spadiceo*, stipite crasso brevissimo obsoletove ferrugineo, *poris* magnis variis lacerisque *sulfureo-virescentibus*. *S. M. p.* 351. B. Sistotrem. *Alb. et Schw.* p. 243. Daed. epigaea. *Lenz. p.* 62 bene! D. spadicea. *Wahl.* — *Sv. Bot. t.* 720. Sistotr. spadic. *Swartz V. A. H.* 1810. *p.* 238. — *Mich. t.* 70. *f.* 1: nec e descr. nec ex icone differt, sed forte affinis ad radices Alni. In pinetis. Giganteus, spithamam et ultra latus, nunc regularis plano-cupularis, nunc concrescendo et incrustando difformis dimidiatusque; primo fulvo-tomentosus, mox margine tantum, exoletus totus fuscus. Substantia in optimo vigore spongioso-mollissima, dein indurata, sicca fragilis e rhabarbarino colore fuscescit. — *Hydn. spadic.* Pers. hymenii indole, substantia, tomento pilei molli velutino etc. abunde differt. *Upsaliense* vero, a Personio ipso laudatum, esse *Polyp. Schweinizii*, vivum observans mox perspexi.

23. P. rufescens, *carneus*, *pileo* spongioso-suberoso molli inaequali *hirto*, stipite brevi difformi, *poris* magnis sinuosis lacerisque *albo-carneis*. *S. M. p.* 351. — Sist. rufescens. *Pers.* ex parte. Cfr. *Myc. Eur.* 2. *p.* 206. — *Sow. t.* 190. Ad terram graminosam, circa truncos vetustos salicinos; in Scania camp. circa Gullarp, Vidarp etc. copiose legimus, sed specimina amisimus. Vegetatio prorsus prioris, aeque varius, et nobilis, sed minor, mollior et colore tam interno quam externo carneo ab omnibus differt. Cum P. *bienni* saepe confunditur — nec ad nostrum referatur *Pers. ic. pict. t.* 6, ipso monente abnormis, ut *Secr.* 2. *p.* 4. potius P. Acanthoides; nam formae etc. in his nil tribuendum.

24. P. biennis, pileo e spongioso coriaceo-suberoso plano-depresso repando azono *tomento leproso secedente glabrato* ex albo ferrugineo, stipite curto crasso ferrugineo lanato, *poris labyrinthiformibus* inaequalibus acutis *lacero-dentatis* albocinereis fuscescentibusve. *Bull. t.* 449. *f.* 1. *S. M. p.* 332. *Cfr. p.* 351! Daed. rufesc. * *Pers.* 2. *p.* 207. Ad terram, juxta truncos etc. Protea affinium more. Primo sistit massam undique porosam villosam *griseo-albam*, sensim varie explicatur et calvescit. Substantia alba. Suspicio nostra (l. c. p. 351) verum esse Polyporum specimina visa luculentur probarunt; pororum stratum a pileo discolor et fere detersile.

25. P. laciniatus, sordide *albus*, tactu rufescens, pileo

e spongioso suberoso-coriaceo molli orbiculari lobatoque e flocculoso glabrato, stipite centrali albo-floccoso impolito, *poris rotundis minutis tenuibus mucidis* inaequalibus *albidis*. *Batt. t.* 32. *f. B.* cum syn. Vet., ex qua P. laciniat. *Pers. M. E.* 2. *p.* 48 sec. *S. M. p.* 557; *Batt. l. c. f. A.* hujus statum primarium sistit! *Buxb. C.* 5. *t.* 3. *f.* 2. Rarius similibus cum P. *rufescente* locis legitur, sed P. *alligato* magis affinis, vegetationis historiam utraque Battarae figura bene illustrat. Nunc solo macro minor est et satis regularis, sed vulgo luxurians, gramina, stipulas obvolvens. Pori curti, tenues a prioribus distinguunt. (P. *planus* Wallr. Cr. n. 2943, potius forte status P. *carbonarii*, vix e definitione recedit).

4. Biennes, pileo primitus indurato exsucco explicatoque suberoso coriaceove, zonato. Stipes definitus. Pori primo pruina velati. *Contextus* color (ut sporidiorum in examinatis) *ferrugineus*. *Terrestres l. truncigeni*, Spongiosis *rigidiores*, *magis regulares et persistentes*, *sed non reviviscentes!*

* *pileo tomentoso velutinove.*

26. P. Montagnei, pileo *suberoso molli* difformi *azono* tomento leproso secedente stipiteque curto inaequali ferrugineis, *poris amplis* curtis rotundis *obtusis* integerrimis concoloribus. *Ann. Sc. Nat.* 1836. *n.* 42. Ad terram in silvis Ardennorum. Species distinctissima, sed e spec. siccis an hujus l. prioris sectionis vix dicam. Sporidia ignota, sed contextus cinnamomeus. Pori non lacerantur.

27. P. tomentosus, pileo *suberoso duro* difformi *azono* stipiteque inaequali persistenter tomentosis fulvis, *poris exiguis* aequalibus *obtusis integerrimis*, primitus rore albido tectis, dein cinnamomeis. *S. M. p.* 351. *Weinm.! Ross. p.* 311. P. rufesc. *Rostk. t.* 7. bona. Ad terram in pinetis passim. Pileo azono, interdum multiplici, stipite vario, etiam laterali, Spongiosos refert, reliquis vero omnibus notis et ex tota affinitate h. l.

28. P. perennis, e cinnamomeo spadiceus, *pileo coriaceo* tenui plano-infundibuliformi e velutino glabrato *zonato*, stipite firmulo *deorsum incrassato velutino*, poris minutis angulatis acutis, primo albo-irroratis, dein nudis laceris. *S. M. p.* 350 c. syn. *Weinm. p.* 310. *Rostk. t.* 6. — Bol. *Linn.! Bolt. t.* 87. *Sowerb. t.* 192. *Fl. Dan. t.* 1075. *f.* 1. *Bull. t.* 449. *f.* 2. *Schaeff. t.* 125. *Paul. t.* 164. *f.* 5, 6. Ubi-

que ad terram sterilem, etiam ad truncos, basi saltim discretus. Margo in optimo vigore fimbriatus (*Desmaz. exs. n.* 464) dein integer, hic B. *fimbriatus* Secr. n. 21, *Mich. t.* 70. *f.* 8. et omn. Auct., sed non Bull. ex ic. Varr. infinitae: nec ullam novi notam quo B. leucoporum *Holmsk. Ot. t.* 30 distinguerem.

29. P. PICTUS, ferrugineus, pileo coriaceo tenui plano-umbilicato zonato e pubescente glabrato, margine tenuissime inciso fimbriato, *stipite gracili glaberrimo deorsum attenuato*, poris subrotundis minutis integris. — *Schultz.! Starg. p.* 485. B. fimbriatus. *Bull. t.* 254 non aliorum. *Mich. t.* 70 *f.* 9. Ad terram, dense gregarius, stipitibus basi pileisque confluentibus. Priori gracilior, politior, sed brevius durans, fuscescens. Pileus uncialis, poris dilutior zonis fuscis obsoletisque. A *Schleichero* habeo, num igitur *Secr.* 3. *p.* 70. *n.* 23. [Bulliardii nomen parum aptum, ab ipso et omnibus confusum, omittetur.]

30. P. PARVULUS, *pileo coriaceo-membran.* profunde et acute umbilicato obsolete sericeo zonato badio, margine reflexo laciniato, *stipite tenui* subtuberoso *velutino*, *poris* decurrentibus *magnis angulatis* tenuibus demum laceris cinnamomeis. *Klotzsch! in Linn.* 1833. *p.* 483. Ad terram in America boreali. In specim. a me visis, undique ferrugineis, pileus fere membranaceus, siccus scariosus glaber, radiato-striatus, ½ unc. latus. Stipes vix uncial., sursum ½ lin. crass. Ad *Mich. t.* 70. *f.* 10 accedit.

** *pileo glaberrimo.* Valde nobiles.

31. P. UMBRACULUM, elatus, suberoso-lignosus, *pileo* crasso convexo-plano *azono stipiteque* procero tenui glabro castaneis *laccatis nitidis*, poris exiguis subrotundis pallide cinnamomeis. *Fr. El. p.* 74. P. leptopus *Freyc. Voy. t.* 2. *f.* 2. In tropicis regionibus. P. *lucido* respondet. Specimina ex ins. Rawak non differunt!

32. P. NIGRIPES, suberoso-lignosus, *pileo* convexo plano glaberrimo *azono opaco* fusco-ferrugineo, margine obtuso, *stipite* radicato glabro *laccato-nitente atro*, poris minutis aequalibus fuscoferrugineis. *Fr. Linn. V. p.* 515. Ad truncos Brasiliae. Pileus non laccatus.

33. P. RUGOSUS, pileo coriaceo-rigido e convexo depresso glabro opaco *concentrice sulcato radiatimque corrugato* spadiceo-nigricante, *stipite* inaequali toruloso radicato *crustato velutino-pruinato*, poris minimis stipatissimis fusco-nigris

pruina floccosa griseo-fusca primo obductis. — a. *Guineensis*, pileo concavo regulari, poris subremotis ob stipitem apice dilatatum. *Fung. Guin.* b. *javanicus*, pileo subconvexo inaequali repandoque, stipite tenuiori longiori aequali. *Nees Act. nat. Cur. XIII. t. 7. Elench. p. 74.* In tropicis. Valde diversus, rigidus, *contextu cinnamomeo!* nec griseo, undique opacus. Formae a. et b. non differunt, licet icones et descript. recedant.

34. P. SUBSTRIATUS, pileo coriaceo planiusculo obliquo e *striis radiantibus subzonato* glaberrimo castaneo, *stipite* aequali *squamuloso atropunctato* fusco-cinereo, poris curtis rotundis aequalibus cinnamomeis. *Rostk. t. 9.* Ad Fagi truncos in Germania lectus *vere*. Caro pallide fusca et pori in icone citata dilutiores pinguntur. Sporidia luteo-fusca. *Non vidi*; statum sitaneum esse villosum facile crederem h. e. *Secr. 3. p. 70. n. 22* excl. syn.

35. P. CARBONARIUS, pileo coriaceo tenui orbiculari plano-infundibuliformi zonato glabro nigricante, *stipite* brevissimo aequali *porisque* minutis *albis*. *S. M. p. 349.* c. syn. *Mich. t. 70. f. 6.* In carbonariis Italiae, caespitos. Elegans, parvus. Ob stipitem cum nullo praeced. conjungi potest et poris albis ad sq. sectionem transit. *Non vidi.*

5. HORNOTINI. Pileus coriaceus l. papyraceus, *aridus, zonatus.* Stipes crustaceo-corticatus. Substantia (saepe vix ulla) *pori et sporidia alba.* Pori *nudi*, primo minimi, curti. *Tropici, non lignosi l. stratosi*, nec *perennes, sed tarde crescentes et ad analogiam plantarum sempervirentium, semper vegetantes dicerem. Basis stipitis l. in terrestribus heterogeneo-tuberosa; lignicolarum in callum dilatata.*

* *pileo velutino-villoso.*

36. P. SACER, pileo coriaceo tenui rigido utrinque applanato velutino zonis glabris rufobadiis variegato, *stipite procero* rigido aequali crustaceo-corticato fusco subpruinato, *poris callo stipitis prominente remotis* subrotundis mediis confertis ligneo-pallidis. *Fr. Fung. Guin. f. 20.* Bol. sacer. *Afz. Mscr.* In Guinea ad terram, Nigritis superstitione sacer. Speciosus. Stipes spithamaeus, 3—4 l. crass. opacus; pruina vero detersa glaber, nitens, castaneus; a tubere amplo incrustato surgens. Pileus eximie regularis, 5 unc. latus brunneus, fuliginosus etc., supra callum umbilicatus.

37. P. CONCINNUS, pileo coriaceo tenui infundibuliformi

orbiculari velutino zonis rufis cinereisque variegato, *stipite procero tenui attenuato fusco, poris decurrentibus minimis* pallidis. *S. M. p.* 350. *Pal. Fl. Ov. t.* 43. *f.* 1. Ad truncos Africae tropicae. Praec. minor, calli defectu etc. certe distinctus.

38. P. INCOMTUS, pileo papyraceo oblique infundibuliformi dense velutino olivaceo-griseo, adulto zonis alternis, exoleto toto glabrato badio, *stipite excentrico brevissimo glabro atro*, poris decurrentibus impalpabilibus albidis. *Fr. Afz. Fung. Guin. f.* 11. Ad truncos Guineae. Forma P. *xanthopodis!* sed pileus amplior, nudo oculo subtus omnino laevis, stipes ½ unc. long., basi dilatata adnatus ruguloso-striatus. Nobilis species.

** *pileo glaberrimo.*

39. P. PULCHER, pileo coriaceo-membr. flaccido orbiculari utrinque plano fusco pallidove concentrice sulcato, *stipite farcto procero* gracili attenuato laccato-corticato subpruinoso, *poris callo depresso remotis* rotundis obtusiss. distantibus brevissimis albis. *Fr. Linn.* 1830. *p.* 515. *Fung. Guin. f.* 19. In Guinea. Eximie respondet P. *sacro*, sed longe tenuior. Stipes 4 unc. l., 1—2 lin. cr., flexuosus, apice subcavus. Pileus 2 unc. latus, umbone elevato umbilicatoque; margine tenuiss. involuto subtus sterili.

40. P. XANTHOPUS, pileo papyraceo infundibuliformi subobliquo zonato glabro e badio lutescente, *stipite brevi glaberrimo flavo-nitente* utrinque dilatato, poris decurrentibus minimis rotundis pallidis. *Fr. Obs.* 2. *p.* 255. *S. M. p.* 350, 505. *El. p.* 74. *Afz. fung. Guin. f.* 6. P. Katui. *Ehrenb. Hor. Ber. p.* 17. *f.* 12. (dedit inventor *Chamisso!*) P. saccatus *Pers. in Freyc. Voy. t.* 1. *f.* 3. In omnibus facile tropicis terris, cum P. *sanguineo* videtur vulgatissimus generis. Pileus ex umbilico radians, laevis rugosusque, excentric.

† P. PERULA, pileo papyraceo infundibuliformi inaequali glabro subzonato *rufofusco* radiato-striato, *stipite brevissimo* excentrico glabro, poris decurrentibus minutissimis rotundis albidis. *S. M. p.* 350. — *Palis. l. c. t.* 8. Cum priori, in Guinea. *Non vidi*, forte idem ac prior, saltim nullum charact. eruere valeo. Qualis stipitis color?

P. CANALIUM, pileo umbilicato laevi viscoso albo, *Lour. Cochin.* 2. *p.* 693. Certe insignis, sed e loco non typicus lectus.

II. PLEUROPUS. Pileus lentus suberosusve, horizontalis, haud circinatus. Stipes simplex, adscendens, corticatus, *vel*

*definite lateralis vel excentricus, basi tum semper nigra.* Lignatiles, *nec terrestres l. carnoso-fragiles.*

Tribus bene definita! Excentrici quidem et in hac et priori (sed atypice semper!) obviam veniunt, sed *basis definite* nigra mox distinguit. *Eadem nota*, stipite definito adscendente corticato etc., basive scutata, vegetatione libera differunt ab APODIBUS rarissime et evidenter casu stipitato-productis; in his pileus postice tantum porrigitur, stipes spurius, ecorticatus e. s. p. MERISMATA v. c. P. *frondosus* pileolis lateralibus [*fungus integer* enim, qui composito-multipartitus, *centralis* est] non cum his comparari possunt.

1. LENTI. Pileus *carnoso-lentus*, azonus. Stipes *excentricus basi nigricans.* Tubuli breves. Contextus pallidus, subfibrosus. Sporidia alba.

* *pileo squamoso floccosove.*

41. P. SQUAMOSUS, pileo carnoso-lento flabelliformi explanato subochraceo, *squamis latis adpressis maculaeformibus* centrifugis *obscurioribus variegato*, *stipite* excentrico lateralique obeso apice *reticulato*, basi nigricante, poris tenuibus variis (primo minutis) dein amplis angulatis lacerisque pallidis. *S. M. p.* 343 et *El. p.* 75 ubi syn. *Grev. Scot. t.* 207. *Rostk. t.* 2. — *Schaeff. t.* 101, 102. *Fl. Dan. t.* 983, 1196. *Bolt. t.* 77. *Paul. t.* 16, ubique ceterum pictus; optime prima vice: *Sterb. t.* 13, 14. — b. pileo fuligineo. Ad truncos communis. Speciosus, vulgo giganteus, junior subcentralis et umbilicatus, demum lateralis, admodum varius, ut vulgo 3 multaeve (Cfr. *Pers. M. E.*, *Schum. Secret.*) sp. separentur, quas recipere non possunt decades aeque distinctarum formarum observantes! Ex *Sterb.* et omnibus Patris esset Clus. *fung. esc. gen. V*, sed non est edulis et descr. *Clusii* Fistulinam indicat.

42. P. BOUCHEANUS, pileo carnoso-lento plano inaequali *laevi dein squamoso* gilvo, *stipite* excentrico curto *tomentoso* deorsum fuscescente, *poris* tenuibus *demum alveolaribus* oblongo-hexagonis dentatis dilute aurantiacis. *Klotzsch in Linn. VIII. p.* 316. Ad truncos Betulae, etiam mihi passim obvius; sed poris magis regularibus subrotundis (*Alb. et Schw. n.* 728!); tenuitas et fabrica pororum essentialis, vix forma. Priori minor, laetior, stipite subverticali aequali, pileo reniformi-repando in squamas crassiores diffracto. Cfr. *Favolum*, cui adscripsit *Klotzsch.*

43. P. MICHELII, pileo carnoso-lento depresso repando

*sericello subsquamuloso* albo-lutescente, stipite sublaterali brevi bulboso scabro albo basi fuscescente, *poris amplis subrotundo-oblongis integris* albis. *S. M. p.* 343. *Rostk. t.* 1. (primus Recent. exposuit). *Secr. n.* 3. excl. syn. — *Mich. t.* 61. *f.* 2. Ad truncos Salicum. P. *squamoso* quoque affinis, sed poris primo minutis, obtusis; semper integris et regularibus, sqq. connectit.

44. P. MELANOPUS, pileo carnoso-lento e plano infundibuliformi ex albo lutescenti-fusco, *primo subtiliter flocculoso*, *stipite* excentrico *subvelutino* incurvo *deorsum incrassato* nigro, poris decurrentibus curtis minutis obtusis inaequalibus albis. *S. M. p.* 347. *Rostk. t.* 4.! B. melanopus *Swartz V. A. H. Secr. n.* 13. B. infundibulif. *Pers. syn. p.* 516. Ad terram, sed radicibus, ramulis etc. adnatus. Stipes, quum sursum attenuatus et gracilior, praecedd. magis distinctus, in pileum vero diffusus. Pileus dein et primo adspectu glaber, carne crassa alba molliori, nec lignescens. Hic manifeste fungus in *Pers. Synopsi* descr. sed *Ic. pict.* videtur alius, nempe P. *picipes*, valde diversus.

* P. CYATHOIDES, minor, tenuior, pileo planiusculo umbilicatove glabrello, stipite aequali. *Sw. l. c. S. M. l. c.* B. melanopus. *Pers. disp. Secr. n.* 12. Locis subhumidis: P. *nummulario* respondet.

45. P. LEPRODES, pileo carnoso-lento inaequali repando *squamoso-lacerato* luteo-fuscescente, stipite laterali brevissimo nigricante, poris planis minutis curtis rotundis inaequalibus albo-flavis. *Rostk. t.* 15. Ad truncos Fagi vetustos. Habitus P. *elegantis*, forte nimis affinis. Stipes subobsoletus. Pileus 2 unc. circiter longus, carne crassa luteo-alba. Ex *Rostk.* [In Schedul. anni 1813 descripsimus var. P. *varii*, pileo rugoso rimosoque-squamuloso, huic forte spectantem, at nuperius non legimus.]

** *pileo laevi glaberrimo.*

46. P. ROSTKOWII, pileo carnoso-lento dimidiato-infundibuliformi *glabro laevi fumoso*, *stipite* longo excentrico *reticulato* definite nigro basi incrassato, *poris* decurrentibus *amplis pentagonis* acutis dentatis ex albo sordide lutescentibus. P. infundibuliformis. *Rostk. t.* 17. optime, non alior. Ad truncos Fraxini, Aceris. Magnitudine cum affini P. *squamoso* certat. Stipes in genere longior, incurvus, basi subcaespitoso-connatus. Pileus in lutescentem transit in meo spec. Pori in latere exteriori stipitis longe decurrunt. Monstrosus

ille, *Bolt. t.* 138 ab hoc simul originem ducere posset, quales status peritus Mycologus non attendit.

47. P. DICTIOPUS, pileo e carnoso-coriaceo rigido tenui laevi *glabro badio*, *stipite* laterali brevi crasso glabro *reticulato* deorsum spadiceo-nigro, *poris minutis subrotundis* acutis integerrimis. *Mont. Fernand. n.* 14. Ad truncos ins. Iuan Fernandez. Habitus P. varii. *Non vidi.*

48. P. PICIPES, pileo e carnoso-coriaceo rigido tenaci laevi glabro, disco posticeve depresso, *stipite* excentrico lateralique aequali firmo *primo velutino*, *dein nudo punctato*, *atro usque* ad poros decurrentes rotundos exiguos tenellos albos dein gilvellos. *S. M. p.* 353 in obs. post P. varium. *Grev. t.* 202. P. melanop. et infundibul. *Pers. ic. pict. t.* 4. *f.* 1, 2 sed manifeste non Synops. — *Secr. n.* 11. P. nigripes. *Wallr. Cr. IV. p.* 508 non Fries, nec Pers. Ad truncos Salicum etc. Imbricatus; odore subdulci, carne alba. Pileus postice depressus, vulgo emarginatus, lobis circumscriptis infundibuliformis. Color e pallido in castaneum abit, vulgo gilvo-lividus, disco castaneo. Parum a sqq. differt.

49. P. VARIUS, pileo carnoso-lento *extenuato* mox lignescente glabro subvirgato difformi, disco posticeve depresso, stipite excentrico lateralique *laevi glabro deorsum sensim cinereo-nigricante*, poris decurrentibus minutis curtis rotundis inaequalibus ex albido intusque aquose cinnamomeis. *S. M. p.* 352! *Pers. Myc. Eur. p.* 51. *Secr. n.* 10. *Batsch f.* 129. P. badius. *Weinm. Ross. p.* 311. P. elegans. *Trog. in Fl.* 1832. *p.* 593. — Bol. calceolus *Bull. t.* 360, 445. *f.* 2 fungus exoletus, hornotinus nec e forma denominandus. *Buxb. C. V. t.* 15. *f.* 2. bona. Ad truncos passim. In statura, [major undulato-lobatus] forma etc. nil constans; etiam color vulgo badius (exoleti fuligineus, evidentiusque virgatus), sed (conf. *Bolt. t.* 168) junior pallescens, et adultus intusque etiam flavescens legitur. Variat sessilis; etiam in caespites amplissimos difformes, habitu prorsus *Schaeff. t.* 109, 110, bene observante *Pers. in Comm. Schaeff.*, ad Fraxinos etc. stipatus.

50. P. ELEGANS, pileo ex *aequaliter carnoso* mox indurato lignescente explanato laevi glabro unicolori, stipite excentrico lateralive *laevi glabro pallido*, *basi primitus abrupte atra radicante*, poris planis minutis subrotundis albolutescentibus pallidis. *Bull. t.* 46. var. saturatior. *Fl. Dan. t.* 1075. *f.* 1. optima. *Rostk. t.* 11. B. nummular. β. *Schrad. p.*

153. *Bolt. t.* 83 etiam h. l. e descript.! B. *Calceolo* a Bulliard et P. vario a *Pers. in syn.* omnibusque subsumtus. Ad truncos praecipue Fagi, vulgo simplex. Iunior utique carnosus, albus (qualis in septentr. persistit: *Sommerf. Lapp. p.* 274.) mox vero valde durus, carne alba in marginem usque crassa, angulosus etc.; 2—4 unc. latus, pallide ochraceus l. aurantius, nitidus, haud virgatus nec infundibuliformis, vix depressus. *Secr. n.* 17, e synon. h. l., stirps degenerata.

* P. NUMMULARIUS, minor, tenuior, subregularis, stipite aequali excentrico. *S. M. l. c. Rostk. t.* 12. *Trog. l. c. p.* 553. *Secr. n.* 15. *Bull. t.* 124. Pileus vix unc. sed *absque limitis vestigio* in praeced. transit!

* P. MINIMUS, minimus, pileo plano regulari (vix lin. excedente), subtus hemisphaerico, stipite centrali flexuoso. *Fr. Obs.* 1. *p.* 123. Ad stipites Aspidiorum in umbrosis. Aeque parvus demoritur.

2. SPONGIOSI substipitati, v. c. P. *spumeus*, inter Apodes affines recepti.

3. LIGNOSI. Pileus crassus, *suberoso-lignosus*, *azonus*, iam primitus durus, nec carnosus. *Stipes definite lateralis* firmus, *basi concolori.* Pori saepe imperfecte stratosi l. elongati evadunt.

* *pileo impolito subvilloso nec laccato.*

51. P. DEFORMIS, *pileo* lignoso crassissimo pulvinato deformi *azono stipiteque* laterali crassissimo *verticali rugoso-impolitis purpurascenti albis*, poris brevibus minutis albis. *Schaeff. t.* 264. Ad truncos Bavariae rariss. Maximus, robustus, intus albus zonatus. Sequenti affinis videtur, certe vero distinctus; hinc *non visum* recepi.

52. P. QUERCINUS, *pileo* suberoso molli linguaeformi crassissimo convexo-plano laevi primo flocculoso-granulato alutaceo-pallescente, *postice angustato in stipitem crassum horizontalem*, poris brevibus minutis albidis. *Schrad. spic. p.* 157. P. suberosus. *Krombh. t.* 5. *f.* 3—5. *t.* 48. *f.* 11—13. Faux Agaric blanc. *Paul. p.* 105. *t.* 18. *f.* 1—4 (non visa). In truncis cariosis Quercus raro; Scaniae ad Stehag Habitu utique accedit, monente *Schradero*, ad Fistulinam: junior vero tantum e loco aquoso uvidus, dein induratus, contextu floccoso, hinc inde tactuque rubens, demum induratus sordidus, poris fuscescent. Caro alba, azona. Rara, adulta ampla et insignis species.

53. P. Lingua, *pileo* suberoso-lignoso linguaeformi scruposo-rugoso impolito *glabrato fusco-nigricante postice angustato in stipitem lateralem arcuatum*, *subtus postice plano sterili luteo*, apice poris minutis cinereo-fuscis fertili. *Nees Ac. Nat. Cur. XIII t.* 3. *Fr. El. p.* 76. In lava. Minor, totus horizontali-arcuatus. In spec. viso pileus exasperatus nec laccatus.

54. P. obsoletus, pileo suberoso-lignoso reniformi planiusculo *velutino ferrugineo-fusco*, stipite laterali brevi adscendente, poris longis minimis rotundis ferruginascentibus, indumento flocoso-granuloso obliteratis. *Fr. Linn.* 1830. *p.* 516. Ad ligna Brasiliae. Habitus P. *varii*. Intus ferrugineus, vix zonatus, licet adsint sulci concentrici.

55. P. languidus, pileo suberoso-coriaceo rigido explanato villo adpresso laevigato opaco-impolito stipiteque laterali brevissimo verticali carneo pallidis, *poris* rotundis inaequalibus e *sanguineo* griseo-fuscis. *Fung. Guin. l. c.* In Guinea. P. *sanguineo* affinis. Stipes basi praemorsus, inaequalis, 3 lin. l. et cr. Pileus horizontalis, sat tenuis, postice emarginatus, lobis circumscriptis, undulato-lobatus, absque zonis et sulcis. Caro gilva.

** *pileo glaberrimo, crustato-laccato.*

56. P. lucidus, pileo suberoso-lignoso flabelliformi *sulcato-rugoso stipiteque* laterali *aequali laccatis nitidis* e *flavo sanguineo-castaneis*, poris determinatis longis minutis ex albo cinnamomeis. *S. M. p.* 354. c. syn. ampl. *Grev. Scot. t.* 245. *Rostk. t.* 13. *Kromb. t.* 4. *f.* 22—24. *Sow t.* 134. *Paul. t.* 10. *f.* 1, 2 et legio figurarum in S. M. citatarum. Ubique terrarum [arcticis exceptis], solus splendidiorum tropicorum fungorum typum exprimens in region. temperatis; jam in Suecia merid. frequens *ad Quercus*. Mire varius (*Batt. t.* 36*!*), nec differt P. *semipatera* P. *Batt. t.* 35. *D.*, quia demum nigrescens et pulvere conspersus.

*. P. japonicus, pileo suberoso-lignoso horizontali undulato-lobato *laevi stipiteque* elongato verticali *toruloso* glabris laccato-nitidis *ferrugineis*, poris planis elongatis minutis ex albo cinnamomeis. B. dimid. *Thunb. Iap. t.* 39. In Iaponia. Proximis medius; junior luteus, qualis in margine observatur.

57. P. Amboinensis, *pileo* suberoso-lignoso subcochleariformi *rugoso-tuberculoso stipiteque* laterali longissimo *toruloso* glabris *laccato-nitidis* e *cinereo nigricantibus*, poris determi-

natis exiguis ex albo *fuscescentibus*. *S. M. p.* 354. *El. p.* 76. *Rumph. Amb. t.* 57. *f.* 1. Agar. Amboinens. *Lam.* Pol. cochlear. *Nees Act. Nat. Cur. XIII. t.* 6. In Amboina, Iava et ins. maris pacifici. Valde insignis et proteus, cfr. ll. cc. intus fuscus. Hujus monstrum stipitibus ramosis: *Rumph. l. c. f.* 2, 3 pileoque e margine digitato-prolifero: P. *Pisachapani* Nees Fung. Iav. prodr. cum ic. nitidiss.

59. P. GIBBOSUS, pileo suberoso-lignoso subreniformi rugoso-tuberculoso stipiteque laterali valido toruloso glabris *opacis* testaceo-fuscis, *poris* determinatis minutis *rubiginoso-fuscis*. *Nees l. c. t.* 5. *Fr. El. p.* 77. In Iava etc. Magnus, praec. affinis, intus obscurior. Pori superimpositi, sed non distincte stratosi in utroque.

60. P. FORNICATUS, *pileo* suberoso-lignoso *obovato-lingulato laevigato* glaberrimo laccato azono *ferrugineo cum stipite confluente arcuato*, *margine obtuso sterili*, poris minimis nudis expallentibus, margine prominente a stipite discretis. *Fr. Linn.* V. *p.* 516. In truncis Brasiliae. Versiformis, distinctissimus. Pori primo ferruginei, dein pallidiores; contraria ratio in 56, 57.

4. HORNOTINI. Primitus aridi, sicci; pileo coriaceo-tenui l. papyraceo (udo flaccido?) rugoso aut zonato. Stipes definite lateralis. Pori brevissimi.

* *pileo coriaceo, contextu porisve coloratis.*

61. P. PROLIFICANS, *pileo* coriaceo *longitudinaliter costato*, margine prolifero lobato *stipiteque* laterali elongato *tenui villosis griseis*, poris inaequalibus mox labyrinthiformibus dentatis fuscescentibus. In Mexico. *Scheide*, comm. *Schlechtendahl.* Offert typum, cui nullas vere affines novimus species. Stipes difformis, subtorulosus, raro ramosus, 3—4 unc. l. Pileus pro ratione parvus, tenuis, margine subpapyraceus: costae [Rhizomorphae cujusdam ecorticatae, sensu Acharii, facie] superficiei adnatae in margine exseruntur et novos pileolos edunt.

62. P. AURISCALPIUM, *spadiceus*, pileo applanato reniformi glabrato zonato uno latere exciso, stipite erecto laterali longo ramis sterilibus prolifero, poris angulatis brevibus. *Pers. in Freyc. Voy. t.* 1. *f.* 5. In Brasilia. Quoad veram affinitatem incertus, sed cum P. *Amboinensi* conjungere non audeo, cum parvus dicatur. Solus mihi non obvius et clarus in serie pulcherrima!

63. P. SPATHULATUS, *fulvus*, pileo coriaceo convexo la-

te obovato glabro nitido, stipite laterali elongato crasso glabro simplici, poris minutis subrotundo-angulatis. Bol. *Hook. in Kunth. Syn. p.* 9. America meridion. Descr. datae respondens specimen vidimus, parvum, sq. affine. Pileus concentrice sulcatus, absque zonis discoloribus, intus concolor.

64. P. SANGUINEUS, *sanguineo-miniatus*, pileo coriaceo tenui reniformi glabro nitido, stipite laterali brevi basi orbiculari dilatata adnato, poris minutis rotundis. *Linn. Sp.* 2. *p.* 1646. *S. M. p.* 371. cum syn. *El. p.* 99. *Fung. Guin. f.* 4. *Krombh. t.* 5. *f.* 6, 7. *Swartz*! *Obs. t.* 11. *f.* 4. In tropicis ubique terrarum, vulgatissimus. Omnia (30 et ultra vidimus) perfecta cum matrice lecta specim. stipitem habent distinctum, 2—3 lin. longum, adscendentem, sed basi illa dilatata in tropicis solemni ligno arcte adhaeret, ut avulsus prope pileum frangatur, hinc Apodibus adscriptus fuit. Pileus horizontalis flaccidus, conchato-planus, regularis supra concentrice sulcatus. P. *flaccidus* Pers. apud Freyc. Voy. l. c., Montagneo observante, est specimen decolor. *Var. amphiporam* vide *El. l. c.*

65. P. MODESTUS, *pileo* coriaceo tenui applanato obsolete velutino zonatoque *cinnamomeo-pallescente*, utrinque in stipitem brevissimum album scutato-adnatum decurrente, *poris* minutis rotundis obtusis *lacteo-pallescentibus*. *Kunz.*! *ap. Fr. Linn. V. p.* 519. In truncis Surinami. Contextus floccosus, pileo concolor. Pori ut in **. Ob hymenium margine a stipite limitatum et vegetationem liberam ab Apodibus differt.

** *pileo subpapyraceo rigente! contextu sporidiisque albis.*

66. P. FLABELLIFORMIS, pileo coriaceo-membran. plano-depresso zonato, *tomento sordido secedente glabrato*, *subbadio*, stipite brevissimo laterali basi abrupte nigro, poris minutis rotundis obtusis albidis. *Klotzsch! in Linn. l. c. p.* 483. Insula Mauritii. Rigidus, contextu albo. Margo integer, subtus determinate sterilis.

67. P. PETALODES, pileo submembranaceo spathulato *rugoso glabro azono castaneo-fusco*, udo flaccido, stipite laterali adscendente compresso glabro arrhizo albido, basi scutato-dilatata adnato, poris decurrentibus brevissimis minimis candidis. *Fr. El.* 2. P. Calceolus. *Ahnf.*! P. albido-fuscus. *Secr. n.* 19. excl. syn. sed major et firmior. Ad truncos arborum frondosarum! ad Zastrow Pomeraniae copiose legit *Ahnfelt.* Facies *Agar. Petalodis*, hinc P. *vario*, illinc stipitis uncialis basi scutata, nec nigricante, ad tropicas spec.

eximie accedens. *Siccus involutus et fragilis*, nec lignescens, ut similes P. *varii* formae.

68. P. LUTEUS, *pileo* papyraceo spathulato rigido zonato *stipiteque* brevi *sursum dilatato complanatoque* glabris *luteis*, poris determinatis curtis minimis sordide lutescenti-pallidis. *Nees! l. c. t.* 4. *f.* 2. Cum sequ. cui valde affinis, *P. xanthopodi* respondens. Solitarius, demum fuscescens.

69. P. AFFINIS, *pileo* papyraceo flabelliformi rigido castaneo, *zonis obscurioribus picto*, *stipiteque* laterali tenui *aequali castaneo-fusco*, basi scutato-adnato, glabris, poris determinatis curtis minimis *albo-alutaceis*. *Nees! l. c. t.* 4. *f.* 1. *El. l. c.* P. lateralis. *Pers. in Freyc. Voy.* sec. Montagne in litt. Passim in tropicis ad ramos, subcaespitosus, *P. perulae* ut videtur respondens. Variat stipite unciali et brevissimo.

70. P. PTERYGODES, *subsessilis*, pileo papyraceo reniformi pulchre flabellari-expanso obsolete zonato glabro nitido lutescente, postice late depresso tuberculo scutato-dilatato adnato, *poris* minimis rotundis *griseo-pallidis*. *Fung. Guin. f.* 7. Ad ramos in Guinea. Elegans, 2—3 unc. latus, depressus, margine convexo reflexo, subtus determinate sterili, zonis nec depressis nec discoloribus. *Apodes membranacei* pileo effuso reflexo longe distant; omnino e praec. stirpe.

Tropicarum specierum, indigenarum longe nobiliorum, patria latissime patere videtur, e qua species non separentur! Male admodum in *Itinario Freycinetii* singulum specimen *sine omni aliorum Auctorum comparatione* pro nova specie describitur.

III. MERISMA (S. M. p. 354). E trunco tuberculove communi explicantur pileoli numerosissimi, pilei primarii divisione orti, primo l. in potestate undique porosi, sed pagina luci obversa sterilis (in cryptis clavati et porosi saepe persistunt). *Fungi speciosissimi, liberati, omnium facile maximi, e pluribus pileolis organice cohaerentibus compositi.*

Tribus nobilissima, antiquitus celebratissima (Patres omnes fere Europaeos et adhuc quosdam haud rite expositos habent; infelix est mos inter *insigniores* fungos Europaeos novas describere species), ab reliquis bene limitata et formis imperfectis ad Mesopodes tantum revergens. Cum PLEUROPODIBUS minus bene comparantur, nec formae ad candices arborum sessiles cum APODIBUS *imbricatis* confundi possunt. In

bis pilei e *basi effusa* (cum Merismata e basi attenuata caespitem prorsus liberum sistunt) *oriuntur discreti*, dein modo concrescunt.

1. Carnosi. Pileus *carnosus*, firmus, floccoso-fibrosus, azonus, nec coriaceo-induratus. Caespites centrales, stipitati, e basi communi enati, plus minus concreti, ut in macris formis pileum centralem simplicem lobatum subinde referant. Pori secedentes. *Leucospori, subterrestres, autumnales, omnes certe edules.*

71. P. umbellatus, ramosissimus, fibroso-carnosus, tenacellus, pileolis numerosissimis *integris umbilicatis*, stipitibus elongatis discretis basi coalitis porisque minutis albis. *S. M. p.* 354. cum syn. et varr. *Lenz. f.* 44. *Krombh. t.* 52. *f.* 3—9. *Iacq. Austr. t.* 172. B. ramosissim. *Scop.* — *Schaeff. t.* 111, 265, 266. *Fl. Dan. t.* 1197. In silvis frondosis ad terram et basin truncorum, at raro. Pileoli sqq. minores, sat regulares, fuliginei, rufi — l. pallide flavi, albi (*Barr. ic.* 1269, 1270), quales in Lapponia legit Sommerfelt. Hic tantum est Ag. ramosus *Vet. s. B. ramosissim.* Scop. quod nomen dein, Schaeffero conjungente; ad sqq. male translatum!

72. P. frondosus, ramosissimus, fibroso-carnosus, tenacellus, pileolis numerosissimis *dimidiatis rugosis* lobatis intricato-recurvatis fuligineo-griseis, stipitibus concrescentibus *porisque tenellis minimis acutis* albis. *S. M. p.* 355! (sed in syn. ut apud omnes cum sq. junctus). *Rostk. t.* 18. B. frondos. *Fl. Dan. t.* 952. *Paul. t.* 29. *Sterb. t.* 28. *A. optima.* Locis similibus vulgatior, ut videtur Europae praec. boreali-orientalis. Caro alba. Pori vulgo rotundi, sed in situ obliquo hiantes et laceri. Recentiorum a sq. primus rite separavit *Secretan*, sed *Schaeff. t.* 129, quam huc ducit, ad *idem specimen* facta ac *t.* 128, quam ad sq. ducit. Utraque, meo sensu sq. refert. Hic est primarius *B. frondosus* et *Clus. esc. g.* 21, *s. Bauh. hist. XL. c.* 46.

73. P. intybaceus, ramosissimus, carnosus, subfragilis, *pileolis numerosissimis dimidiatis porrectis* sinuatis, demum spathulatis laevigatis gilvofuscescentibus, stipitibus in truncum brevissimum connatis, *poris firmis obtusis* albo-fuscescentibus. B. intybac. *Auctt. pr. p.* B. frondosus *Schrad. spic. n.* 21. aliorumque. P. giganteus. *Fl. Dan. t.* 1793. P. ramosiss. *Secr. n.* 7. — b. *truncigenus*, laciniis elongatis conchatis lateraliter productis undulatis pallidioribus. *Bocc.* — *Barr.* 1272. *Paul. t.* 30. Locis similibus, vulgo ad trun-

cos, Europae forsan meridionali-occid. potissimum. Unicum nos in vivo trunco vidimus spec. var. a. (*P. frondosum* saepissime) sed hoc, ut Secr., priori non minus erat. Pori primo obsoleti, dentati; locis obliquis lamellosi. [*Sow. t.* 87. s. *Barr. f.* 1268, poris amplis griseis, recedit pileolis paucis sursum porrectis, stipite vix ullo.] Hic est verus *Fung. intybaceus Bauh. l. c. c.* 45 et Veter.

74. P. CRISTATUS, ramosus, firme carnosus, fragilis, pileolis integris dimidiatisque imbricatis *depressis subpulverulento-villosis, dein rimoso-squamosis rufo-virescentibus*, stipitibus connatis difformibus albis, poris minutis angulatis lacerisque albidis. *S. M. p.* 356. *Pers. M. E. p.* 50. *Rostk. t.* 16 optime. B. cristatus. *Pers. syn.* non Schaeff. B. subsquamosus. *Secr. n.* 5. In fagetis umbrosis. [Postquam tam in Scania austr. quam in duc. Mecklenburg copiose legerim mox perspexi differentiam *B. cristati* Sch.). Valde versiformis, interdum simplex; pileo modo undulato-lobato centrali: *B. flabelliformis.* Schaeff. t. 113. *Secr. n.* 6 *A.* (nomen ultra 10 Europeis adscriptum, peregrino *P. flabellif.* Kl. tantum sine confus. servandum). Hic verus *Fung. cristatus* Bocc. et Vet.

75. P. CONFLUENS, ramosus, firme carnosus, fragilis, pileolis crassis dimidiatis imbricatis *confluentibus glabris carneo-lutescentibus* demum obscurioribus squamulosis, stipitibus brevissimis confluentibus *porisque curtis minutis* albo-pallescentibus. *S. M. p.* 355. c. syn. *Pers. M. E.* 2. *p.* 47 cum var. pachypus. *Alb. et Schw. p.* 244. P. Artemidorus. *Lenz. p.* 80. *f.* 43 optime. P. aurant. *Trog in Fl.* 1832. *p.* 354. *Schaeff. t.* 109, 110 (at in synon. et loco epixylo cum *P. vario* manifeste commutat, quare cum Pers. in Comm. Sch. ad simillimam *P. varii* formam olim citavi). *Secr. n.* 67. (excl. prorsus P. vario Fr! P. pede Caprae P.!) *Hall. helv. n.* 2291. In pinetis muscosis; Upsaliae frequens. Crudus *P. ovino* minus gratus, carne pallida, sapore acriusculo. Colore fallax nunc carneus, nunc paleacens, in rufum et ochraceum (aurantium non vidi), sed facile dignoscitur pileis subcircinantibus in massam amorpham, siccitate rigidam, confluentibus.

76. P. PES CAPRAE, caespitoso-concrescens, subramosus, carnosus, fragilis, pileis crassis subdimidiatis glabris *badiis, demum fusco-atris rimoso-squamosis*, stipitibus difformibus ventricosis subconnatis *porisque amplis* luteo-albis. *Pers. champ. comm. t.* 5. *S. M. p.* 354. *Rostk. t.* 14. *Pers. M.*

*Eur. n.* 6, 7. B. scrobinaceus *Cumin.* — *Hall. helv. n.* 2292. In pinetis montosis et subalpinis. Caespites vulgo centrales, pileolis dimidiatis extrorsis, sed etiam legitur subsimplex pileo subcentrali. *Vidi sicc.* Scutiger tuberosus *Paul. t.* 31. *f.* 1—3 recedit superficie papilloso-exasperata, ut Tuberis, sed sine spec. distinguere non licet.

2. Lenti, pileo e carnoso-lento subcoriaceo, plus minus zonato, intus fibroso. Pori adnati. *Caespites laterales, substipitati, imbricato-multiplices, stipitibus plus minus connatis l. e tubere communi enatis. Leucospori, non edules, exoleti fragiles, autumnales nec in sq. ver persistentes, ad basin truncorum obvii.*

77. P. giganteus, imbricato-multiplex, e carnoso-lento subcoriaceus, pileis dimidiatis latissimis flaccidis subzonatis rivulosis *spadiceis*, postice depressis, stipitibus e tubere communi connato-ramosis, *poris minutis subrotundis pallidis* demum laceris. *S. M. p.* 356 cum syn. ampl. *Rostk. t.* 19. *Secr. n.* 9. *Schaeff. t.* 267 (junior). *Bolt. t.* 76 ob poros, forma sq. Ad basin truncorum, raro. Maximus, etiam in Suecia 4-pedalem vidimus, pileolis pedem latis, cute rigida in granula l. squamulas fibrillosas secedente. Pori tactu obscurati. Var. *clavaeformis:* Holmsk. *Ot.* 2. *t.* 13.

78. P. Acanthoides, imbricato-multiplex, e lento coriaceus, pileolis infundibuliformibus inciso-dimidiatis subzonatis longitudinaliter rugosis *ferruginascentibus*, stipitibus connato-ramosis porisque *lamelloso-sinuosis tenuibus ex albo rufescentibus*, acie dentatis. *Bull. t.* 486. Sistotr. rufesc. *Pers. ic. pict. t.* 6 non Syn. Daed. *Secr.* 2. *p.* 483. Ad terram truncosve Galliae. Priori tenuior, junior pallens; licet subcoriaceus, brevius durat et vetustus fragilis fit. P. *rufescens* (n. 23) abunde differt pileo spongioso hirto haud undulato-lobato, poris majoribus Sistotrematis *Pers. syn.*, qui huic Daedaleae (*Pers. ic. pict.!*)

79. P. lobatus, caespitoso-multiplex, lento-coriaceus, induratus, pileolis subdimidiatis imbricato-concrescentibus *lacero-lobatis glabris luteis*, postice attenuatis in stipites teretes inaequales fuligineos, poris mediocribus adnatis pallidis, acie tenui. *Gmel.* — *Schrad. sp. p.* 162 excl. syn. (inclusove P. *imbricato*). B. cristatus. *Schaeff. t.* 315, 316. *Nees syst. f.* 217. B. caudic. a *Scop. Carn. p.* 469 (vix P. squamosus, quia *β.* noster n. 86, et *γ.* nobis n. 87). P. eburneus. *Wallr. Cr.* 4. *p.* 599, status senilis leuciticus. Ad truncos arb.

frondos. raro. Nil cum P. *cristato* habet commune et a n. 86, 87 differt substantia tenaci indurata, pileis subrugosis l. maculatis, carne tenui fuscescente, poris subochroleucis et stipitibus.

80. P. PAULETII, caespitoso-multiplex, carnoso-coriaceus, pileolis dimidiato-infundibuliformibus repandis glabris laevibus subrivulosis *badio-fuligineis*, stipitibus curvatis subcanaliculatis *porisque amplis* angulatis albidis. *Paul. t.* 31. *f.* 4. Ad basin truncorum Galliae occid. Stipes distinctus, basi non nigrescit. Pilei 3-unc. l. Habitus prorsus sq., ut non visum hoc loco recipiam.

81. P. DISTORTUS, caespitoso-ramosus, lentus, rigens, pileolis subdimidiatis imbricato-concrescentibus distortis auriformibus *cervinis*, undique [stipiteque obsoleto] tectus *poris minutis* molliusculis pallescentibus. *Fr. El. p.* 79. *Schwein.! car. n.* 903. Ad terram et radices Carolinae. Pagina luci obversa in fragmento viso sterilescit. Variat *clavatus*, undique porosus.

82. P. CANDIDUS, imbricato-multiplex, coriaceo-lentus, tenax, pileolis subsessilibus dimidiatis laciniatis undulatisve *azonis candido-tomentosis*, *poris* tenuibus inaequalibus curtis *chalybaeis*. Bol. *Roth. cat.* 1. *p.* 244. P. Rosarum. *Weinm.! Ross. p.* 319. var. minor. Ad basin truncor., raro. Tenuior, caespitibus minoribus varie concrescentibus et incrustantibus pileolis demum lutescentibus, neutiquam vero postice effusis (ut similes Apodes); P. *alligato* affinis.

3. CASEOSI, pileo epelliculoso caseoso, primo succoso-molli, dein arido fragili azono, poris secedentibus. *Caespites ad caudices arborum sessiles, vulgo dimidiati; in situ vero horizontali undique expansi, centrales, primitus ex unico tuberculo amorpho in pileolos innumeros explicati. Acidi, a vere per totam aestatem obvii, sub jove brevi fatiscunt.*

83. P. CASEARIUS, caespitoso-multiplex, carnoso-caseosus, subsessilis, pileolis latissimis planis azonis glabrellis *ex albo alutaceis*, *poris* minutis rotundis subaequalibus planis *lacteis* persistentibus. Fung. casear. quercinus. *Sterb. t.* 12. A. (icon potius ad var. salicinam). F. foraminul. laevis albus. *Raji syn.* 2. *p.* 340. — *Batt. t.* 34. A. var. minor. Ad truncos Quercus; Femsjö 1834 copiose! Maxime spectabilis, carne casecsa, haud fibrosa, sed magis rigido-fragilis, nec ita succulenta. Odor valde acidus. Praecipue differt colore

vegeti et interno prorsus albo. *Var.* stipitibus manifestis curtis crassis, pileolis multis imbricatis instar *P. gigantei.*

84. P. SULFUREUS, caespitoso-multiplex, succoso-caseosus, mox expallens fatiscensque, *pileolis* latissimis imbricatis undulatis glabriusculis *rubello-luteis*, *poris minutis* planis *sulfureis*, demum laceris. *S. M. p.* 357 cum syn. *Secr. n.* 24. *Grev. Scot. t.* 113. *Rostk. t.* 20. — *Bull. t.* 429. *Sowerb. t.* 135 etc. inde a Clusio (*pern. g. V.*) ab omnibus facile pictus. Ad truncos arbor. frondosarum (quercus, cerasi) communis. In optimo vigore etiam sulfureo-lactescit; carne flavida, dein albicante ut totus fungus fatiscens. — Var. ut sqq.: b) clavatus, undique porosus: *Sowerb. l. c.* — c. stipitatus: *Batt. t.* 34. *f. B. Paul. t.* 14 inter hunc et sq. analogam formam ambigunt.

85. P. IMBRICATUS, caespitoso-multiplex, fibroso-caseosus firmulus, demum expallens fatiscens, pileolis latissimis imbricatis lobatis opacis luteo-fulvis, prope marginem subzonatum pallidioribus, *poris* minutis rotundis e pallido sordide luteolis. *S. M. p.* 357. *Rostk. t.* 21. — *Bull. t.* 366 cfr. textum! *Sterb. t.* 27. *B.* Huic propior P. cristat. *Secr. n.* 25. — Cum praec. ad fagos etc., sed rarior. Colore fulvente opaco, pororum subfusco-ochraceo subferruginascente et carne uda fuscescente, sicca alba mox differt. Var. b. *clavatus:* Bull. t. 418 et c. *stipitatus:* Bol. caudic. v. 3. *Scop. l. c.* Omnibus odor et sapor graves, amari, hinc *Fung. Laricis aureus* Mathiol. alia adhuc ignota spec.

86. P. ALLIGATUS, caespitoso-multiplex, fibroso-caseosus, rigido-fragilis, pileolis imbricatis inaequalibus azonis *villosis alutaceo-isabellinis*, *poris* minutis mollibus *albis* facile floccoso-obliteratis. *El. p.* 78 c. descr. *Wallr. cr.* 4. *p.* 593. — *Sowerb. t.* 422 (nomen commut.) B. mucidus *Scop.* Ad basin truncorum v. c. juglandis ipsamque terram substipitatus. Junior saepe *clavatus.* Vulgo culmos et stipulas obvolvit. Cfr. *Secr. n.* 36.

87. P. DISCOLOR, caespitoso-multiplex, caseoso-fragilis, pileolis elongatis] amplis tenuibus applanatis azonis longitudinaliter rugosis villosis albidis,] *poris* minutis tenuibus *fusco-olivaceis* facile collabentibus. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 483. Ad truncos ins. Mauritii. Pileoli 3—6 unc. longi, sed 2 lin. modo crassi, carne alba facile friabili. Pori sicci et collapsi grisei.

88. P. TILFAIRII, caespitoso-multiplex, caseoso-carnosus, *subtenax*, *albus*, pileolis imbricato-concrescentibus expansis

tenuibus lobatis tuberculoso-rugosis villosis obsolete zonatis, poris minutis tenuibus difformibus lacerisque. *Kl.! l. c.* Cum praeced. Minor, siccus pallescens. Pileoli 2 unc. l, lin. modo crassi, versus marginem fibroso-squamati, carne alba.

4. Suberosi, pileo suberoso coriaceove, persistente, tenaci; contextu floccoso submolli fomentario, poris adnatis. *Caespites subsessiles, e situ laterales l. centrales, sed pileoli basi attracto-liberi nec effusi. Truncigeni juxta terram, non edules, vernales.*

89. P. crassus, caespitosus, fomentario-suberosus, pileolis dimidiatis crassis inaequalibus *incrustatis* fuligineo-canescentibus; stipitibus centralibus obsoletis concrescentibus, *poris* minutis rotundis aequalibus *subcinnamomeis.* Ad basin truncorum; caespitem amplum, crassum, durum e Germania in collect. Beyrichii vidi, sed descr. amissa e memoria cito. *Sowerb. t.* 86 habitum bene exprimit.

90. P. graveolens, caespitoso-ramosus, lignescens, pileolis numerosissimis imbricatis durissimis ligulatis zonatis plicatis fuscis, *poris* minimis induratis *spadiceis* integerrimis. *Fr. El. p.* 79. *Schwein.! Car. n.* 904. Ad quercus Americae boreal. Giganteus saepe, capitis humani amplitudine, odore nauseoso gravi. *Var.* clavatus!

91. P. fuliginosus, caespitosus, subligneus, *fusco-rufus, pileolis* imbricatis dilatatis *hispidulis*, circa margines sinuatos et plicatos nigro-fasciatis, poris subrotundis parvis. *Scop. Carn.* 2. *p.* 470. Huic proxime accedit Roux-plat en feuillage. *Paul. p.* 87. *t.* 7. *f.* 2, 3. Ad radices truncorum. Caespitosus, semipedem latus. *Non vidi*, sed ne nobilis fungus pereat notavi.

92. P. imberbis, caespitosus, suberosus, pileolis imbricatis lobatis glabris albido-pallidis, demum fuscescentibus sulcis concentricis zonatis, poris tenuibus confertis linearibus labyrinthiformibusque lutescentibus. *Bull. t.* 445. *f.* 2. admodum macra. Daedal. imb. *Chev. par. p.* 247. *Secr.* 2. *p.* 485. P. laevis. *Pers. M. E.* 2. *p.* 68. saltim sec. spec. vis. Juxta terram ad truncorum basin, vere. Caespites. vulgo ampli, valde imbricati, olidi; ad terram struma radicali sessiles. Pileus ob poros profundos (intus cum carne albos) crassus. [*Paul. t.* 3. *f.* 1. non vidi].

93 P. heteroclitus, caespitoso-multiplex, coriaceus, pileolis sessilibus e tuberculo communi radicali undique expansis lobatis *villosis azonis aurantiacis*, poris difformibus

elongatisque aureo-luteis. *S. M. p.* 344. *Bolt. t.* 164. Ad terram Angliae sub Quercubus. Caespes centralis. *Non vidi.*

94. P. SALIGNUS, imbricato-caespitosus, coriaceo-mollis, elasticus, pileolis dimidiatis dilatato-reniformibus incrustantibus adpresse villosis *albidis*, circa marginem sublobatum tumidum sulcato-depressis, *poris* tenuibus confertis elongatis flexuoso-intricatis *albis*. Daedal. *S. M. p.* 337. *Pers. M. E.* 2. *p.* 5. *n.* 10, 12. B. albus. *Bolt. t.* 78, erronea ex ipso in fronte Tom. IV. *Ray. syn.* 3. *p.* 23. *n.* 11. — *Batt. t.* 38. *E.* Etiam F. casear. salic. *Sterb.*, sed plures confusi. Primo vere ab basin Salicum legi. Caespites nunc majores, nunc minores inodori.

IV. APUS. Pileus *sessilis*, normaliter basi incrassata dilatataque adnatus et dimidiatus — aut integer postice, vulgo cum umbone, adfixus — rarius attenuato-sessilis (transitus ad Pleuropodes), frequenter totus resupinatus (status semper abnormes; a *Resupinatis* veris, pileo nullo, maxime et facile diversi.) *Lignatiles, innumeri, forma infinite varii.*

A. *ANODERMEI.* Pileus *nulla cute tectus*, quare superficies nuda flocoso-l. fibroso-soluta, azona, sed intus transverse zonatus aut plus minus fibrosus. *Semper annui, subcarnosi, nec reviviscentes.*

1. CARNOSI, anodermei, *pileo caseoso, primo aquose molli fragili*, flocculoso *nec*, ob contextum (album) tenuiorem, *setoso-hispido*, poris subsecedentibus albis. *Adultiores nunc molles, nunc indurati, sed brevi putrescunt nec per hiemem persistunt.*

* *poris rotundis integris obtusis edentulis.*

95. P. EPILEUCUS, pileo e caseoso-molli firmo pulvinato *villoso-scruposo albido, intus similari zonato*, poris minutis rotundis integerrimis albis. B. spumeus *Fl. Dan. t.* 1794. nec alii haec icon referenda hac specie nondum observata. Ad truncos Fagi. Simplex, major (3—4 unc. latus, 1—2 unc. cr.) semiorbicularis, subtus concavus, intus non fibrosus, poris primo impalpabilibus.

96. P. TEPHROLEUCUS, pileo carnoso-caseoso triquetro obtuso *villoso inaequabili griseo*, intus albo zonato, poris rotundis elongatisque obtusis integris albis. *S. M. p.* 360. *Rostk. t.* 26. bona. *Secr. n.* 72. Ad ligna mucida, fr. sed, ut omnes carnosi, praecipue reg. silvaticis montanis fere proprius. Vulgo imbricatus, transverse dilatatus subtus planus, primo subgelatinosus.

97. P. ALUTACEUS, pileo carnoso-caseoso reniformi-dilatato *subvelutino alutaceo*, intus obsolete zonato, poris exiguis tenuibus subrotundis albido-alutaceis. *S. M. l. c.* P. epixanth. *Rostk. l. c. t.* 30 ex habitu optima. Cum praeced. Subimbricatus, nunc convexo-gibbus, nunc explanatus, subimbricatus, subtus planus; ut reliqui variat rugoso-hispidus et ex Rostk. poris angulatis laceris.

98. P. TESTACEUS, pileo e carnoso suberoso inaequabili subpubescente azono sordide testaceo, intus zonato, margine lato undulato porisque minutis curtis rotundis aequalibus albis. P. fumosus. c. *S. M. p.* 367. Ad Populos (nigras) cariosas. Valde imbricatus, tenuis, ceteris firmior, cum *P. fumoso* inter hanc et sq. sectionem medius.

99. P. STIPTICUS, pileo caseoso-suberoso fragili pulvinato obtuso *laevigato-glabrato albido*, margine subrufescente, intus fibroso albo, poris minutis longis subrotundis aequalibus albis. *S. M. p.* 359. Bol. *Pers.* — b. *acidulus*, albus. *El. p.* 86. Ad truncos mortuos, sed stantes et corticatos, Pini, non ubique. Imbricato-concrescens, mollis, arescens, odore et sapore gravis. Viribus *P. officinalis* pollet.

100. P. CHIONEUS, albus, pileo carnoso molli azono laevigato glabrato, postice subporrecto, margine acuto inflexo, poris curtis exiguis rotundis aequalibus integerrimis. *S. M. l. c. Weinm. Ross. p.* 316. P. candidus. *Pers. M. E.* 2. *t.* 15. *f.* 2 var. stipitata (non Roth.) Ad truncos v. c. Betulae. Semper mollis, fragilis, udus hyalino-albus, siccus candicans. Superficies laevigata, fere *P. betulini*, sub lente vero, ut epelliculosus, subtiliter velutinus. Tenuis, uncialis, acidus. — Similem *dubium* eodem loco legi, pileo minus laevi e villoso glabrato utrinque convexo basi effusa, poris sub lente denticulatis: *Secr. n.* 62.

** *poris elongatis flexuosis lacerisque acutis.*

101. P. LACTEUS, lacteus, pileo carnoso-fibroso fragili triquetro pubescente, extus intusque azono, margine inflexo acuto, poris tenuibus acutis dentatis dein laceris labyrinthiformibus. *S. M. l. c. Weinm. l. c. Secr. n.* 63. *Rostk. t.* 23. Ad truncos, praecipue Fagi. Vulgo parvus, tenuis, laevis; sed etiam magnus (3—5 unc. transversim longus, 2 unc. latus), valde declivis et postice gibbus, demum glabrescens et inaequabilis, caute a *P. epileuco* (carne fibrosa, poris e. s. p.) distinguendus.

102. P. FRAGILIS, albidus, *tactu fusco-maculatus*, pileo

carnoso-fibroso fragili plano-depresso versiformique fibroso-rugoso, subtus convexo, poris tenuibus elongato-flexuosis intricatis. *Fr. El. p.* 86. cum syn. et descr. Ad ligna abiegna, carie consumta. Distinctiss., licet forma nulla constans, etiam postice porrectus, ut *Sowerb. t.* 387. *f.* 8.

103. P. MOLLIS, pileo carnoso-fibroso molli effuso-reflexo subtriquetro acuto *rugoso incarnato*, poris inaequalibus elongatis flexuosis mollibus albis, *tactu carneo-maculatis. S. M. p.* 360 c. syn. *Weinm. Ross. p.* 316. *Secr. n.* 58. Ad ligna putrida Pini comm. Non aquosus, sed tactu admodum mollis, seriato-elongatus l. resupinatus: *Poria rubella* Pers. Obs. 1. p. 14. Cfr. *El. p.* 119. *not.*

104. P. CAESIUS, albus, *hinc inde caesio tinctus*, pileo carnoso-molli tenaci inaequali sericeo, poris exiguis inaequalibus elongato-flexuosis dentatoque-laceratis. *S. M. l. c. Weinm. l. c. Secr. n.* 71. — *Sowerb. t.* 226. B. caesius. *Schrad.* Ad truncos varios. Valde irregularis, etiam resupinatus.

105. P. TRABEUS, pileo carnoso-fibroso dein firmo effuso-reflexo transversim elongato azono *pallido*, *poris curtis* minutis subrotundis elongatisque dentatis albis. *Rostk. t.* 28. Ad ligna pinea frequ.; cum sq. vulgo conjunctus, uterque variat pileo laevi et inaequabili, glabro et pubescente, margine acuto, sed hic siccior, laetius coloratus, udus intus hyalinus obsoletius zonatus et praecipue poris, situ variis, curtis diversus.

106. P. DESTRUCTOR, pileo aquose-carnoso fragili effuso-reflexo rugoso *fuscescenti-albido*, *intus zonato*, *poris longis* subrotundis dentatis lacerisque albidis. *S. M. p.* 359. cum syn. *Weinm. p.* 317. *Krombh. t.* 3. *f.* 3. — b. B. sebaceus. *Leyss.* B. alutac. *Rostk. t.* 27. Saepe undulatus et incrustans, quasi viscidus, latus, totus resupinatus, odore gravi. *Var.* mucronatus. *El. p.* 85.

P. Kymatodem, *Rostk. t.* 24. P. amorpho subjungo.

2. LENTI (Subcarnosi S. M.), anodermei, *pileo carnoso-lento* (etiam juniorum tenaci) molli elastico, ob contextum fibroso-floccosum villoso-tomentoso, poris subadnatis coloratis. *Semper molles, subflexiles, in sq. ver persistentes*, formis mediis cum prioribus juncti, sed diversum typum manifeste offerentes.

* *contextu colorato.*

107. P. CROCEUS, pileo carnoso-lento molli elongato versiformi tomentoso azono lutescente, intus fibroso subzonato,

*poris* curtis inaequalibus *croceis*. *S. M. p.* 364 c. syn. *Buxb. C. V. t.* 3. *f.* 1. B. croc. *Pers. Obs.* 1. *p.* 87. B. informis *Cumin.* In truncis cariosis Quercus. Nos in unica ad Fröböke Hallandiae legimus pileo ex maxima parte resupinato angustius reflexo; *Secretan n.* 26 (qui allegat *Bolt. t.* 75 ex habitu prorsus *P. sulfureus*; *e defin. mutuatis* coriaceus modo dictus; pileo glabro, facile sicco indurato etc. a meo P. croceo recedit) longe majorem, liberatum et lobatum describit, sed hoc facile variat. Vivi color ut in *Ag. nidulante*, sed brevi nigrescit et disparet.

108. P. Aesculi, pileo carnoso-lento duriusculo fornicato villoso-laevigato pallido, margine sterili, *poris minutis sulfureis demum nigricantibus* integris. *El. p.* 99. — *Schwein.! Car. n.* 887. In Aesculo flava raro. Subimbricatus, primo adspectu glaber, sed gregis more tactu subtomentosus; pileus in spec. viso erat rubiginosus.

109. P. nidulans, pileo carnoso-lento mollissimo subpulvinato e villoso laevigato azono subgilvo, intus concolori, *poris longis mediis inaequalibus* angulatis *fulvo-testaceis*. *S. M. p.* 362. *Weinm. p.* 328 (*Schaeff. t.* 136 habitum exprimit, praec. f. 5, 6, sed lignosus et zonatus dicitur). B. suberosus *Bull. t.* 482 certe hujus loci! et aeque explicatum, rarius licet, vidi. Ad ligna Fagi et Quercus. Eximius fungus, siccus fragrans, colore pilei nunc rufescente nunc lutescente. Pori majores quam in proximis, forma varii etiam elongati. H. I. Secr. n. 43. Margo patens, subobtusus.

* *P. spongiosus*, effusus, tomentosus, fulvo-ferrugineus. *S. M. p.* 377. — *Bolt. t.* 165! Ad ramos Betulae, foliis obtectos, legens mox prioris var. perspexi; pileus seu subiculum sub poris minime desideratur.

110. P. rutilans, pileo carnoso-lento tenui molli primo villoso dein glabrato azono e fulvo-cinnamomeo *expallente* (fulvente), intus concolori, *poris curtis minutis* tenuibus aequalibus acutis *cinnamomeis*. *S. M. p.* 363. — *Pers. ic. et descr. t.* 6. *f.* 4. Ad cortices Sorbi raram hanc speciem, inter 109 et 123 ambiguam, tantum legi. Forma varia, sed extenuata, nec pulvinata utrinque subconvexa prioris, marginello inflexo, sed margo non incurvatus ut in *P. cuticulari*. Primo hirtus, demum exsuccus friabilis. Pori non vibrantes, subnitidi.

111. P. gilvus, pileo carnoso-lento molli laevi-glabrato azono gilvo, margine patente tenui acuto, *poris exiguis* pla-

nis nudis integerrimis *gilvo-ferrugineis. Schwein.! Car. n.* 897. — *Fr. El. p.* 104. Bol. impuber. *Sowerb. t.* 195. Ad ligna Europae occid. et Amer. boreal. Longitudinaliter vulgo effusus, *anodermeorum* more locis suffocatis byssinus, mox reflexus, tactu mollis proprie velutinus, sed ita laevigatus, ut glaber appareat. Postquam haec species, ex America primum, mihi innotuit, de syn. Sowerb. nullum dubium.

112. P. DIALEPTUS, pileo e carnoso *coriaceo tenuissimo* effuso-reflexo tomentoso helvolo-fuscescente, *margine* (sicci) *incurvato nigricante*, poris curtis tenuibus rotundis aequalibus luteolo-pallidis. *Fung. Guin. c. ic.* Ad truncos in Guinea. Etiam siccus mollis est, contextu fibroso-floccoso helvolo pallido. Basis deorsum protracta substerilis est.

** *contextu albo.*

113. P. ALBUS, pileo carnoso-lento coriaceo molli azono laevi glabrato *albo*, *basi attenuato*, *intus similari*, *poris* curtis rotundis minutis ex albo *rufescentibus*. *Huds. Angl. p.* 626. B. fagineus. *Schrad. spic. p.* 191. B. salicinus. *Bull. t.* 433. *f.* 1. Ad Salices et Fagos, raro. *P. saligno* (non vero P. salicino) utique affinis pileoque postice porrecto ad stipitatos accedens, demum vero fuscescens et sq. tam similis, ut inter utrumque ambigant. *Sow. t.* 127. *Secr. n.* 55.

114. P. FUMOSUS, pileo carnoso-suberoso firmo azono e sericeo glabrescente undulato *fuligineo-pallido*, *postice dilatato-adnato*, *intus fibroso subzonato*, *poris* curtis rotundis minutis *albido-fumosis*, tritis obscurioribus. *S. M. p.* 367. *Secr. n.* 56. *Tratt. austr. t.* 3. *f.* 5. Bol. *Pers. syn. p.* 530. Ad Salices et minor ad Fagos. Caespitoso-imbricatus, crassus, versus marginem siccitate nigrescentem attenuatus. Colore variat, sed facies semper fumosa. Huic proximi, ad vivum forsan seperandi, *B. suberosus Sowerb. t.* 288 et B. caeruleus. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 1962. *f.* 2. *infer.*

115. P. ADUSTUS, pileo carnoso-lento firmo tenui villoso cinereo-pallido, margine stricto nigrescente, postice effuso-reflexo, *poris* curtis minutis *rotundis obtusis ex albido-pruinoso mox cinereo-fuscis*, marginalibus obsoletis. *S. M. p.* 363. cum syn.! *Fl. Dan. t.* 1850. *f.* 1. *Weinm. p.* 319. (*Batsch f.* 226. an n. 82?) Ubique ad truncos. Priori similis, sed tenuior, pileus spurie zonatus rugulosus, pori demum nigricantes.

* P. CARPINEUS, pileo tenuiori subconchato lutescente. *Sow. t.* 231. Ad Carpinos. Prioris var. ex Swartzio, distincta sp. *Secr. n.* 70.

116. P. CRISPUS, pileo carnoso-lento coriaceo tenaci rugoso cinereo-nigricante, postice effuso-reflexo, margine tenui crispo demum nigro, *poris majusculis inaequalibus demum labyrinthiformibus* argenteo-cinereis. *S. M. l. c. Batsch. f.* 227. *Secr. n.* 69. Cum praeced. rarior. Minor. Pileus junior fuligineo-niger, floccoso-rugosus, azonus, margine albo, adultus tenuior flexilis expallens griseus glabrescens, zona marginali fusca, subinde pluribus. Pori demum Daedaleae facie.

117. P. ISABELLINUS, pileo carnoso-lento tenui effuso-reflexo conchato velutino isabellino, margine acuto crispo adusto, *poris* minutis aequalibus *nigro-purpurascentibus obtusis. Fr. El. p.* 88. Bol. *Schwein.! Car. n.* 899. et B. nigropurp. *l. c.! n.* 925 var. resupin. Ad truncos Carolinae.

118. P. DICHROUS, pileo carnoso-lento tenui molli effuso-reflexo laevi sericeo albo, margine concolori stricto, *poris* curtis minutis rotundis *fusco-cinnamomeis* obtusis. *S. M. p.* 364. *Weinm. p.* 318. P. pelleporus. *Secr. n.* 73. (citat nempe nobiscum in Obs. Myc. *Bull. t.* 501. *f.* 2, qui e pagina superiori hunc bene refert, sed e poris et textu P. adustus: cfr *S M. l. c.*). Ad Fagos, Betulas. Pulchellus, saepe longe latissime resupinatus, margine tenui reflexo.

119. P. KYMATODES, pileo carnoso-lento tenui undulato pubescente albo-fuscescente, *poris medius* inaequalibus obtusis *ex albo griseis. Rostk. t.* 24. Cum sq., cui tam similis ut in stato primario tute vix discernere liceat. Pori primitus ore villoso, dein nudo dentato. Habemus *var.* totam resupinatam, dilute griseam demumque fuscescentem. Haec ab analoga sq. diversissima apparet.

120. P. AMORPHUS, pileo carnoso-lento tenui plerumque effuso-reflexo, *poris minutis* inaequalibus *aureis*, primo albo-pruinatis. *S. M. p.* 364. *El. p.* 88. *Secr. n.* 65. *Weinm. Ross. p.* 318. *Pers. Myc. Eur. n.* 50, 83. B. nitidus. *Alb. Schw. p.* 258. B. abietinus. *Dec. fr.* 5. *p.* 40 — b. B. irregularis. *Sow. t.* 423. B. mollusc. *Nees Syst. f.* 223. Vulgatus ad truncos pineos in montanis. Ex elegantissimis, sed nulla forma constans; *var.* poris albis pro *P. Kymatode* Rostk. omnino sumere posses.

3. SPONGIOSI, anodermei, pileo primo valde spongioso-aquoso dein firmo elastico, facto e fibris validis extrorsum divergentibus et porrectis indeque setoso-hispido, poris cum fibris carnis modo contiguis. Caro vulgo offert stratum intermedium, exteriori hispido minus diver-

gens. *Firmi, sed annui, autumnales, praecedd. olim immixti*, at melior pars in truncis vivis l. recenter saltim emortuis, nec lignis putridis, crescit.

* *contextu sporidiisque coloratis.*

121. P. UNICOLOR, pileo compacto e spongioso-molli indurato integro semigloboso hirto, postice *umbone stipitiformi* adnato, *poris integris maximis* subobscurioribus. — *Schwein.! Car. p.* 71. In truncis mediis arborum vivarum Americae, serotinus. Spectabilis, 4—6 unc., extus pellem cervinam referens.

122. P. HISPIDUS, pileo compacto spongioso-carnoso dimidiato pulvinato hispido subferrugineo, *intus divergenti-fibroso, poris minutis* rotundatis subdiscretis fimbriatis pallidioribus. *S. M. p.* 362. *Grev. Scot. t.* 14. (utroque loco synn. cop.) *Secr. n.* 32. *Bolt. t.* 161. *Sowerb. t.* 345. *Bull. t.* 210, 493. *Krombh. t.* 48 *f.* 7—10. — b. rutilans. *Paul. t.* 13. Ad truncos arb. frond., praecipue Europae occid.-merid. Pori e lutescente fuscescunt.

123. P. CUTICULARIS, pileo pertenui spongioso-carnoso dein exsucco applanato hirto-tomentoso e ferrugineo fusco-nigricante, *margine fibroso-fimbriato incurvato, intus laxe et parallele fibroso*, poris longis minutis e pallido ferrugineis. *S. M. p.* 363. *El. p.* 102. *Wahl. Suec. n.* 1998. — *Bull. t.* 462. — a. *triangularis*, exsertus, postice attenuato-porrectus, triangulo-linguaeformis. B. triqueter. *Pers. syn. p.* 528. certe. b. *triqueter*, postice basi lata adnatus triqueter. *Bull. l. c. f. A. Weinm. Ross. p.* 327. P. alneus *Pers.* sed cum P. radiato, in quo a plerisque quaeritur, aeque bene convenit. Ad caudices, a. Quercus, Fagi; b. Populi, Alni etc. Europae boreal. Fungus junior ab exoleto faciem praebet valde diversam; a. mollis et elasticus persistit; b. induratur; intus ferrugineus, fibris tenacibus, facile separandis. Pori carne longiores. Sporidia copiosa, ochracea. Possent ex hoc plures species separari, sed cum singulos per omnes aetates observare non licuit, neminem Bulliardo lubentius sequimur.

124. P. RHEADES, pileo spongioso-carnoso semiorbiculari convexo-plano e strigoso denudato fibrilloso lutescenti-ferrugineo, *margine integro reflexo, poris tubulosis* subaequalibus *cinnamomeis. Pers. M. E.* 2. *p.* 69. Ad truncos Galliae. *Mihi haud satis cognitus*, sed ex hac certe grege videtur, 2—3 unc. l., ¾ unc. crass. satis laetus et nitidus, ut prior demum laevior et obsolete zonatus, basi vero et junior dense strigosus.

125. P. LEONINUS, pileo carnoso-spongioso molli dimidiato-adnato fibroso-strigoso fulvo, margine deflexo, *poris majusculis inaequalibus in dentes compressos laceratis* e purpureo ferrugineis. *Klotzsch.! in Linn. VIII. p.* 486. Ad truncos Indiae orient.; etiam in Guinea. Fere effuso-reflexus; cum sq. a reliquis maxime diversus pileo ex maxima parte e fibris rigidis intextis, nulla massa carnosa junctis, compacto.

126. P. FUNALIS, pileo fibroso-spongioso sessili conchato ferrugineo, *toto fere dissoluto in fibras rudes funiculares rigidas ramosissimas imbricatas*, poris tenuibus inaequalibus laceroque-dentatis e pallido fuscis. *Fung. Guin. f.* 3. In Guinea. In duas species separat beat. *Afzelius* in schedulis; alteram hymenio poroso ligneo-pallido; alteram (*Sistotrema* Afz.) hymenio fusco lacero-dentato, sed reliqua omnino congruunt.

** *contextu sporidiisque albis.*

127. P. SPUMEUS, *albidus*, pileo carnoso-spongioso compacto pulvinato-gibbo rugoso hispido, *basi stipitiformi, margine incurvato, poris* secedentibus minutis *rotundis* acutis integris. *S. M. p.* 358. *El. p.* 84. *Weinm. Ross. p.* 314. — *Sowerb. t.* 211. e descr !, icon haud charact. *Secr. n.* 33. var. B. pulvinatus. *Wahl. suec. n.* 2001. B. suberosus. *Wahl. Ups. n.* 1054. Ad truncos arborum vivarum frondos. Caro versus marginem zonata.

128. P. LABYRINTHICUS, *albido-fuscus*, pileo carnoso-spongioso compacto pulvinato dilatatoque sessili hirto, *margine patente concolori, poris* difformibus *labyrinthicis* lacero-dentatis. *Fr. El. p.* 83. Sist. spongios. *Schwein.! Car. n.* 950. In truncis vivis aut nuper caesis in Amer. boreali. E maximis, *P. hispido* respondens, intus albido-fuscescens, subzonatus.

129. P. WEINMANNI, *albido-rufus*, pileo carnoso-spongioso tenaci versiformi *rufo-fusco-strigoso, margine tenui albo*, poris inaequalibus labyrinthicis albis, tactu rufo fuscis. P. labyrinth. *Weinm.! Ross. p.* 313. Ad truncos Pini adhuc vivos circa Petropolin, raro. Quantum ex utriusque spec. siccis videre licet non potest non a priori distingui. Haec minor est, 1—2 unc., intus albus et azonus.

130. P. BOREALIS, *ex albo lutescens*, pileo e spongioso suberoso compacto subpulvinato hirto, *intus albo parallele fibroso, margine patente*, poris adnatis inaequalibus sinuosis flexuosis lacerisque albis. *S. M. p.* 366. *El. p.* 85. c. syn.

*Weinm. l. c. p.* 314. *Secr. n.* 59. *Wahl. Suec. n.* 2000. B. albus. *Schaeff. t.* 314. male. Ad truncos mortuos abiegnos in Europa bor. copiose; etiam in alpibus Helveticis. Valde insignis, sed varius, senio lutescens. Margo vulgo acutus, pori tenelli acuti; sed in var. *montana*, margo obtusus, pori firmi obtusi flexuosi, sed non laceri — et in var. *spathulata*, pileus tenuis spathulatus in stipitem brevem lateralem productus. Notat *Weinm. l. c.* porro var. margine nigrescente, poris cinereo-albidis.

131. P. UNDULATUS, pileo e spongioso suberoso compacto *protracto undulato* hirto-strigoso lutescente, margine spurie zonato, *poris adnatis minutis* obtusis integris albis. *Fr. El. p.* 87. *Schwein.! Car. n.* 893. Ad truncos Amer. borealis. Variat substipitatus. Intus parallele fibrosus, subzonatus, albidus.

132. P. SYMPHYTON, albo-pallescens, pileo spongioso-cartilagineo tenui plano *adpresse strigoso* azono, *poris* majusculis *difformibus dentatis*, demum laceris. *Fr. El. p.* 97. Sistotr. *Schwein.! Car. n.* 951. Ramos dejectos ambit in America bor. Subimbricatus, ceteris minor.

B. *PLACODERMEI.* Pileus crusta contigua vestitus, azonus l. concentrice sulcatus. *Persistentes.*

4. SUBEROSI, pileo primitus subcarnoso succoso, dein indurato, crusta tenuiori tecto, poris tenuibus demum subsecedentibus. *Autumnales, in sq. annum subpersistentes, sed numquam stratose reviviscentes.* A prioribus cute, *ab omnibus sqq. pileo primo carnoso-succoso differunt.*

* *contextu colorato.*

133. P. DRYADEUS, pileo *e spongioso-carnoso* suberoso crasso pulvinato subferrugineo fuscescente, *cute tenui molli* e scruposo laevigata glabra, *carne* fibrosa subzonata *porisque praelongis* tenuibus rotundis mollibus *ferrugineis*, ore primo pallidioribus. Pol. dryadeus. *S. M. p.* 374. — *Trog. in Flor.* 1832. *p.* 357. *Bull. t.* 458. Ad truncos Quercus Europae austr. raro. Est e maximis et nobilissimis, sed annuus l. in sq. ver tantum persistens, rapide crescens et lacrimans, praecipue in margine pallido. Analogus quidem cum *P. applan.*, sed jam e spec. plur. diversissimum video.

134. P. RUBIGINOSUS, pileo carnoso-suberoso inaequabili ruguloso tomentoso *rubiginoso*, *cute sicca firma rigescente, intus concolori* subzonato, poris minutis subrotundis cinnamo-

meis, ore pallidis. *Rostk. t.* 32. — *Schrad. sp. p.* 168. bene convenit, praeter substantiam pallidam, quae sq. sitaneum indicat. Ad Fagi truncos. Caespitosus, inaequalis; etiam a me lectus, sed ex *Rostk.* recipio, cum induratum pro *P. dryadei* forma neglexerim.

135. P. RESINOSUS, pileo e carnoso suberoso pulvinato flocculoso-pruinato rubiginoso-fusco, *cute* adnata *rigido-resinacea rivulosa*, *intus azono pallido*, poris minutis aequalibus fuscescentibus, ore pallidis. *S. M. p.* 361. c. syn. *El. p.* 100. *Weinm. Ross. p.* 327. *Rostk. t.* 29. — *Schrad. l. c. p.* 171. *Fl. Dan. t.* 1138. optime. B. guttatus *Syll.* 2. *p.* 101. Ad truncos varios; speciosus, imbricatus, spithameus ad Fagi, pervulgatus in Suecia. Junior et dein margine pallidiori omnino carnosus et butyraceus; insequente anno vero fomentario-lignosus, at non reviviscens. Hunc, ut *P. betulinum* et alios nobiliores, ignorat Secretan.

136. P. SOLONIENSIS, pileo e carnoso suberoso semiorbiculari amplo brunneo-fusco, *cute lacerata*, poris flavescentibus. *S. M. p.* 365. — *Dub. Orl. p.* 177. In Gallia occid. Non satis notus, *a me non visus*, sed manifeste hujus gregis et a reliquis diversus. Cfr *Le sabot subereux* Paul. p. 93.

137. P. ERUBESCENS, pileo e carnoso suberoso pulvinato e villoso glabrato azono *incarnato*, *cute molli scabra*, *intus alutaceo*, poris curtis minutis rotundis albo-carneis. P. mollis. *Rostk. t.* 25.! [forte etiam *Weinm.! p.* 316 et cum senili cfr. P. stiptic. *Secr. n.* 67]. Ad truncos Pini; nos *siccum* modo vidimus specimen 3 unc., postice porrectum, suberoso-lentum, subtus planum.

138. P. AFZELII, pileo e carnoso suberoso conchato glabro azono *albido*, *cute contigua molli laevigata*, *intus gilvo-pallido*, poris tenuissimis stipatis minutis albidis, ore subgriseis. *Elench. p.* 90. *Fung. Guin. f.* 5. In Guinea. Valde diversus, *P. betulino* habitu proximus, sed minor subtus concavus, margine acuto, pori longiores subtiliores.

** *contextu albo*, *plerisque saltim sporidiis concoloribus.*

139. P. BETULINUS, pileo e carnoso suberoso ungulato obtuso glabro azono, *pellicula laevi secedente fusco-rufescente tecto*, vertice obliquo umbonato-porrecto adnato, poris curtis minutis rotundis inaequalibus albis, demum secedentibus. *S. M. p.* 358 c. syn. *Grev. Scot. t.* 246. *Rostk. t.* 22. — *Bull. t.* 312. *Fl. Dan. t.* 1254. etc. B. suberosus. *Linn.* et *Wulf.* B. sutorius. *Scop.* Ad caudices Betulae copiose.

140. P. OFFICINALIS, pileo carnoso-suberoso ungulato deformique concentrice sulcato glabro e lutescente albo, *cute dura rivuloso-fatiscente*, *intus concolori demum friabili*, poris curtis tenuibus lutescentibus. *S. M. p.* 365 c. syn.! *Nees pl. offic.* c. ic. *Bull. t.* 296. *Paul. t.* 18. Bol. Laricis. *Jacq. Misc.* 2. *t.* 20, 21. Ad Larices in silvis subalpinis. Odor farinae, sapor amarus. Usus ab antiquiss. temporibus: *Diosc.* 3. *c.* 1.

141. P. GIBBOSUS, pileo carnoso-suberoso crasso convexo gibboso azono *glabro* albido-fuscescente, *cute contigua inaequabili*, intus albido, poris minutis decurrentibus albis. *Pers. M. E.* 2. *p.* 67. Bol. suberosus. *Sowerb. t.* 288. In truncis Angliae. *Mihi ignotus*, ex habitu ad *P. fumosum* accedens, sed major et compactior.

142. P. STRUMOSUS, pileo e carnoso-lento durissimo convexo gibboso azono *fuligineo griseo-pruinoso*, *margine acuto nigricante*, intus fibroso zonato griseo-albo, poris curtis tenerrimis minimis stipatis e fuligineo griseis, basi decurrentibus. *Fung. Guin. l. c.* Ad truncos Guineae. Valde diversus, habitu fere *P. adusti;* crusta corrugata (sub lente pruinosa) dura sed confluente tectus. Forma varia; interdum postice adnata labiata.

143. P. CUBENSIS, pileo e carnoso suberoso rigido plano glabro concentrice sulcato albido-pallido, margine obtuso repando, subtus convexo, poris praelongis rotundis exiguis obtusis concoloribus. *Montagn. in Sched.* Ad truncos Cubae. Dimidiatus, maximus, totus albido-pallens. Secundum Montagneum, qui spec. archetypa contulit, proximus est mihi sede prorsus incertus

† P. MARIANUS *Pers. apud Freyc. l. c.*, sed differt zonis pubescentibus. Cum his comparetur *P. lignosus* Klotzsch.

144. P. PUBESCENS, pileo e carnoso-lento suberoso *molli* convexo *subzonato* pubescente extus intusque albo, margine acuto demum lutescente, poris curtis minutis subrotundis planis albis. *S. M. p.* 367. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1790. *f.* 1. figura *Schum.!*, sed in nostro exempl. caro ex errore ferruginea. *Secr. n.* 62. Ad truncos praec. Betulae, frequens. Cum sqq. *Coriaceis* proximus, sed primitus sunt carnoso-spongiosi. Hic, a larvis mox intus destructus, friabilis fit; remanente tantum cute membranacea. Pori decurrunt.

145. P. PALLESCENS, pileo e carnoso-spongioso suberoso *tenui azono laevi glabro lutescente*, margine acuto concolori,

poris curtis minutis subrotundis albo-lutescentibus *S. M.* p. 369. *El.* p. 96. — *Sowerb.* t. 230. B. albidus *Wahl.! Lapp.* Ad truncos et ramos Eur. bor. Subcaespitosus, coriaceus, minor.

146. P. CONCHIFER, *albus*, pileo e spongioso coriaceo tenui conchiformi *laevi glaberrimo splendente*, poris tenuibus acutis dentatis. *Fr. El.* p. 96. *Schw.! Car.* n. 918. Ad ramos Amer. boreal. Subcaespitosus, minor, saepe pezizoideus et quasi stipitatus, sulcis concentricis (nec zonis) obsoletis notatus. *N.* 144—146 forte novae sectionis, *Coriaceis* proximae, rudimenta.

5. FOMENTARII, pileo floccoso-fomentario, primitus exsucco, haud carnoso spongiosove, crusta dura cornea tecto, poris demum stratosis. *Lignosi, subpulvinati, vere perennes quotannis nova strata addentes, hinc inter Fungos arbores exogeneae* (ut Fucaceae endogeneae Phycearum). In individuis 10—20 annorum zonas angustas annis calidis et siccis, crassas et latas pluviosis respondere videre liceat. Cave, ne fallet fungus sitaneus, haud stratosus; annosi passim cute rimoso-diffracta l. soluta.

* *contextu*, poris sporidiisque *umbrinis l. fuscopurpur.*

147. P. NITENS, pileo durissimo semigloboso *concentrice striato* glaberrimo laccato-nitente castaneo, *postice stipitiformi-porrecto* pendulo, poris minimis praelongis umbrinis. *Fr. in Linn. V.* p. 517. In America tropica. *Nobilis*, sq. minor, vetustus ater.

148. P. PEDIFORMIS, pileo durissimo convexulo orbiculari-undulato, *jugis a basi angustata sessili radiatim rugoso*, in ambitu concentrice sulcato, laccato-nitente atro, poris praelongis impalpabilibus pallide umbrinis. *Fung. Guin.* f. 2. Ad truncos Guineae. Pedem ob ambitum sublobatum eximie refert, *insignis*. Pororum stratum omnino contiguum in spec. praesent., e margine duplicato, duorum annorum.

149. P. ORBIFORMIS, pileo durissimo convexo orbiculari postice oblique sessili-adnato concentrice sulcato crustaceo-laccato fusco-nigro griseo-pruinoso, poris praelongis minutis fuscescentibus. *Fung. Guin.* l. c. Cum priori, cui affinis, sed forma, margine obtuso, poris conspicuis et defectu insignium elevatarumque rugarum radiantium facile dignoscitur. Etiam minus nitens et sulci concentrici (praecipue versus marginem) obsoletiores.

150. P. AUSTRALIS, pileo durissimo convexo-plano dimidiato-sessili *undulato-tuberculoso glabro incrustato opaco* subspadiceo, margine sterili glaberrimo, poris praelongis minutis *confluenti-stratosis* umbrinis ore primo albidis. *Fr. El. p.* 108. In hemisph. australi plurimis locis et sub variis formis, facile separandis. Fungus sitaneus (*l. affinis spec.?* sequ. affinior) e Chili (*Hochstetter!*) pileum habet valde dilatatum, ultra spithamam, semiorbicularem, ligneo- l. gilvo-pallescentem, jugis elevatis concentricis tuberculosis maxime undulatum, contextum laxe floccosum, *qui in normali grumoso-flocculosus, qualis* etiam in *certa* P. australis var.! *applanata* (Kl.! Linn. VIII. p. 484), verum haec differt pileo magis explanato laeviori, haud tuberculoso, modo concentrice sulcato. P. tornatus. *Pers. in Freyc. Voyag.* nullo modo recedit.

151. P. VEGETUS, pileo amplo dilatato glabro opaco fusco, zona annua lata concentrice sulcata, contextu floccoso laxo tenuissimo, *cute hornotina crassa separabili, poris* minutis *secedentibus* umbrinis, *singulorum annorum strato intermedio floccoso* distinctis. Fung. arbor. maxim. fusc. *Doody in Raji Syn.* 2. *app.* 335. Ad truncos Ulmi in Hallandia; Tiliae in Scotia *Klotzsch!* Affatim similis *P. australi applanato* et cum P. applanato ab aliis confusus, sed plurimis prioris notis ab omnibus differt. Est inter maximas, rapide crescens, jam primo anno pedalis, sed caro admodum tenuis, a qua demum tam cutis quam pori longissimi separari possunt; rationes a *P. australi* maxime alienae. Porro cum in hoc diversorum annorum strata ita confluant, ut discerni nequeant, in hoc non tantum discreta, verum etiam strato proprio fomentario separata. Subtus planus, primo albicans, margine glaberrimo nitido sterili angusto.

152. P. ROBURNEUS, pileo *durissimo triquetro protractoque* late adnato *scrobiculato-tuberculoso laccato* glabro opaco fusco-nigricante, margine pallido, poris minutis convexis confluenti-stratosis umbrino-purpureis. P. annosus. *El. p.* 106. nec S. M. Ad ligna durissima Quercus, Sueciae raro. Duritie et pondere fere lapideus.

153. P. LEPROSUS, pileo pulvinato subungulato inaequabili azono *leproso-tomentoso* rubiginoso-umbrino, intus molli subferrugineo, *poris* tenuissimis distincte stratosis fusco-ferrugineis, *ore atris. Fr. El. p.* 107. E Brasilia. Alii vix affinis, ad seq. sectionem accedens, sed tota facies hujus. Affinem speciem l. var. inter plantas Sieberianas vidi.

154. P. VERRUCULOSUS, pileo applanato tenui dimidiato-sessili concentrice sulcato tuberculoso *tomentoso* fusco-canescente, poris minimis confluenti-stratosis fuscis. *Mey. ess. p.* 303. nil obstat! In Surinamo et Columbia. Respondet *P. Ribis*, sed rigidus nec coriaceo-flaccidus.

155. P. FUSCO-PURPUREUS, pileo lignoso? crassiusculo *glabro acute zonato* fusco-nigro, *postice resupinato-effuso*, poris minutissimis fusco-purpureis. *Pers. apud Freyc.* — b. *P. serpens*, subparvus, pileo serpenti-imbricato glaberrimo, lobis connatis, poris minutis spadiceis. *l. c. t.* 2. *f.* 1, 2. Ex Insula Rawak. *Mihi ignotus;* b., fide amici Montagne, modo var. est. An pori stratosi, nescio.

156. P. SPISSUS, pileo durissimo *resupinato immerso* difformi cinereo-spadiceo, *margine brevissimo* inflexo, poris minutissimis stratosis e cinereo demum spadiceo-nitentibus. *El. p.* 111. *Schwein.! litt.* B. Juglandis. *Schw. Car. n.* 926 e descr. In truncis duris Carolinae.

** *contextu, poris sporidiisque ferrugineo-fulvis.* Duo typi, ad hunc n. 161—165; ad illum 157—160, 166.

157. P. APPLANATUS, pileo explanato tuberculoso obsolete zonato pulverulento glabrove e *cinnamomeo* canescente, *cute crustacea rigida demum fragili*, intus mollissimo laxe floccoso, margine tumido ex albo cinnamomeo, poris minimis subferrugineis, ore albido, trito fuscescentibus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 2. sub Bol. — *Batsch. f.* 130. *Bull. t.* 454. *f. c.* habitum refert, sed anceps. Ad truncos Fagi, Quercus, Populi tremulae. Recens sqq. longe mollior, sed non carnosus succosusve. Nos olim hunc primitus quoque plorantem pro statu bienni *P. dryadei* sumsimus et *B. cellaris* Chaill. est hujus var. resupinata; *Bulliard* suo *P. igniario* potissimum subscripsit. Pori molliores, breviores, tactu fuscescunt. Odor acidus.

158. P. FOMENTARIUS, pileo ungulato-dilatato crasso glabro remote concentrice zonato *glabro opaco e fuligineo* canescente, *intus molli floccoso* ferrugineo-fulvo, cute crassa durissima persistente, margine porisque praelongis minutis distincte stratosis primo glauco-pruinosis, dein ferrugineis. *S. M. p.* 374. c. syn. *El. p.* 109. *Lenz f.* 48. *Weinm. p.* 330; Bol. *Linn. Sowerb. t.* 133. specim. sitaneum. [*Batt. t.* 37. f. E., ut B. ungulat. *Bull.*, hunc et duos sqq. complectitur). Optimus, scilicet ut vegetior copiosum fomentum molle quotannis edens, ad Fagos abunde, minor, macrior et durior ad

Betulas etc. Subtus planus, e basi crassissima versus marginem attenuatus, hinc triqueter quidem, sed semiorbiculari ambitu et undique declivis. Duplex monstrum: alterum caulescens, cylindricum s. *Batt. t.* 37. *E. Nov. Act. Nat. Cur. X. c. ic.*: alterum effusum, resupinatum s. *Pol. expansus* Desm. Exs. n. 16. Ob *fomitem optimum* immersa hujus copia quotannis in silvis Sueciae meridion. colligitur et ex maxima parte ad exteros venditur.

159. P. NIGRICANS, pileo pulvinato crassissimo dense concentrice sulcato *glabro nitido nigro*, crusta durissima crustaceo-laccata persistente, intus durissimo ferrugineo, margine obtusissimo porisque minimis planis confluenti-stratosis nudis ferrugineis. *S. M. p.* 375. *El. p.* 109. *Sommerf. n.* 1648. Ad Betulas, Eur. borealis saltim frequens, e Scotia *Klotzsch!* Forma fere praeced., sed certe diversus, altior (subglobosus) sed minus dilatatus, durissimus (numquam a Tineis, ut prior post aliquot annos, corroditur), fomiti ineptus, quia lentius crescit et intus ex maxima parte e tubulis induratis factus. — Saepe totus resupinatus, callo plano nigro in ambitu cinctus: *Weinm. l. c.*

160. P. IGNIARIUS, pileo primo tuberculoso-globoso (immarginato) laevi *indumento tenui flocculoso adpresso cano*, *dein* ungulato e ferrugineo fusco-nigricante opaco, cute concreta scruposo-inaequabili carneque zonata ferruginea durissimis, margine rotundato, poris minimis convexis stratosis cinnamomeis, exoletis albo-farctis, primitus canescentibus. *S. M. p.* 375: a. *Pers. M. E. p.* 81. *Secr. n.* 28. *Sommerf. l. c. Lenz f.* 47. B. ign. *Linn.* — *Sowerb. t.* 182. Ad truncos, praecipue Salicum, vulgaris. Tota indole et historia a prioribus differt. Incrementa nova, quae vernalia, individua minora undique, majora margine tantum et in hymenio (tum primo absque poris) floccoso-cana, dein ferruginea, tandem obscurata. Fomiti ineptus, sed ad ignem diu servandum, quia lente consumitur, adhibetur], unde nomen. Variat resupinatus: *Mich. t.* 62. P. loricatus a. *Pers. M. E. p.* 86.

161. P. FULVUS, pileo lignoso-suberoso durissimo e globoso-tuberculoso triquetro subimbricato, *primitus hirto villosove pallide fulvo*, margine rotundato, intus concolori radiante zonatoque, *poris curtis* rotundis subminutis cinnamomeis, *pruina cinereo-lutea* primo tectis. *Scop. Carn. p.* 469. *Pers. Obs.* 1. *p.* 24 P. igniar. b. *S. M. l. c.* P. hispidus. *Rostk. t.* 31. B. botulatus. *Secr. n.* 29. P. pomaceus. *Pers. M. E.*

*n.* 99. B. scutiformis *Tratt. Austr. t.* 5. *f.* 9. hujus formae. *Batt. t.* 37. *H.* Ad truncos varios (etiam *in Alno*, pro *B. alneo!* missus). Nunc praeced. tam similis (minor tamen) ut eundem, nunc tam dissimilis ut vix affinem credas; certe constans; plenius exponendus, quam hic locus admittit. Fungus primi anni vel sqq. incrementa laevia, nunc hirta, nunc scruposo-villosa e fulvo (*non cano*) ferruginea azonus, primo aporus; annosus canofuscus, nigrescens, profunde sulcatus, rimose diffractus etc. Hic *B. igniarius Bull.!* (incl. sqq.) et *sec. inventorum specimina* non differunt *P. torulosus* Pers. M. E. 2. n. 90. (e descr. ad *P. applanatum* retulissem) et *B. strigosus* Schultz (e descr. potius nimis affinis *P. conchatus*).

162. P. PECTINATUS, pileo suberoso-lignoso duro *triquetro supra concentrice lamellato-plicato* tomentoso-leproso ferrugineo-fusco, margine porisque curtis minimis obtusis gilvis nudis. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 485. In India orientali. Cum tribus sqq. ad typum *P. fulvi* manifeste pertinet.

163. P. LONICERAE, pileo suberoso-lignoso duro effuso-reflexo *tenui adscendente scruposo tomentoso* fusco-nigricante, margine tumente ferrugineo, poris mediis fulvo-cinnamomeis »primo griseo-pruinatis.» *Weinm. Syll.* 2. *p.* 102. *Ross. p.* 331. *Fr. El. p.* 110. *Mont. ann. se. Nat.* 1836. *t.* 12. *f.* 6. Ad plerasque Loniceras (Xylostei tribus) lectus.

164. P. RIBIS, pileo suberoso-coriaceo molliusculo *applanato velutino laeviusculo* e ferrugineo umbrino, intus cum margine acuto porisque curtis exiguis nudis fulventibus. *S. M. p.* 375. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1790. *f.* 2. *Desmaz. n.* 314. *Secr. n.* 41. Bol. *Schum. Decand.* Ad basin variarum Ribis spec. Cum priori a *P. fulvo* ob locum constanter diversum praecipue distinguitur. Subcaespitosus, imbricatus.

165. P. CONCHATUS, pileo suberoso-lignoso tenui *effuso subconchiformi-reflexo concentrice sulcato tomentoso* spadiceo, margine acuto, poris curtis exiguis cinnamomeis. *S. M. p.* 376. c. syn. *Secr. n.* 40. (sed cum B. fusco *Schum.* et obliquo *Pers.* nil habet commune). Ad Fagos, Salices. Hic et sequ. in statu resupinato promiscue *Bol. salicinus* dicuntur, at manifeste ad duos diversos typos pertinent.

166. P. SALICINUS, pileo lignoso durissimo *undulato glabro*, ex maxima parte resupinato, margine brevi obtuso patente e cinnamomeo fusco, poris minimis rotundis ferrugineo-cinnamomeis. *S. M. p.* 376. Bol. salic. *Pers. et Auct.* (ad praec. ex parte spectat.). Ad Salices v. c. Capraeam etc.

Hic a praeced. distinctissimus magis ad *P. igniarium*, crusta ebenea accedit. E situ totus resupinatus l. locis perpendicularibus superne margine angusto, vix reflexo, at undulato glabroque (pluribus saepe scalaribus basi confluentibus) notatus. Pol. loricatus β. *Pers. M. E.* 2. *p.* 78. h. l.

*** *contextu pallido albove.*

167. P. ENTEROLEUCUS, pileo pulvinato obtuso crasso concentrice sulcato glabro e fusco nigro; cute crassa durissima annosa fragili (nec rugosa) incrustato, *intus stuppeo molli candido*, poris minutis convexis ferrugineis, intus fuscis. In Chili. Dedit *Hochstetter!* Contextu crasso e stupa laxa *distincte verticali* ab omnibus differt.

169. P. CINNAMOMEUS, pileo e globoso pulvinato crasso laeviusculo glabro incrustato primo flavo, dein *zonis discoloribus variegato*, intus duro pallido, margine porisque minutis rotundis laete cinnamomeis. *Trog. in Flor.* 1832. *p.* 556. B. igniarius *Bolt. t.* 80. e descr. quoque congrua. In pomariis. Zonae variant cinnamomeae, cano-virentes et fuscescentes. Elegans, *odore farinae.*

168. P. PINICOLA, pileo suberoso-lignoso e pulvinato ungulato gibbo inaequabili-rugoso e fulvo nigricante cinnabarrino-marginato, intus duro pallido, poris minutis obtusis e pallido ochroleucis. *S. M. p.* 372. *Lenz f.* 47. B. igniar. Pers. — *Fl. Dan. t.* 953. eleganter! Ad truncos Pini, Betulae etc. Magnus, *odore acidus*, junior et in optimo vigore ex margine guttas aqueas acidas stillans. — *Bol. marginatus* Pers. disp. et Syn. (*Schaeff. t.* 262!) e descript. est modo fungus primi anni rotundatus tuberculosus fulvus, margine pallido rotundato, poris haud stratosis; sed nomen ad sq. maxime analogum et saepe commutatum servo. Cfr. *El. p.* 105. Etiam in *P. pinicola* annoso, distincte stratoso!, extimus margo pallet et hornotinus cinnabarrinus est.

170. P. MARGINATUS, pileo suberoso-lignoso subapplanato incrustato concentrice sulcato glabro demum nigricante griseopruinoso, ad marginem pallidum versicolori-zonato, intus duro alutaceo, poris rotundatis stramineis, *ore nudo albido, tritis rufescentibus. S. M. p.* 372. et B. marginat. *Pers. syn. p.* 534. quoad locum in Fago; descr. vero et syn. ad priorem. *Secr. n.* 30. — *Schaeff. t.* 270. hic potiss. Ad truncos Fagi. Non nisi annosum legi, valde dilatatum (spithamaeum et ultra) semiorbicularem, nec acidum nec plorantem. Sitanea zona albo-cinerea, hornotina fulvo-badia, tertii anni sangui-

neo-rubiginosa scabra, reliquae nigricantes rugoso-rimosae. Pori exoleti ligneo-pallidi, stratis parum distinctis, sed a priori parum differt.

171. P. RUFO-PALLIDUS, pileo suberoso-lignoso duro rugoso-inaequabili e fuligineo-rufo nigricante, intus flocroso-fibroso porisque longis angulatis minutis albo-rufescentibus, ore rufo-fusco albo-pruinato. *Trog l. c. p.* 556. Ad truncos Pini, Helvetiae. Simplex l. concrescens, azonus. *Schleicher* misit.

172. P. ROSEUS, pileo suberoso-lignoso duro triquetro laevi subfasciato undique roseo, extus fuligine cinereo-nigricante adflato, margine acuto, intus flocroso-fibroso, poris minutis rotundis concoloribus. *S. M. p.* 372. *El. p.* 105. *Weinm! Ross. p.* 329. — *Alb. et Schwein. p.* 251. Ad truncos varios, at raro, subcaespitosus.

173. P. PANDANI, pileo suberoso-lignoso pulvinato, poris tenuissimis nudis *ruberrimis. S. M. p.* 377. B. igniar. *Lour. Coch. p.* 693. Ad caudices Pandani. — An forte idem l. affinis *P. peguanus* Mont. in *Berl. Voy. p.* 116? Neutrum vidi.

174. P. SCABROSUS, pileo suberoso-lignoso rudi rugoso tuberculosoque zonato glabro badio-umbrino, margine pallido, poris primo subrotundis, dein elongatis linearibus ligneo-pallidis. P. corrugatus (*junior*), P. fusco-badius (*adultus*) et P. scabrosus (*exoletus*) *Pers. in Freyc. Voy.* secund. Montagne, qui archetypa examinavit. In insulis Marianis.

175. P. SQUALIDUS, pileo suberoso-lignoso applanato concentrice sulcato *e canescente-sericeo glabro* isabellino-canescente, postice nigricante, intus pallido, *poris* minimis curte interrupteque stratosis *fusco-pullentibus. Fr. Linn. V. p.* 517. Brasilia. Sulcis exceptis pileus omnino laevis, admodum rigidus.

176. P. ULMARIUS, pileo suberoso-lignoso undulato-tuberculoso crustaceo glabrato *extus intusque albo*, poris decurrentibus minutis rotundis stratosis lutescentibus. *S. M. p.* 265. — *Sowerb. t.* 88. Ad truncos Ulmi Angliae; nobis ex America boreali dedit *Klotzsch.* Hic colore a reliquis abunde differt; forma *P. fraxineo* accedit. — *Batt. t.* 36. *f. C.* (etiam ad truncos cariosos Ulmi) potius ad *P. populinum* Secr. n. 60. accedit, qui stratosus dicitur.

† P. GELSORUM; pileo suberoso-lignoso durissimo glabro fusco, superne truncato, lateribus perpendicularibus, undulato-sulcatis, subtus plano, poris minutissimis albis. *S. M. p.* 377.

(inter inquir.) *Mich. gen. p.* 118. *n.* 4. *Batt. t.* 37. *D.* Ad Moros Eur. austr. Forma valde insignis.

*Obs.* Pol. *Secr. n.* 61. A., e descr. saltim, non recedit a minoribus primordialibus strumis *P. igniarii.* — *P. annosus* crusta gaudet hujus gregis, sed vegetatio et pori non stratosi *Lignosorum*, quos conferas. Spurie stratosi, nempe pluribus pileis, ejusdem tamen anni, concrescentibus variant *P. Neesii* et *P. connatus.*

6. Lignosi, pileo primitus duro lignoso exsucco, crusta tenui subvernicea glabra l. glabrescente tecto, basi subeffuso, poris non stratosis. *Perennantes* (non putrescentes), *sed non stratosi, prioribus magis applanati l. effuso-reflexi.*

* *contextu colorato.*

177. P. fraxineus, pileo suberoso-lignoso glabro subapplanato azono ex albo rubiginoso fuscoque, primo laevi, dein concentrice sulcato-plicato, intus pallido, *poris* minutis curtis *rufo-ferrugineis*, *primo margineque villo sebaceo albo* obductis. *S. M. p.* 374. — *Bull. t.* 433. Ad fraxinos. Forma varius, junior mollior, sed non carnosus, et vere perennans, sed nec spec. Suecica nec Americana stratosa vidi. *Secr. n.* 68. (excl. syn. Pol. lucidi) vix tamen alius esse potest. Basis subdecurrens.

178. P. variegatus, pileo suberoso-lignoso glabro subapplanato laevi glabro *azono nitido aurantio* badioque-variegato, intus pallido, *poris* rotundis minutis curtis inaequalibus lacerisque *lutescentibus. Secr. n.* 45. — *Sowerb. t.* 368. Ad truncos; Fagi ex Secr. *Non vidi;* habitus *P. varii*, sed basis hujus sectionis more decurrens et Sowerby, quoad substantiam, cum *P. lucido* comparat. [Quamdiu tantum Sowerbyana icon tantum cognita erat, a *P. vario* separare cautis non licuit.]

179. P. levissimus, pileo suberoso-lignoso convexo-applanato laevi *glabro azono e testaceo ligneo-pallescente*, intus concolori, *poris* subrotundis *mediis* curtis cinnamomeo-pallidis. *Fr. El. p.* 106. In Zeylonia. Pondere insigniter levis, licet durus. Proximos tota facie in seriem naturalem jungit.

180. P. sanguinarius, pileo lignoso applanato laevi glabro *azono e badio-sanguineo* expallente, margine acuto villosulo pallido intus, *porisque minimis* obtusis cinnamomeo-pallidis. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 484. Insula Mauritii. Reniformis l. obvatus, basi saepe decurrente, primo nitens; sed crusta tenuis cito decolorat.

181. P. CARNEUS, pileo lignoso tenui duro effuso-reflexo rugoso glabro *azono carneo, intus concolori*, poris minutis rotundis basi decurrentibus. *Nees Act. Nat. Car. XIII. t. 3.* In Java. Praeced. minor, tenuior, sed aeque durus et perennans.

182. P. PALEACEUS, pileo suberoso-lignoso subapplanato *remote concentrice sulcato*, primo sericello albo, dein polito nitido lutescente, *intus laete alutaceo*, margine acuto, poris rotundis stipatis obtusis ligneo-pallescentibus. *Fung. Guin. f.* 18. In Guinea. Valde distinctus.

183. P. FASCIATUS, pileo lignoso tenui applanato laevi glabrescente fusco-ferrugineo *nigro-fasciato, intus pallide fusco*, poris minutis aequalibus obtusis albidis. *S. M. l. c. El. p.* 108. *Swartz! l. c.* In Jamaica. Basi haud effusa.

184. P. SUPINUS, pileo lignoso *effuso-reflexo tuberculoso* glabro pallido, *intus ferrugineo*, poris minimis cinereo-fuscis. *S. M. p.* 376. — *Swartz! Ind. Occ. 3. p.* 1926. In Jamaica. Variat totus resupinatus.

** *contextu albo.*

185.? P. LIGNOSUS, pileo e carnoso? suberoso-lignoso applanato *concentrice sulcato*, primo villoso-rugoso pallido, adulto glabrato flavido, intus pallido, *poris longis minimis tenuissimis* stipatis interne pallidis, *versus superficiem fuscis. Klotzsch! in Linn. VIII. p.* 285. Insula Mauritii. Insignis, potius inter Suberosos inserendus; licet cutis hujus gregis et siccus sit ligneus tenax; vegetus (quum siccitate incurvetur) omnino videtur carnosus, et quidem *P. cubensi* et *P. strumoso* intermedius. Basis decurrens. Pori, ex Klotzsch, extus intusque violacei; sed in nostro ad medium pallidi, carne concolores.

186. P. CASTANEUS, pileo coriaceo-lignoso applanato *laevi* glabro azono castaneo, intus albo, *poris* curtis minimis rotundis *luteolis*, versus marginem fuscescentibus. *S. M. p.* 369. B. populinus. *Pollin.* Ad Populos nigras. *Pol. variegato* respondet, sed minor et coloribus bene diversus.

187. P. NUBILUS, pileo lignoso applanato inaequali glabro *azono* fusco-brunneo, *circa marginem subsulcato*, intus albo, *poris* curtis minutis subrotundis obtusis *ex albo* ligneo-pallescentibus. *Fung. Guin. f.* 1. In Guinea. Simillimus *P. sanguinario.* Basi scutato-dilatata adnatus.

188. P. ANNOSUS, pileo lignoso e convexo applanato *rugoso-tuberculoso, sitaneo brunneo sericeo, hornotino annosoque*

*crusta rigida glabra nigricante* obducto, intus albo, margine obtuso porisque mediis obtusis albidis. *S. M. p.* 375. — *Schaeff. t.* 138. *f.* 1, 3. hunc sane perbene refert; sed cum *P. pinicola* noster haud comparetur. Ad truncos juxta terram, locis montanis. [B. ungul. *Schaeff.* in S. M. non citavi, quia e textu etc. manifeste est species hybrida. — Cfr. *Secr.* 3. *p.* 78. *Obs.*]

* P. SUBPILEATUS, pileo *tenui resupinato-effuso amorpho*, poris inaequalibus. *Weinm.! Ross. p.* 332. *Syll.* 2. *p.* 102. *Klotzsch! Herb. Myc.* 2. Locis cryptis, ad radices Pini, in truncis cariosis etc. Upsaliae frequens. A priori ortum puto fungum valde abnormem.

189. P. CONNATUS, pileis suberoso-lignosis effuso-reflexis *scalari-imbricatis subzonatis concrescentibus velutinis* albis »lateritiisque», intus albis, poris minutis subrotundis albis. *Weinm.! Syll.* 2. *p.* 102. *Ross. p.* 332. *Fr. El. p.* 92. — *Batt. t.* 37. *G.* (In Ulmo) huic proximus. Ad truncos cariosos Aceris; etiam ad Femsjö mihi obvius. Ligno omnino immersus et innatus, mycelio xylostromaceo albo late expansus, pileolis perangustis, sed numerosissimis, demum glabratis. Perennans, reviviscens, sed non vere stratosus.

190. P. NEESII, *candidus*, pileo lignoso *tenacissimo conchato azono, primo villoso, dein glaberrimo*, intus concolori, margine acuto, poris subrotundis inaequalibus obtusis. *S. M. p.* 370. *El. p.* 91. Ad ramos dejectos Fagi. Omnino superficialis et liberatus, vulgo simplex interdum vero concrescens, primitus rigidus et tenax. *Var.* minor pileo villoso-rugoso sordido, poris denticulatis ad ramos Alni dejectos.

191. P. POPULINUS, *albus*, pileo suberoso-lignoso rigido *azono villoso*, intus concolori *margine obtuso*, poris minutis curtis rotundis. *S. M. p.* 367. *Fl. Dan. t.* 1791. *Schum! n.* 1951. Ad Populos albas; imbricatus, basi decurrente concrescens, transversim dilatatus. In *Pop. nigra* vidi subsolitarium, pileo primo flocculoso-farinoso, primitus durissimo et lignoso. Uterque intus candidus nec stratosus, hinc *Secr. n.* 60. carne alutacea (nisi e succo arboris sit imbuta) recedit.

192. P. MICROPORUS, pileo lignoso tenui *effuso-reflexo rugoso glabro* azono pallido, intus albido, poris minimis acutis pallidis fuscescentibus. *S. M. p.* 376. c. syn. *Swartz! Fl. Ind. Occ. p.* 1925. Ad truncos Jamaicae. Externa facie *P. supinum* admodum refert.

C. *INODERMEI.* Pileus primitus exsuccus et firmus, cuticula tenui fibrosa, tam e contextu, quam indumento pilei heterogenea. *Fungi hornotini l. biennes, sat persistentes, sed non reviviscentes.* Cfr. Trametes.

7. Stuposi, pileo e flocculoso glabrato adpresseve villoso inaequabili *azono*, contextu fibroso-lignoso aut stuppeo. *Facie satis varii affinitateque naturali laxius cohaerentes, quam reliqq. sectionum, sed a sect.* 1—4 *pileo semper sicco — et a Coriaceis zonis nullis discoloribus saltim manifestis diversi.*

* *contextu colorato.*

193. P. cinnabarrinus, pileo suberoso convexo-plano e pubescente glabrato subazono ruguloso *cinnabarrino* expallente, intus floccoso porisque rotundis mediis saturatioribus. *S. M. p.* 371. c. syn. *Weinm. Ross. p.* 325. — *Jacq. Austr. t.* 304. *Bull. t.* 501. *f.* 1. *Paul. t.* 3. *f.* 3, 4. Ad truncos arbor. frond. Non commutetur n. 64.

194. P. purpurascens, pileo suberoso? reniformi laevi azono *glabrato flavo-fusco, poris* minutissimis *purpurascentibus*, ore angulato. *Hook. in Kunth. Syn. p.* 11. Ad ripas fluminis Magdalenae, regione calidissima. *Non vidi*, Auctor juxta *P. sanguineum* collocat.

195. P. pruinatus, pileo suberoso tenui conchato azono *floccis leprosis pruinato* alutaceo-gilvo, intus laetiori, poris minutis rotundis aequalibus obtusis ligneo-pallidis, ore subgilvis (»fuligineis»). *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 486. Insula Mauritii. Subimbricatus, sessilis in mycelio effuso (non effuso-reflexus), minor *Ag. mollem* aut potius *P. stipticum* sessilem referens.

196. P. scruposus, pileo suberoso subtriquetro *scruposo-exasperato* azono umbrino-canescente, demum circa marginem acutum zona depressa umbrina sulcato, *poris* minutis rotundis aequalibus *ferrugineis*. Ad truncos Amer. borealis (pro *P. gilvo* missus). Intus subfulvus. Habitus *Trametis Pini* et ex externa facie plures *Trametes* in hac regione forte quaeres.

197. P. Thelephoroides, pileo suberoso duro effuso-reflexo *longitudinaliter rugoso* fusco-pallescente, margine undulato lobato, intus *porisque* curtis minimis rotundis planis *fuscis*. Bol. *Hook. in Kunth. Syn.! p.* 10. In silvis Cinchonae Americae meridion. Pileus e floccis adpressis inaequabilis et rugoso-radians instar *P. radiati.*

198. P. TRIQUETER, pileo suberoso-lignoso concrescente *hirto-tomentoso brunneo-fusco*, *postice porrecto* substipitatoque, margine patente undulato-lobato lutescente, intus *porisque* curtis minutis inaequabilibus e ferrugineo *fusco-olivascentibus*, ore pruina alba micantibus. *Secr. n.* 48. *Alb. et Schw. n.* 738. et Auct., qui pinicolam dicunt (nec Pers. qui ad Fagos et Quercus vivas nascens primo carnosus nec lignosus). Ad truncos Pini, etiam Amer. bor.!, nec alibi. Pori demum lacerati, labyrinthici, quo insuper a *P. cuticulari* differt. In Suecia rarissimus.

199. P. RADIATUS, pileo suberoso coriaceo rigido *radiato-rugoso*, *primo velutino fulvo*, dein glabrato ferrugineo-fusco, margine patente repando, poris minutis pallidis argenteo-micantibus, demum ferrugineis. *S. M. p.* 369. *El. p.* 102. — *Sowerb. t.* 190. *Secr. n.* 44. *Batt. t.* 39. *C.* Ad truncos, praecipue Alni; hinc cum aliis sub *Bol. alnei* nomine vulgo notus. Valde imbricatus, concrescens, lignescens, sed non perennis; vere jam modo emortuus legitur.

200. P. NODULOSUS, pileo suberoso-lignoso durissimo triquetro-*noduloso azono villoso-rugoso scruposoque* e fulvo ferrugineo, poris curtis subrotundis inaequalibus acutis lacerisque dilute cinnamomeis argenteo-micantibus. Ad ramos dejectos Fagi Sueciae. Primo nodulos rotundos confertos vulgo sistit, mox concrescentes, carne dura crassa. Praec. cum sq. intime connectit.

201. P. CONCRESCENS, pileis suberoso-coriaceis *orbiculatis centro sericeo-villoso adfixis*, margine reflexo undulato crispo testaceo glabrato, *poris tenuissimis longis* rufescentibus, demum dentato-laceris. *Mont. Fl. Fern. n.* 12. In Insula Juan Fernandez ad ramos dejectos locis udis suffocatis silvarum. Resupinatus, reflexus, late confluens, cum *P. serpente* a determinatore comparatus.

202. P. CRYPTARUM, pileo suberoso-stuppeo effuso brevi reflexo varioque azono *adpresse sericeo rufescenti-ferrugineo*, *intus porisque longissimis* minutis rotundis pallidioribus. *S. M. p.* 376. — *Bull. t.* 478. *Nees f.* 222. lusus subterran. Ad ligna pinea putrida. *Certa species*, *P. seriali* affinis, colore etc. facile distincta, sed a situ et loco forma ludens.

** *contextu albo.*

203. P. CERVINUS, pileo suberoso-coriaceo basi effuso conchiformi-reflexo inaequabili adpresse velutino *azono dilute cervino*, intus albo, *poris* majusculis sublaceratis *ligneo-palli-*

*dis. Fr. El. p.* 92. *Schwein.! Car. n.* 902. Ad cortices Persicarum Amer. boreal. Longitudinaliter effusus, subimbricatus; in spec. sicco viso pileus rugosus, testaceo-fulvus.

204. P. RAVIDUS, pileo suberoso-coriaceo applanato basi effuso sordide lutescente, circa marginem repando-lobatum *zonis spuriis villoso-rugosis* notato, *poris* curtis inaequalibus laceris flexuosis *lutescentibus.* Bol. heteroclit. *Sowerb. t.* 367. Ad Salices vetustas raro. Major, imbricatus, tenax, *Daed. unicolori * rufescent.* tam affinis ut genere separari nunquam deberent. Cfr. *Daed. unicol.* *

205. P. VILLOSUS, pileo suberoso-coriaceo effuso-reflexo villoso albo-cinereo, *zonis spuriis notato* opacoque, *poris* majusculis angulato-dentatis *albidis. S. M. p.* 344. *Swartz! Fl. Ind. occid. p.* 1933. In truncis Jamaicae. Habitus fere *P. serialis*, sed pileus magis explicatus, aliter coloratus et pori majores acuti.

206. P. ALBIDUS, albus, pileo *suberoso-lignoso* versiformi *liberato scruposo-rugoso azono, margine obtuso*, poris tenuibus minutis subangulatis acutis integris. *Trog. — Secr. n.* 64. *Schaeff. t.* 124 bene! Ad truncos putridos abiegnos. Valde distinctus, licet habitus trivialis, *P. carnosorum* statui similis. Primitus vero aridus, stuppeus et elasticus, dein durus lignosus. Forma nulla constans; globularis, conchata, triquetra, substipitata, sed non effuso-reflexa.

207. P. FIBULA, *albus*, pileo coriaceo tenaci molli *hirsuto substrigoso azono, margine integro acuto*, poris minoribus rotundis acutis, demum pallescentibus. *Sowerb. t.* 387. *f.* 8. Ad ramos, v. c. Quercus. Pileus postice adnatus, undique liber, nunc peltas orbiculares sistens, nunc concrescens forma varius, absque sulcis concentricis.

208. P. EXPANSUS, albidus, pileo coriaceo subflaccido azono opaco, tomento tenui denso adpresso laevigato, margine acuto repando-lobato, *poris* curtis mediis aequalibus *exquisite pentagonis integerrimis* acutis pallescentibus. *Fung. Guin. f.* 12. Postice effuso-adnatus, undique expansus, in ambitu liber absque zonarum et sulcorum vestigio.

208. P. BIFORMIS, pileo stuppeo-coriaceo *molli* effuso-reflexo villoso-tomentoso albo azono, primo laevi, *dein concentrice sulcato*, margine integro acuto, poris majusculis acutis ligneo-pallidis demum lacero-dentatis. *Klotzsch! in Linn. VIII. p* 486. In America bor. ad Betulas, Populos balsamiferas. Ambigit inter STUPOSOS et CORIACEOS. Pori etiam pallido-fuscescunt.

210. P. fimbriatus, pileo stuppeo-coriaceo tenui villoso azono canescente, *margine fimbriato*, *poris* magnis inaequalibus gyroso-laceris *obscure fuscis*. Fries in *Linn. V. p.* 520. In Brasilia. Pileus subrotundus, uncialis.

211. P. serialis, pileis stuppeo-suberosis tenuibus *angustis seriatim elongatis* effuso-reflexis confluentibusque scrobiculatis *testaceis*, margine porisque obtusis inaequalibus minutis albis. *S. M. p.* 370. *El. p.* 92. cum syn.! *Secr. n.* 102. *Weinm. p.* 320. B. contiguus. *Alb. et Schw. p.* 255. In pinetis montanis ad ligna putrida. Perennare videtur, pileus primo totus albus, dein accrementa marginalia modo alba, e villo adpresso rugosus.

212. P. undatus, late effusus, coriaceo-rigidus, *cinnamomeo-pallens*, *intus albidus*, superficie undulato-tuberculosa, poris minimis obtusis. *Pers. M. E. t.* 16. *f.* 3. *Secr. n.* 50. ad spec. *Schleich.!* In ligno pineo putrido Helvetiae. *Schleich.* Species dubia, priorem inter et P. Cryptarum ambiguus.

8. Coriacei, pileo coriaceo villoso regulariter *concentrice sulcato et vulgo zonis discoloribus fasciato*, contextu floccoso elastico, siccitate rigescente.

* *contextu colorato.*

213. P. Feei, pileo suberoso-coriaceo planiusculo inaequabili adpresse villoso zonato fusco canescente, *contextu porisque* minutis subrotundis *carneis*. *Fries in Linn. V. p.* 518. In Brasilia. Subimbricatus, forma inaequalis, haud nitens.

214. P. lutescens, pileo suberoso-coriaceo convexo fusco-lutescente, *zonis aliis elevatis hirtis obscurioribus*, aliis depressis velutinis dilutioribus variegato, carne concolori, subtus concavo, *poris* curtis minutis rotundis aequalibus *pallidioribus* (»carneis» Secr.) opacis. *Pers. Myc E.* 2. *p.* 71. — *Schaeff. t.* 136. fig. super. P. nidulans. *Secr. n.* 47. Ad truncos Eur. austr. Haec a me non lecta species tam ab azono *P. nidulante*, quam *P. lutescente* Auctt. vulgo (quem Swartz, Albert. et Schw. *P. velutini* varietatem docuerunt) non potest non differre. Variat regularis et sinuatus, zonis obscurioribus.

215. P. cingulatus, pileo coriaceo tuberculoso inaequabili *villoso-hirto* helvolo, *zonis glabratis rufescentibus*, *margine* acuto *inflexo nigrescente*, contextu porisque mediis subrotundis obtusis cinnamomeo-pallidis. *Fr. Linn. V. p.* 518. In Brasilia.

216. P. POLYZONUS, pileo coriaceo convexo subflaccido *tomentoso subbrunneo*, zonis plurimis angustis concentricis notato, contextu floccoso helvolo, *poris distantibus* aequalibus *acutis denticulatis pallidioribus*. *Pers. in Freyc. Voy.* secund. novum exam. archetyporum a Montagneo. In insula Rawak.

217. P. CROCATUS, pileo coriaceo tenui applanato *subflaccido glabrato dense concentrice striato* unicolori crocato-gilvo, *margine integro intusque aureo*, *poris curtis minimis* rotundis obtusis dilute cinnamomeis. In America boreali. Valde elegans, reniformis margine producto adnatus, habitu *Th. tabacinae* (at noli somniari de quadam ejus cum Polyporis affinitate). A *P. scruposo* omnino diversum censeo; tubuli vix ulli.

218. P. TABACINUS, spadiceo-ferrugineus, imbricatus, pileis coriaceis tenuibus *rigidis effuso-reflexis* conchatis tomentosis concentrice zonatis, margine acuto dilutiori, *poris mediis denticulatis* lacerisve demum concoloribus. *Montagn. Fl. Fernand. n.* 15. In truncis Insulae Juan Fernandez. Habitus *Theleph. ferrugineae*.

219. P. PAVONIUS, utrinque *fuscus*, pileo coriaceo dimidiato-sessili adpresse *tomentoso lineis concentricis* eleganter zonato, *margine lobato*, poris minutis subangulatis demum labyrinthiformibus. Bol. *Hook. in Kunth Syn. p.* 10. In regione calidiss. ad ripas fluvii Magdalenae, lignis putridis innascens. *Mihi ignotus*, *Coram Pavoniam* lineolis pilei (sub lente tomentosi) referens.

220.? P. LINEATUS, pileo subtriquetro glabro fuscescente, sulcis pluribus aequalibus lineatis poris subinconspicuis lutescentibus. *Pers. apud Freyc. Voy.* E Moluccis. Quoad locum et differentias mihi ignotus.

** *contextu albo.* Hi ubique terrarum vulgatissimi, sub innumeris formis, ut species latiori sensu sumere necesse sit. *P. versicolorem*, undique terrarum allatum, in centuriam specierum vanarum facile divideres.

221. P. HIRSUTUS, pileo suberoso-coriaceo convexo-plano *pilis rigidis hirto* sulcis concentricis zonato *unicolori* albido; *poris* rotundis *obtusis* albidis fuscescentibus. *S. M. p.* 367. cum syn. *El. p.* 93. *Weinm. p.* 321. (cum var. gilvo-strigosa) *Secr. n.* 74. etc. P. hirsutus. *Wulf.* Undique terrarum ad truncos. Contextus crassus, floccosus, elastico-mollis, niveus. Distinguat, qui lubeat. b.) *poris* omnino

*albis;* c) *poris ore luteis*, intus vero et reliqua omnia ad unguem ut in vulgari (*Secr. n.* 75); d.) *Kamtschaticum*, poris obtusis subangulatis; e.) *Brasiliensem*, poris difformibus tenuioribus; f.) pilei margine ferrugineo (*Secr. n.* 76, *Fl. Dan. t.* 2079. *f.* 1.) g.) *nigromarginatum*, margine nigricante *Schwein.! Car. n.* 912, qui ex citato (mihi ignoto) apud Weinm. in novo opere tuetur, sed ceterum ne levissimum discrimen reperio.

222. P. VELUTINUS, pileo suberoso-coriaceo utrinque plano *velutino-molli leviter zonato albo* demum lutescente, margine extenuato acuto, poris rotundis minutis tenuibus albis *S. M p.* 368. cum syn. *Weinm. l. c Secr. n.* 76. *et forte n* 77. Cum priori, sed rarior. Junior humidus est, dein induratus, non nitens ut *P. versicolor*, zonae parum modo obscuriores. Plures hujus habemus subspecies ex America — etiam poris laceris notabilis est: *Desmaz. exs. n.* 466 (forsan errore in meo exemplari hic pro *Daed. unicolori* exhibitus est.)

223. P ZONATUS, pileo suberoso-coriaceo *convexo postice tuberculoso gibboque* subzonato *villoso opaco*, margine albicante, poris minutis rotundis angulatisve obtusis albidis. *S. M. p.* 368. cum omn. varr., de quibus infaustissime disputatum! *El. p.* 94! *Weinm.! Ross. p.* 322. *Secr. n.* 80, 81. *etc. etc. Batt. t.* 35. *B. Fl. Dan. t.* 2028. *f.* 2. *Schaeff. t.* 269 Ad truncos Populi, Betulae etc. undique terrarum. Pilei forma, nitoris defectu etc. a sq. certe differt; sed in eodem Betulae trunco, *ex eodemque mycelio*, formas legi pileo et toto griseo l. lutescente et eximie zonato, ut insanirem, si distinguerem. In specim. americanis contextus (siccitate?) alutaceo-pallidus.

224. P. VERSICOLOR, pileo coriaceo tenui rigido applanato postice depresso *laevigato velutino nitido, zonis discoloribus variegato*, poris minutis rotundis acutis lacerisque albis dein pallescentibus (sublutesc.) *S. M. p.* 368. cum syn. *El. p.* 94. *Weinm.! l. c. Sterb. t.* 27. *K. Batt. t.* 35. *A.* (ubique ceterum pictus, sed figurae fucatae fallunt). *Schaeff. t.* 268. Ad truncos, ubique terrarum copiose. colore et forma omnimodo ludens. Pori lacerati optimum saepe *Sistotrema* Pers. sensu sistunt, sed *P. argyrac. Pers. M. E.* 2. *p.* 71. est modo status exoletus vernalis corruptus. Cfr. *Secr. n.* 88—98. Nobiliores lusus in tropicis!

* P. FUSCATUS, pileo *villoso fusco subazono*, poris dentato-laceris lutescentibus. *l. c.* — *Fl. Dan. t.* 534. *f.* 3! *Bolt. t.* 163. *Secr. n.* 79. Locis suffocatis, cellis, puteis clausis etc.

225. P. DETONSUS, pileo coriaceo tenui *glabrato opaco griseo* zonis badiis variegato, margine acutissimo, poris minimis aequalibus acutis e pallido lutescentibus. *Fries Linn. V. p.* 519. Ad caudices Palmarum in tropicis, inque Brasilia. Nunc orbicularis postice, nunc cuneato-reniformis latere adnatus.

226. P. PINSITUS, pileo coriaceo *tenui* tenaci *hirto unicolori* concentrice zonato, *poris* curtis angulatis *majusculis acutis* inaequalibus albis. *Fr. El. p.* 95. In America tam boreali, quam meridion. Admodum rigescit, postice subadnatus, insignis pororum peculiari forma et situ subconcentrico. Pileus var. lutescens, griseus, demumque fuscescens.

227. P. LIMBATUS, pileo coriaceo tenui subvelutino concentrice sulcato-zonato *ferruginascente unicolori, margine subtus determinate sterili*, intus albo, poris minutis aequalibus obtusis pallidioribus. *Fries in Linn. V. p.* 520. In Brasilia. Habitus specierum contextu colorato. Subsessilis.

228. P. LUNDII, ligneo-pallens, pileo coriaceo-membranaceo *flaccido villoso-scrobiculato* zonato unicolori, *poris* subrotundis *obtusis* integerrimis. *Fr. Elench. p.* 95. In Brasilia. Superne in griseum vergit; non rigescit.

229. P. STEREOIDES, pileo coriaceo tenui rigido effuso-reflexo e pubescenti glabrato griseo-fusco, zonis concoloribus, poris curtis *majusculis obtusis difformibus albis. S. M. p.* 369. *Weinm.! Ross. p.* 324. B. abietinus. *Cumin.* non obstat. Ad truncos abiegnos. Rarus et insignis; crescendi modus ut *P. abietini*.

230. P. ARCTICUS, pileo coriaceo tenui effuso-reflexo villoso obsolete zonato albo, poris inaequalibus *obtusis integris fuscis*, acie pubescentibus. In Kamtschatka *Wormskjold!* et America maxime arctica, sub exped. Franklini collectus. *Klotzsch!* Affinis sequenti, sed major, magis regularis, poris multo longioribus haud laceris.

231. P. ABIETINUS, pileo coriaceo tenui effuso-reflexo villoso obsolete zonato cinereo-albo, poris inaequalibus *laceris e violaceo* expallentibus. *S. M. p.* 370! cum syn. *El. p.* 97! cum plurr. syn. *Weinm. p.* 324. *Grev. Scot. t.* 226. *Fl. Dan. t.* 2079. *f.* 1., 1298. — *Secr. n.* 105, 106, 107. (spec. vidi *Chailletii!* et *Schleich.!*) et *Sistotr. n.* 5. excl. syn. var.

B. In pineto-montanis nil vulgatius ad ligna; sed numquam in arbor. frondos.! Immensae confusionis mater. Non exstat vero facilior species, licet nunc tota resupinata, nunc reflexa, *modo semel vegetum rite observaveris*, nec ad specimina exoleta (expallida) et sicca ad species distinguendas progredieris. *P. dolosus* Pers. et *Sist. violaceum* Pers. ad spec. ab ipso determinata in *Moug. exs. n.* 678.

232. P. PARGAMENUS, pileo coriaceo-membranaceo rigido tomentoso concentrice sulcato albo, *poris seriatis pallescentibus* in laminulas tenuissimas dentatas productis. In Pino in America arctica. *Exped.* Frankl. *Klotzsch!* Ad priorem habitu accedit, sed pileus valde inaequabilis, latior, tenuior, siccus valde rigidus; pori tenuiores peculiari ratione seriatim dispositi albidi et laminulis tenuissimis appendiculati.

9. MEMBRANACEI, pileo *papyraceo*, tenuissimo, contextu toto longitudinaliter fibroso, nullo floccoso; poris brevissimis nempe priorum cute tantum junctis. *Forma definita.*

* *poris coloratis.* Cfr. n. 70! et forte *n.* 219.

233. P. FRIESII, pileo coriaceo-tenui e basi angustata *flabelliformi expanso* lobato *dense concentrice striato* sericeo gilvo, versus marginem papyraceo, poris inaequalibus lacero-dentatis fuscis, marginalibus integris. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 487. *t.* 11. In regionibus calid. Amer. boreal. Elegans, forma fere *P. modesti.*

234. P. STRIATUS, pileo papyraceo dimidiato-sessili *radiatim striato* zonisque subtribus elevatis concentricis instructo *nigrofusco*, poris minutis angulatis griseo-cinereis. Bol. *Hook. in Kunth. Syn. p.* 11. In Peruvia. Subimbricatus, *a me non visus.*

235. P. SECTOR, pileis papyraceis *cuneatis* tomento adpresso longitudinaliter striatis zonatisque pallide fuscis, margine fibroso, poris minutis acutis fusco-brunneis. *Ehrenb. Hor. Ber. t.* 18. *f.* 6. *S. M. p.* 505. In Brasilia. *Chamisso!* Imbricato-caespitosus, minor, uncialis, forma singulari notabilis, sed pileus potius tenue coriaceus.

236. P. BIVALVIS, pileo papyraceo effuso-reflexo glabro sulcis plurimis concentricis zonato subspadiceo nitente, poris rotundis regularibus obtusis dilutioribus. *Pers. in Freyc. Voy.* In insula Rawak. Pileus tenuissimus, membranaceus potius dicendus, altera parte effusa, altera horizontali-reflexa faciem bivalvem offert.

237. P. CINERASCENS, pileo membran. resupinato-expanso *subhirto* fusco, in ambitu involuto sterili, poris majusculis inaequalibus cinereis. — *Schwein.! Car. n.* 930. In lignis Americae bor. Pileus integer a matrice separabilis, primo orbicularis, dein confluens.

** *poris albis.*

238. P. VIRGINEUS, candidus, pileo papyraceo orbiculato libero undulato-lobato *tuberculoso-zonato glabro*, basi infera (saepe stipitiformi) adnato, poris majusculis rotundatis acutis. *Fr. El. p.* 96. *Schwein! Car. n.* 66. Ad truncos Amer. boreal. Subimbricatus, flaccidus, in ambitu reflexus.

239. P. DRUMMONDII, pileo papyraceo *spathulato longitudinaliter striato* fibroso-rugoso pallido, margine fibroso-fimbriato, poris majusculis tenuissimis mox lacero-dentatis albidis. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 487. Ad N. Orleans Amer. boreal. Pilei (non caespitosi) in mycelio sub cortice late expanso et supra corticem floccoso-furfuraceo abrupto attenuato-sessiles, in sicco deflexi et fulventes, a ceteris facie divergens.

240. P. MEMBRANACEUS, albus, pileo membran. tenuissimo sessili plano *longitudinaliter plicato* e villoso glabrato, poris curtis rotundis acutis integris, demum laceris. *S. M. p.* 370. *El. p.* 96. *Swartz! l. c. p.* 1922. Ad truncos Jamaicae. Imbricatus, uncialis, plicatus ut Mycena.

241. P. FERNANDEZIANUS, albus, pileo membr. orbiculato-effuso *concentrice sulcato* adpresse villoso griseo-cinereo, lateraliter tandem reflexo, poris brevissimis reticulum tenuissimum referentibus. *Mont. Fernand. n.* 17. Ad ligna ins. Juan Fernandez. Late confluens; poros cum textura denticulata (gallice *dentelle*) comparat Montagne.

242. P. PAPYRACEUS, pileo membr. tenuissimo orbiculari effuso *azono*, margine undique reflexo involutoque *glabro nitido* fusco-pallescente, poris curtis denticulatis albis. *Fr. El. p.* 97. Ad cortices Porto-Ricci. — In hoc, n. 237 et 241 pileus est modo mycelium politum et solutum, sed ob formam determinatam inter Apodes recepti

V. RESUPINATUS. Pileus *nullus*, quare fungus absolute resupinatus, poris ligno myceliove, nullo subiculo interjecto, immediate impositis. — Vix tertia pars individuorum resupinatorum huc pertinet; omnes enim qui stratum (i. e. pileum resupinatum) sub poros habent *in potestate* pileati et re vera locis verticalibus reflexi et marginati leguntur. Eodem situ vere resupinati *scalares* evadunt, sed pars superior etiam

tantum e poris obliquis formata! Pori integri et latere hiantes, recti l. obliqui, plani l. scalares etc. ut e situ modo pendentes (terram scilicet semper spectabunt!) inter characteres non citandi; cfr. de his et reliquis lusibus El. p. 112–114. Selectas pro more ratasque propono species, prorsus de industria omittens Auctorum, quibus nec tribus nec specierum typus innotuerit. Tenuiores semper molles, sed majores saepe indurantur, primitus autem molles nec dispositionem perpetuam exinde dirivare licuit. Varia vegetationis ratio in plerisque valde insignis.

* *poris fuscis.* Cfr. n. 156.

243. P. OBLIQUUS, latissime ambiens, *decorticans*, excarnis, e pallido spadiceo-nigricans, *ambitu erecto cristato* vulgo cinctus, poris (ligno impositis, basi perviis!) longis minimis obtusis subpentagonis. *S. M. p.* 378. cum descr. syn.! *Weinm. p.* 333. Bol. *Pers. syn.* (ex inventore Achario! habeo). P. incrustans et umbrin. *Pers. M. E.* 2. *p.* 93, 94. Ad truncos, raro, sed nobilissimus fungus. Sub *cortice crassiori* incipit crescere, integros truncos saepe ambiens eorumque corticem abjiciens (ut in scala maxime diminuta *Corticium comedens*), prorsus excarnis, annuus (sed in sq. emortuus persistens, et in hoc statu obscurato, indurato vulgo legitur), cum nullo alio Polyporo comparandus. Pori vulgo obliqui, quia arbores stantes saepius destruit.

244. P. UNITUS, effusus, laevigatus, glaber, spadiceus, opacus, *ambitu depresso concolori*, poris perexiguis tenuibus nulla membrana impositis. *Pers. M. E.* 2. *p.* 93. *Fr. El. p.* 93. Ad ligna abiegna in alpestribus. Tenuior, nudus, 1—2 lin. cr.

245. P. SUBSPADICEUS, effusus, laevigatus, tenuis, *ambitu byssino albo*, poris curtis minutis inaequalibus primo rore denso albicantibus, dein fuscis. *S. M. p* 3-8. *El. p.* 116. *Weinm. Ross. p.* 334. Ad ligna cariosa Fagi, et arb. frond. Primo mollis albidus, dein induratus fuscus.

246. P. PORTORICENSIS, effusus, coriaceo-membran., tenax, secedens, umbrinus, poris variis *flexuosis obtusis pubescentibus*, intus argenteis. *Fr. El. p.* 115. Ad ligna Porto-Ricci. Pori mycelio Xylostromatico lato et indeterminato juncti.

247. P. VITICOLA, effusus, innatus, glaber, fuscus, intus ferruginascens, poris *difformibus angulatis subacutis* glabris, intus glaucis. *Fr. El. p.* 115. — *Schwein.! in litt.* B. superficialis. *Schw.! Car. n.* 924. videtur imperfect. In Viti, Prunis etc. Americae borealis.

248. P. Wirtgeni, effusus, byssinus, in *ambitu flocoso aureo*, poris mediis curtis nitidis fuscis. *Wirtg. in Fl.* 1835. Ad ligna putrida. Ex unico specimine viso videtur insignis species, *P. bombycino* respondens.

** *poris cinnamomeis, fulvis, luteis.* Cfr. n. 165, 166, 212.

249. P. contiguus, effusus, firmus, *primitus obscure cinnamomeus*, ambitu villoso fibrosove, dein glaber ferrugineus, poris mediis aequalibus obtusis integris. *S. M. p.* 378. *El. p.* 114. — *Pers. syn.* non Myc. Eur. *Colore* facile distinctus, sed ad cortices sistit membranam xylostromeam, ad ramos decorticatos tenuis, seriatim serpens. P. ferreus *P. M. E.* affinis.

250. P. ferruginosus, effusus, firmus, *fulvus, exoletus spadiceo-ferrugineus, ambitu sterili*, poris elongatis subrotundis mediis cinnamomeis. *S. M. p.* 378. c. syn. — *Grev. t.* 155. *f.* 1. sed noster excarnis numquam pileato-reflexus, an reliquae figurae ad P. cuticul. b.? Ad truncos prostratos Alni. Noster ½—1 unc. crassus, totus e tubulis factus.

251. P. xanthus, elongato-effusus, molliusculus, glaber, *luteus, in ambitu similaris*, totus constitutus e poris minutis longiusculis subrotundis. *S. M. p.* 379. *Weinm. Ross. p.* 335. *Pers. M. Eur. t.* 6. *f.* 3, 4. expallens. Ad ligna cariosa Pini. Mycelium ligno immersum.

252. P. nitidus, effusus, tenuis, *luteus, ambitu e mycelio contextu pallidiori*, poris minutis subrotundis curtis croceis. *S. M. l. c.* c. syn. *El. p.* 117. — *Pers. Obs.* 2. *t.* 4. *f.* 1. Ad ligna putrida Fagi raro. Crustosus, adnatus.

253. P. vitellinus, effusus, molliusculus, laxe adhaerens, *vitellinus, ambitu byssino*, poris magnis elevatis obscurioribus. *Fr. El. p.* 117. *Schwein.! Car. n.* 939. In ligno putrido Americae. Mycelium sistit membranam laxe adhaerentem instar *Hydni mucidi.*

254. P. bombycinus, effusus, bombycino-membranaceus, *sordide lutescens, ambitu byssino, subtus araneoso-velutinus*, poris magnis angulatis. *Fr. El. p.* 117. — *Sowerb. t.* 387. *f.* 5. hujus forma!' Pol. Racodioides. *Pers. M. E. p.* 113. Ad ligna vetusta pinea.

*Obs.* Variae species *poris typice albis* vel senio vel e succo arboris cariosi flavescunt, cum praeced. non confundendae.

*** *poris rufis, violaceis, rubellis.* Cfr. n. 109, 231.

255. P. RUFUS, effusus, coriaceus, *rufus*, poris minutissimis rotundatis acutis. *S. M. p.* 379. ex *Schrad. sp. p.* 172. Ad cortices arborum. *Non vidi*, sed Schrader species non leviter distinguit.

256. P. INCARNATUS, effusus, coriaceus, firmus, glaber, *incarnatus*, poris longiusculis inaequalibus. *S. M. l. c. El. p.* 119! c. syn. *Weinm. p.* 335. *Pers. M. E. t.* 16. *f.* 4. forma scalaris. Ad truncos Pini. Pororum directio pro more e situ pendet; et ambitus passim solvitur, sed pileum non formare potest.

257. P. VIOLACEUS, effusus, determinatus, adglutinatus, tenuis, obscure sanguineus violaceusve, poris brevissimis cellulosis subrotundis obtusis integerrimis. *S. M. l. c. El. p.* 110! P. brunneus. *Pers. M. E.* 2. *p.* 95. ad siccum sec. spec. authent. Ad ligna abiegna. Meruliis affinis, nec *P. abietino*.

258. P. PURPUREUS, latissime et vage effusus mycelio mucedineo flocculoso albo ligni (cariosi) superficie perrepente, poris curtis minutis inaequalibus obtusis interrupte sparsis conglomeratisve purpureo-lilacinis. *S. M. l. c. El. l. c.* B. lilacinus. *Schwein.!* In trunco carie consumto Fagi per plures annos habui alii haud affinem.

259. P. RHODELLUS, effusus, tenuis, adnatus, mollis, albo-incarnatus, poris minutis subrotundis contiguis. *S. M. p.* 380. *Bull. t.* 442. *f. D.* Ad ligna Fagi raro. Habitus *P. vulgaris.*

260. P. MICANS, effusus, tenuis, *incarnato-albidus*, *ambitu byssino albo*, poris favosis angulatis subcrenatis. *Ehrenb. silv. Ber. p.* 30. *S. M. p.* 383. *Sommerf. Lapp. p.* 278. Ad ligna putrida arbor. frondos. raro. Fugax.

**** *poris albis minutis stipatis, in situ plano rotundis aequalibus.* Cfr. Apodes carnosos.

261. P. MEDULLA PANIS, effusus, *determinatus*, *subundulatus*, *firmus*, glaber, albus, *ambitu nudo submarginato*, totus fere constitutus e poris sublongis mediis integris. *S. M. p.* 380. Bol. med. pan. *Pers.! syn. p.* 544. sec. spec. ab ipso determ. *Schrad. spic. p.* 16. *Wahl. Suec. n.* 2015. *Alb. Schw.! p.* 256. Ad ligna vetusta, subinde ad terram mollior et aquoso-mollis: Pol. bibulus. *Myc. Eur. n.* 135. Annuus est, sat magnus, exsiccatione indurescens, secedens. Nulla icon fida: *Jacq. Misc. t.* 11. et *Bolt. t.* 166. *f.* 2, sec. Persoon huc vulgo ductae, aeque bene ad *P. corticolam* aliorumve incunabula referri possent. — P. fluctuosus *Weinm. p.* 337, a me nondum visus, affinis apparet.

262. P. MUCIDUS. effusus, *crassiusculus*, subimmersus, mollis, e albo pallescens, *ambitu indeterminato byssino*, poris mediis (mycelio crustoso receptis) variis inaequalibus lacerisque. *S. M. p.* 382. *Weinm. Ross. p.* 338. Bol. *Pers. syn. p.* 546. *Alb. et Schw. l. c.* Ad ligna vetusta cariosa. Pro loco variat mollior et firmior, sed sat persistens. *P. mollusco* longe major nec affinis.

263. P. VITREUS, effusus, subundulatus, indeterminatus, albidus subhyalinus, *mycelio xylostromeo tenaci separabili*, poris minimis rotundis longis obtusis integris. *S. M. p.* 381. *El. p.* 119. Poria vitrea. *Pers. Obs.* 1. *p.* 15. Ad truncos cariosos prostratos Fagi. Ut plurimae genuinae species hujus sectionis rarus, sed valde insignis, poris ob mollitiem quasi carnosis (ipse vero excarnis), membrana tenui Xylostromatis generis Auct. impositis, saepe in nodulos collectis et interruptis *Pers. Myc. Eur. n.* 144, 159; mycelium sterile: *Xylostr. candidum l. c.* 1. *p.* 93.

264. P. OBDUCENS, effusus, incrustans, innatus, firmus, albus, totus constitutus e *poris* minimis stipatis aequalibus *distincte stratosis*, stratis annosis alutaceo-pallidis. *Pers. Myc. Eur.* 2. *p.* 104 fide spec. sed char. essent. desider. P. medulla Panis. *Secr. n.* 108 excl. syn. Intus in truncis cariosis Salicis, Ulmi etc.; copiose in Horto Upsaliensi. Primi anni fungus *P. vulgarem* refert, sed annosus e stratis innumeris (1 lin. crass.) superimpositis crassus fit; sed cum ligno mucido, mycelio percurso, omnino concrescens, ut certe hujus loci, locis licet verticalibus pileolorum rudimenta exserat. Affinis *P. connato*.

265. P. CALLOSUS, longe effusus, aequabilis, tenax, *integer* corii mollis instar *separabilis*, albus, ambitu similari, poris firmis rotundis aequalibus integerrimis obtusis. *S. M. p.* 381. *El. p.* 120. *Weinm. Ross. p.* 336. In pagina inferiori asserum Pini. Pori sistunt callum, 1—2 lin. crass., firmum, sed non durum, undique porosum. Annuus, nec stratosus. *Myc. Eur.* 2. *n.* 146 nomine confuso.

266. P. VULGARIS, late effusus, tenuis, aridus, *arcte adnatus*, laevis, albus, *ambitu mox glabro*, totus constitutus e poris firmis stipatis exiguis rotundis subaequalibus. *S. M. p.* 381. cum syn. *El. p.* 120. *Weinm. Ross. p.* 336. B. cellulos. *Wahl. Suec. n.* 2016. — *Bolt. t.* 166. f. a. b. habitum refert, sed ob membr. liberam etc. alienus; vix exstat ulla fida icon hujus regionis. Ad ligna et ramos putridos

Betulae, Fagi etc. Solus ex affinibus vulgatus. Color interdum flavus. Pori variant pro more obliqui et hiantes. Var. *calcea* l. c., ad truncos Pini in montosis vulgatissima, hinc non differt nisi candore. Falso admodum exhibet *Wallroth* hanc speciem »pro parte« (*i. e. vulgo* ad libitum Auctoris dubii l. ut ipse fingat) ad P. versicolorem pertinere. — *P. polyposus* Pers. sistit initia *P. laciniati* n. 25.

267. P. MOLLUSCUS, effusus, *tenuis*, mollis, *albus*, *ambitu byssino fibrilloso-radiante*, poris in centro l. hinc inde congestis exiguis tenuibus rotundis inaequalibus lacerisque pallescentibus. *S. M. p.* 384. c. syn. *Weinm. Ross. p.* 338. *Fl. Dan. t.* 1299. Ad ligna vetusta, folia coacervata. Ambitu Himantioideo facile distinctus, sed exstat var. ambitu membranaceo sterili contiguo: *Sowerb. t.* 387. *f.* 9. Poria epiphylla. *Pers. Obs.* 2. *p.* 15. Variat candidus et lutescens.

268. P. TERRESTRIS, effusus, *araneoso-byssinus*, *tenellus*, *fugax*, albus, poris centralibus perexiguis albis dein rufescentibus. *S. M. p.* 383. ex *Dec. Fr.* 6. *p.* 39. — *Pers. ic. pict. t.* 16. *f.* 1. potius sq. Ad terram locis suffocatis. Ambigua et vix dubie degener. *Non vidi.*

**** *poris albis inaequalibus majusculis angulatis contiguis.*

269. P. SANGUINOLENTUS, nodulosus mox confluens effusus, mollis, *albidus ad tactum cruentatus*, ambitu byssino evanescente, poris minoribus subrotundis inaequalibus demum laceris. *S. M. p.* 385. — *Alb. Schw. p.* 257. Sistotr. *Secr.* 2 *p.* 505. (delet. Obs. et Hydn. cristul.) Ad ligna carie consumta uda terramque humidam. Mycelium emersum format primo nodulos byssinos, dein glabratos, in quibus pori nidulantur, sed in pileum non abit. Pori valde versiformes. Equidem species per omnes aetates observo, priusquam describo.

270. P. RADULA, effusus, *albus*, *e mycelio nudo tomentoso constipatus*, mollis, subtus villosus, poris mediis angulatis dentatis junioribus pubescentibus. *S. M. l. c. Weinm. Ross. p.* 338. — *Pers. Obs.* 2. *p.* 14. Ad ligna et ramos exsicc. Vegetatio prioris, sed siccior, laxior, a matrice separabilis.

171. P. BULLOSUS, effusus, inaequaliter inflatus, interruptus, tenuis, fragilis, *glaber*, albus, *poris majusculis rotundis* inaequalibus *obtusis*. *Weinm.! Ross. p.* 336. Ad ligna pinea. Species dubia adhuc; ut praeced. superficialis et secedens, sed rigens, cum alia hujus sect. saltim non jungenda.

272. P. SINUOSUS, effusus, adnatus, e mycelio evanescente subradiculoso enatus, ex albo lutescens, *poris amplis variis flexuosis* acutis laceris. *S. M. p.* 381. *El. p.* 120. ubi syn. expos. P. versiporus. *Sommerf. Lapp. p.* 278. ex ipso. P. mollinus *Myc. Eur.* 2. *p.* 96. Ad cortices et ligna Abietis modo legi speciem rariss. et distinct. Junior exsiccatus melinus fit, senio pallescens. Pori e Daedaleo Sistotremoidei, sensu Pers. Odor liquiritiae.

273. P. VAPORARIUS, effusus, innatus, mycelio ligno irrepente floccoso albo, *poris magnis angulatis albo-pallescentibus* in stratum contiguum firmum persistens constipatis. *S. M. p.* 382. *El. p.* 121. ubi syn. et varr.! *Weinm! p.* 387. — *A. S. p.* 256! In pineto-montanis ad ligna cariosa Pini vulgatissimus generis, et *Polypori resupinati* typus! Loco magis, quam certis notis differunt B. papyrac. *Schwein.! Car. n.* 931. ad Vites; P. macer *Sommerf.! Lapp. p.* 279. (forma in Populo in S. M. memorata); P. versiporus Pers. *Myc. Eur. n.* 145. sed ad spec. Chailletii est *P. vulgaris.* Cfr. ceterum *El. l. c.*

274. P. ANEIRINUS, effusus, tenuis, subinnatus, ambitu byssino albo, *poris amplis* cellulaeformibus *ceraceis angulatis* glabris ex albo fulvescentibus. *Sommerf.! Lapp. p.* 276. *El. p.* 122. Ad truncos Populi, raro. Praeced. certe affinis.

275. P. VAILLANTII, albus, tenuis, mycelio libero in costas rhizomorpheas membrana subunitis coëunte, poris hinc inde conglomeratis curtis majusculis tenuibus inaequalibus. *S. M. p.* 383. c. syn. *El. p.* 122. c. syn. — *Sowerb. t.* 326. Ad ligna putrida et terram. Sub innumeris plus minus imperfectis evolutionis gradibus occurrit. *Myc. Eur. n.* 164, 166. *Var.* mycelio simpliciter membranaceo, ad cortices abiegnos.

276. P. FARINELLUS, albus, vage effusus, tenuis, albus, *mycelio* nudo *flocculoso-pulverulento haud contexto,* poris tenuibus contiguis inaequalibus subflexuosis intricatis. *S. M. p.* 384. *El. p.* 122. Ad ligna putrida Fagi. Diversissimus, tactu fugax, substantia s. d. *Theleph. Sambuc. P.*

**** *poris albis punctiformibus distantibus l. superficialibus.* Abnormes s. Polyp. Polystictae *S. M. p.* 384. Plures ejusmodi formae tantum status incompleti et steriles, licet h. l. receptas ad alios haud referre liceat.

277. P. ARENARIUS, latissime effusus, inaequabilis, albido-pallescens, e mycelio floccoso indurato contextus, rigescens,

ambitu similari, poris distantibus urceolatis inaequalibus obtusis. *Kl.! Linn. VIII. p.* 487. Ad terram arenosam Ind. orient. Incrustans, sat crassus et firmus, sed tantum e mycelio [i. e. substantia homogenea indefinita) factus. Non confundes primordia Polypororum *n.* 21—25.

278. P. CORTICOLA, latissime effusus, aequabilis, firmus, albus l. pallescens, e mycelio in stratum nudum xylostromeum contextus, poris nudis superficialibus vulgo obsoletis punctiformibus. *S. M. p.* 385. *El. p.* 123. Ad cortices. Priori tenuior. Ob habitum prorsus consimilem sub hoc nomine complectar plures diversas formas, nempe a.) *Populinum;* b.) *Fagineum;* c.) *Quercinum*, Myc. Eur. n. 141; d.) *Tulipiferae*, Schwein.! Car. n. 935; e.) *Salicinum*, Secr. 2. p. 174, cum forsan omnes modo degenerationes aliorum sint et pori (substeriles) evolutionis gradu maxime discrepent.

279. P. SEBACEUS, orbicularis, confluens, laevis, *glaber*, *sebaceus*, fuscescens, ambitu nudo, poris punctiformibus confertis regularibus albidis acie fusca. *Secr.* 2. *p.* 175. Ad cortices rami salicini. *Non vidi.* E gelatina quasi exsiccata factus.

280. P. RETICULATUS, orbicularis, tenuis, fugax, albus, margine floccoso byssino-radians, poris distantibus cupulaeformibus. *S. M. p.* 385! c. syn. *Weinm. Ross. p.* 339. — *Hoffm. Cr. t.* 12. *Nees syst. f.* 225. Ad ligna putrida. Poria byssina *Secr.* 2. *p.* 175. potius huic, quam *P. farinello* adscribenda. P. reticulata *Secr. l. c. p.* 174. melius quadrat in P. fugacem *Pers. ic. pict. t.* 16. *f.* 2, cujus differentia vero nondum liquet.

P. laneus *Pers. M. E. t.* 17. *f.* 3. (ut etiam P. peltatus *l. c. n.* 127, P. tristis *n.* 120) sunt monstra Apodum.

**XXIII. TRAMETES.** (Fr. Gen. Hym.) **Hymenophorum inter poros** *omnino immutatum in tramam cum pilei substantia persistenter similarem* **descendens. Pori cum pileo prorsus concreti, primo minimi, dein aperti, obtusi, integri,** *aequales*, **rotundi l. lineares, nec labyrinthiformes lacerive.** *Fungi suberosi lignosive, arborei, semper dimidiati, primitus vulgo fragrantes nec umquam aciduli.*

A *Polyporis* facile differunt *trama* (latent forte inter Polyporos mihi non rite cognitos Trametis spec.); a *Daedalea* tantum poris haud labyrinthiformibus. Hoc genere, *valde*

*naturali*, non admisso Daedaleam a Polyporo separare certe non licet. *Bull. t.* 421. generis characterem bene exhibet.

* *contextu colorato* (subfulvo). Perennantes.

1. T. BENZOINA, pileo suberoso duro convexo-plano rugoso subresinoso striguloso fusco-umbrino, *margine coerulescente*, intus fusco-ferrugineo, poris minutis rotundis ferrugineo-umbrinis. Bol. *Wahl. Suec. p.* 1076. Polyp. *Fr. El. p.* 100. *Weinm. Ross. p.* 327. ex quo *Schwein. Syn. Fung. Amer. bor. p.* 157. Ad truncos abiegnos vetustos. Postquam vivum Upsaliae legerim a *P. resinoso* abunde diversum video. Primitus durus est, vere perennans, omnino exsuccus, odorus et generico charactere sq. propior.

2. T. ODORATA, pileo suberoso submolli villoso, annotino intusque fulvo, annoso dilatato concentrice sulcato rugoso-tomentoso umbrino-nigrescente, *margine porisque* majusculis subangulatis *fulvo-cinnamomeis* integris. — *Wulf.* — *S. M. p.* 373. c. syn. *El. p.* 101. *Secr. n.* 42. — *Schaeff. t.* 106. Ad truncos vetustos abiegnos. Perennis, sed pororum strata non distincta. Odor gratus, subfoeniculaceus.

3. T. PINI, pileo suberoso-lignoso pulvinato concentrice sulcato *rimoso-scruposo* aspero e ferrugineo-fusco nigricante, intus fulvo-ferrugineo, poris magnis subrotundis oblongisve luteo-lateritiis. Daed. Pini. *Fr. Linn. V. p.* 514. *Klotzsch! Herb. Myc. C.* 2. Polyp. *Pers. M. E.* 2. *p.* 83. Bol. *Brot. Lus.* 2. *p.* 468. *Thor. Chl. Land. p.* 487. Ad truncos Pini in Eur. occid. a Scotia ad Lusitaniam, sed etiam Upsaliae! Intime cum praeced. connexus, perennis omnino, sed non stratosus. Odor debilis.

4. T. GALLICA, pileo suberoso-coriaceo triquetro azono *squamis fibrosis strigoso* fuligineo-fusco, intus subcinnamomeo, poris amplis rotundis pallidioribus. *S. M. p.* 345. B. Favus *Bull. t.* 421. *Nees Syst. f.* 222. In truncis et trabibus Pini in Gallia. *Non vidi*, at certissime prioribus affinis.

5. T. SINENSIS, pileo suberoso planiusculo *azono setis arrectis ramosis horrido*, *poris magnis* subrotundis integris canescente-umbrinis. *S. M. l. c. Klotzsch! in Linn.* In China, India orient. et insula Mauritii. Pileus semicircularis, totus latere diagonali adnatus, medio interdum gibbus, ½ unc. cr., sed margine tenuis. Indumentum peculiare. Hunc pro *B. favo L.* in antiquis Suecicis herbariis (ut videtur ab *Osbeckio* lectum), reperi, sed ex Klotzsch non est *Herb. Linn.*

6. T. HYDNOIDES, pileo suberoso applanato *azono* badio-fusco, *setis rigidis ramosis flexuosis fuscis strigoso*, intus ferrugineo, *poris minutis rotundis* aequalibus obtusis ferrugineis. *El. p.* 107. B. Hydnoides. *Swartz!* B. hydnatinus *Bosc!* Bol. crinitus. *Spreng.!* In tropicis frequens. Similis praeced. sed pori minuti. Margo integer. *Bol. vulpinus* et *B. ursinus* Link, ex Klotzsch, etiam h. l.

7. T. FIBROSA, pileo suberoso tenui subundulato zonato nigro-fusco, *fibris crebris ramosis hispido, margine fimbriato, poris minutis angulatis* fuscis. *Hok. in Kunth syn. p.* 10. P. pellitus. *Mey esseq. p.* 304. e defin. non recedit. In America calidiori. Zonis, margine et poris angulatis a priori differt.

8. T. FUSCA, pileo suberoso duro (hirto?) *laevi zonato obscure fusco*, poris magnis linearibus concoloribus. Daedal. *Link in Berl. Mag.* 1808. *S. M. p.* 339. In Brasilia. Specimen in Mus. Berol. visum habitu ad praecedd accedebat et certe hujus generis, sed ceterum ita destructum ut describere non licuerit. Imbricata, firma, uncialis.

9. T. INCONDITA, pileo suberoso-lignoso crasso *difformi* inaequabili indefinite concentrice sulcato *pruinoso*, intus fulvo-lutescente, poris curtis minutis distantibus obtusissimis fulvo-lutescentibus. *Fung. Guin. f.* 16. In Guinea. Habitus *Polyp. fulvi;* pori primitus simili materia obturati. Novi pilei vetustos incrustant, sed non vere stratosus.

10. T. HELVOLA, pileo suberoso-coriaceo demum undulato-lobato *azono hirto-velutino* helvolo, intus gilvo alutaceo, margine acutissimo, *poris* confertis mediis rotundis *acutis* fuscescentibus. *Fr. El. p.* 103. *Fung. Guin. f.* 14. — In Guinea. Valde a ceteris diversus, junior regularis planus, dein undulato-lobatus conchatus, absolute azonus nec glabrescens, sed postice demum nodulato-tuberculosus.

11. T. TORRIDA, pileo coriaceo-lignoso inaequali versus marginem extenuato *concentrice sulcato e velutino glabrescente*, intus fulvo-lutescente, *poris* confertis rotundis *inaequalibus* obtusis sordide lutescentibus (ligneo-pallidis). *Fr. El. l. c. Fung. Guin. f.* 17. — In Guinea. Facies arida, rudis, postice etiam gibba. Color totius fuscescenti-lutescens, opacus at pallens. Licet 9—12 affines, certe distinctissimae.

12. T. LANATA, pileo coriaceo tenui rigido utrinque *applanato dense tomentoso* sordide helvolo, sulcis depressis concoloribus zonato, margine acutissimo, intus concolori, *poris* mediis rotundis *obtusis* aequalibus helvolo-ochraceis.

*Fung. Guin. f.* 15. B. sericeus. *König!* In India orientali et Guinea. Eximie expansus, lateribus saepe concrescens in longas latasque series. Pori e situ recti l. obliqui, 2 lin. fere longi, sed substantia pilei tenuissima, cum tomento lanoso molli denso, vix ½ lin. crassa.

13. T. OCCIDENTALIS, pileo suberoso-coriaceo plano *effuso-reflexo tomentoso* concentrice sulcato unicolori gilvo-pallescente, margine acuto, intus porisque minutis subrotundis obtusissimis gilvo-flavidis. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 486. Ad truncos ins. St. Vincent. Habitus *Polyp. scruposi* et *pruinati*, sed generis nota certe differt. Semicircularis, 3 unc. circiter latus.

14. T. BEYRICHII, pileo coriaceo tenui applanato *laevi subazono pallescente*, margine patente acutissimo, contextu porisque rotundis obtusissimis ligneo-pallidis. *Fries in Linn. V. p.* 518. In Brasilia. Polymorphus, latus, sub lente adpresse velutinus.

** *contextu albido.* Annui, in ver persistentes.

15. T. SUAVEOLENS, pileo suberoso molliusculo pulvinato villoso azono albo, *poris* rotundis majusculis obtusis *albo-fuscescentibus.* S. *M.* p. 366. cum syn. *Krombh. t.* 4. *f.* 25. *Fl. Dan t.* 1849. *Tratt Aust. f.* 4. *Secr. n.* 52. Bol. suaveol. *Linn.* (ex parte) *Sowerb. t.* 228. *Enslin Monogr c. ic. Sterb. t.* 27. *D.* Per regiones campestres ad Salicem albam fr., praecipue Eur. mediae. Odor fragrans, aniseus. An var. *quercina* El. p. 90 eadem species, nunc dubitamus.

16. T. ODORA, pileo suberoso elastico inaequabili glabrescente azono pallido, *poris minutis* rotundis aequalibus *albido-ochraceis. Sommerf. Lapp. n* 1642. *El. p.* 90. Bol. (*Linn. Lapp. n.* 522) suberosus. *Bolt. t.* 162. *Secr. n.* 53. Ad Salicem, praec. Capraeam, in silvis montanis et alpinis. Odor praeced.

17. T. BULLIARDI, pileo suberoso applanato laevi glabro ex albo fuscescente, demum zonato, *poris* longis subrotundis inaequalibus *e pallido rufescentibus.* Bol. suaveolens. *Bull. Champ. p.* 342. (descr. exactiss.) *t.* 310. minus convenit. *Paul. t.* 19. Daedalea. *Pers. — S. M. p.* 337. Ad Salices Eur. australioris; in Scania semel modo, sed ad Zastrow Pomeraniae copiose legit Ahnfelt. Intus demum fuscescit. In specc. a me visis pori longi (non Daedaleo-elongati) eximie rubent. Odor priorum debilior.

*Sowerb. t.* 181. *Bolt. t.* 73. (colore rubro, errore? fucata). Ag. labyrinthif. *Bull. t.* 352. Vulgata ad ligna indurata Quercus. Ob hymenium primitus aporum, dein porosum, tandem crasse lamellosum nec radians certe a Lenzite differt. Variat effuso-reflexa (*Schaeff. t.* 231. optime) et tota resupinata (*Bull. t.* 442 *f. F! Pers. M. E. t.* 18. *f.* 1.) nec raro in dentes Sistotremoideos lacerata.

2. D. SANGUINEA, pileo coriaceo applanato ruguloso obsolete zonato glabro *e sanguineo expallente*, hymenio primo poroso, dein anguste labyrinthiformi pallide cinnamomeo. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 481 In India oriental. Priori longe tenuior, poris confertis minutis. Nostra spec. reniformia, margine acuto. Ut prior ad Lenzitem, haec ad Trametem accedit.

3. D. SUBTOMENTOSA, pileo coriaceo gibboso tuberculoso *albido*, zonis elevatis subtomentosis concoloribus, intus hymenioque primo poroso, dein anguste labyrinthiformi-sinuato, pallidis. *Schwein.! Car. n.* 853. *Fr. El. p.* 70. Ad truncos Amer. boreal. Minor, substantia *D. quercinae*.

4. D. AUREA, pileo suberoso-coriaceo gibbo velutino subzonato unicolori *aureo*, intus hymenioque e poroso anguste sinuato-labyrinthiformi flavis. *S. M. p.* 339. *Batt. t.* 35. *f. F.* Ad truncos Quercus Eur. austr. *Non vidi*, mutabilis dicitur.

5. D. CONFRAGOSA, pileo suberoso-coriaceo convexulo scabro subzonato unicolori *lateritio-fusco*, intus ferruginascente, hymenio e poroso anguste labyrinthiformi laceratoque e cinereo-pruinoso rufo-fusco. *Pers. syn. p.* 501. *Secr.* 2. *p.* 491. *Weinm. Ross. p.* 343. *Bolt. t.* 160. *Bull t.* 491. — b. poris fulvo-fuligineis *Schwein.!* Ad truncos arborum frondos., ut videtur rara, viva mihi haud obvia. *Lenzites* non est.

6. D. FERRUGINEA, pileo coriaceo effuso-reflexo zonato *flavo-ferrugineo, juniori margineque villoso albis*, intus carneo, hymenio e poroso anguste labyrinthiformi fulvente. *Schum.* — *S. M.* 339. *Fl. Dan. t.* 2029. In truncis Fagi, Daniae. Imbricato-connata, *mihi non obvia*, sed *D. unicolori* videtur proxima, immo sq. peraffinis.

** *contextu albo.*

7. D. CINNABARRINA, pileo suberoso depresso basique decurrente velutino tuberculoso-zonato, *zonis* discoloribus subfuscis *cinnabarrino-limitatis*, margine floccoso intusque albo, hymenio dense labyrinthiformi albo pruinoso, demum

rufescente nigroque maculato. *Secr.* 2. *p.* 482. Ad truncum Juglandis semel a Secretano' tantum lecta. Imbricata, concrescens, speciosa dicta, hymenio ad typum *D. quercinae* formato.

8. D. ANGUSTATA, pileo suberoso planiusculo repando obsolete zonato *brunneo-rufescente*, margine pallidiori subtomentoso, hymenio e poroso sinuato labyrinthiformi subolivaceo. *Sowerb. t.* 193. *S. M. p.* 338. Ad truncos Populi. Subimbricata, concrescendo lobata. *Nec hanc vidi*, sed inter D. quercinam et sq. ex statura medium tenet locum.

9. D. CINEREA, pileo suberoso-lignoso subundulato zonato tomentoso cinereo, poris minutis obtusis *semper integerrimis*, aliis rotundis, aliis longissimis labyrinthiformibus flexuoso-intricatis albis cinereisque. *S. M. p.* 336. *Obs.* 1. *p.* 105. *Bull. t.* 537. *f. O, P, Q.* — *Batt. t.* 38. *G.* aequo jure ad sq. Ad truncos Fagi. Perennis, rara, unico loco mihi obvia. Numquam ad Sistotrema Pers. referatur.

10. D. UNICOLOR, pileo suberoso-coriaceo villoso-strigoso concolori-zonato *cinereo*, sinulis labyrinthiformibus flexuosis intricatis acutis, dein *lacero-dentatis*. *S. M. p.* 336. *El. p.* 69. *Weinm. Ross. p.* 344. D. cinerea. *Pers.* B. unicol. *Sowerb. t.* 325. Ad truncos arbor. frondos. Mire varius; cfr. ll. cc. Hymenium ex albido-cinereum, interdum fuscum; sed admodum differt

* D. UNICOLOR *rufescens*, poris minutis. *Bull. t.* 408, 501. *f.* 3. Forte plures latent species.

11. D. DISCOLOR, pileo suberoso-coriaceo plano rugoso-scruposo zonato glabrato *albido*, intus albo, *hymenio fusco* primo poroso dein in sinulos flexuosos angustos dentesque lacero. *Fr. El. p.* 68. D. albida. *Schwein.! Car. n.* 851. Ad truncos Americae borealis. Praecedd. utique cognata, sed magis explanata interdum pedalis. (D. discolor *Klotzsch! in Linn.* 1833. *p.* 481. videtur alia, concolor quidem, sed minor Lenzitis species, quae vero a Schweinizio ipso cum *D. albida* juncta fuit).

* D. *corrugata*, minor, mollior, pileo longitudinaliter corrugato. *Klotzsch! l. c.* Cum priori. Est forte junior modo forma; a specc. D. albidae *Schwein.!* mihi missis et in El. descr. certe separari non potest.

12. D. ZONATA, pileo coriaceo plano subconchato undulato *glaberrimo fusco-zonato*, intus albo, *hymenio* poroso sinuosoque ex *albo* pallido. *Schwein.! Car. n.* 852. Ad

truncos Americae boreal. Caespitosa, minor, glabritie et hymenii typo haud lamellato a *Lenz. variegata* distinguenda.

B. Pileus definite resupinatus.

13. D. LATISSIMA, effusa, *suberoso-lignosa*, *crassa*, *undulata*, rufescens l. ligneo-pallens, poris tenuibus distantibus obtusissimis subrotundis longissimisque flexuosis. *S.! M. p.* 340. *El. p.* 71. Daed. n. 1, 5. *Pers. M. E.* 2. *p.* 2, 3. — *Sow. t.* 424. loco vero terrestri differt. Ad truncos muscosos Fagi, raro. Nec secund. specimina a me visa distinguerem *B. tuberculosum*; Dec. Fr. 2. p. 40. S. M. p. 380, sed *homonymus* Pers. est prorsus dubia *subterranea* monstrositas. [Hoc in S. M. jam exposito, quid voluit *Secr.* 3. *p.* 176. *n.* 5. abuso suo »excl. syn.« ubi nulla synonyma citata, sub planta ut videtur valde aliena?]

14. D. SINUOSA, effusa, *suberoso-coriacea*, *tenuis*, *stratose reviviscens*, ligneo-pallens, poris variis minutis sinuosis obtusis glabris. *Klotzsch! in litt.* Cfr. *Linn. l. c. p.* 482. *n.* 8. In India orientali. Multa huic cum priori communia, ut primo adspectu formam tenuem dixerim; etiam prioris more fibris lignum intrantibus radicans. Est vero tenuior, concinnior, primo brevis interrupta, dein confluendo latissima — et vegetatione perenni, distincte stratosa, certe diversa.

15. D. SERPENS, primo *erumpens* tuberculosa, dein seriato-confluens, *coriacea*, ligneo-pallens; *ambitu determinato* submarginato pubescente, poris obtusis integris subrotundis sinuosisque. *S. M. p.* 340. *El. p.* 71. *Brown. Fl. Melv.* Ad truncos et ramos Quercus, Sorbi etc. in montanis; etiam Americae arctiae. Non comparetur cum var. effusa *Daedaleae quercinae*, cui haec non affinis est. Contextus albus.

16. D. MOLLIS, resupinata, determinata, *submembranacea*, ligneo-pallens, demum fuscescens, *subtus pubescens* , *umbrina*, poris difformibus sinuosis lacerisque. *Sommerf.! n.* 1631. *Fr. El. p.* 71. *Weinm. Ross. p.* 345. — b. D. membranacea. *Wormsk.! Kamtsch.* Ad ramos Alni; b. Betulae, zonae arcticae propria et nobilis species. Demum nigrescit.

D. lirellosa *Pers. M. E.* 3. *p.* 2. *t.* 18. *f.* 2—3. a Corticio siccitate rimoso originem ducit!

**XXV. CYCLOMYCES.** (**Kunz. apud Fr. in Linn. V. p. 512.**) **Pori in** ***lamellas concentricas*** **lacerati, reliqua Polypori;** ***habitus vero potius sq. generis.***

Genus certe Polyporeum, nec Agaricinum, nam ad marginem observare licet hymenium primitivum porosum, nec radians — similes lusus fere in *P. abietino* quandoquidem videre licet.

1. C. fuscus, *l. c. t.* 11. *f.* 3. *Sieber Crypt exs. n.* 63. C. australis. *Krombh. t.* 4. *f.* 17, 18. *Klotzsch in Hook. Ann. Bot.* c. ic. Ad truncos Ins. Mauritii. Fungus dimidiatus, basi attenuata sessilis, coriaceus, velutinus, umbrinus, dense concentrice zonato sulcatus, intus floccosus umbrino-ferrugineus. Lamellae (non radiantes!) concentricae, confertae, tenues, fuscae, acie incisae! Asci obsoleti, immersi, sporidiis globosis.

**XXVI. HEXAGONA.** (**Pollin. pl. nov. p. 35**). **Hymenophorum descendens in tramam cum pilei substantia omnino concolorem et similarem. Pori** ***jam primitus dilatati in alveolos amplos subhexagonos, lignoso-induratos*****, parietibus firmis contiguis, numquam laceris. Asci obsoleti, subemersi, sporidiis simplicibus.** ***Fungi sessiles, suberoso- l. coriaceo-indurati, epixyli.*** **Polypori spec.** ***Auct.*** **Hoc et sq. genus sub Favolo comprehendit** ***Palisot.***

Hoc et duo sqq. genera maxime differunt a Polyporis, poris saepe demum ampliatis, *alveolis, primitus quidem tenuibus et retiformibus, sed jam tum aeque amplis.*

* *pileo setis rigidis exasperato.* Plum. fil. t. 169. f. A.

1. H. Wrightii, pileo suberoso-coriaceo plano *fibroso-setoso azono* fusco, *alveolis* oblongo-hexagonis amplissimis ferrugineis *intus setosis. Kl! in Linn. VII. p.* 200. *t.* 10! ex quo n. 11. est Boletus Favus. *Herb. Linn.* In India orientali. Semiorbicularis, 3—4 unc. latus, versus marginem acutum patentem tenuis. Setis cellularum ab omnibus differt indeque proprium Polypori subgenus (*Scenidium*) Klotzschio.

2. H. crinigera, pileo suberoso-coriaceo plano rigide *fibroso-setoso azono* fusco-nigricante, alveolis e subrotundo hexagonis cinnamomeo-pallidis, *intus glabris* glaucis subpruinosis. *Fung. Guin. f.* 10. In Guinea. Pileus rotundatus, 1-2 unc., postice scutato-adnatus.

3. H. hirta, pileo suberoso reniformi dense *hirto-strigoso zonato* nigrofusco, alveolis aequaliter hexagonis glabris

griseis. Favolus. *Pal. Fl. Ovar. t.* 1. *S. M. p.* 345. In Africa tropica. Priori major (1—2 pedalis), latere adnatus et accrementis zonato-sulcatus.

4. H. APIARIA, pileo suberoso reniformi *fibrillis raris obsito* aut glabro nigricante, alveolis amplis 4—6 gonis nigricantibus. Polyp. *Pers. in Freyc. Voy.* In Insula Rawak. Forte eadem cum praecedente (l. c. enim sine omni Auctorum comparatione omnia pro novis describantur); archetypa utriusque in Mus. Paris, ex Montagne, parum differunt.

Quoad pilei indumentum antecedentes conveniunt cum Trametibus n. 4—7.

** *pileo laevi glabro aut velutino.*

5. H. MORI, pileo suberoso-coriaceo plano laevi *glabro luteo*, alveolis aequaliter hexagonis. *Poll. pl. nov. p* 35. Ad Morum albam Montis Baldi. Haec, sola Europaea, mihi ignota est.

6. H. VESPACEA, pileo coriaceo azono *glabro laevi ligneo-pallido*, alveolis amplis aequaliter hexagonis concoloribus. Polyp. *Pers. in Freyc. Voy.* In insula Rawak. Habitus Daedaleae quercinae.

7. H. SCUTIGERA, pileo coriaceo applanato *velutino olivaceo-fusco*, postice scutato-sessili, alveolis amplis hexagonis griseis. *Fr. El. p.* 13. In Brasilia, India orient. Scutum posticum sulco concentrico a reliquo pileo etiam distinguitur.

8. H. SERICEA, pileo coriaceo-membranaceo integro subcampanulato *sericeo-villoso pallido*, vertice adnato sessili, alveolis tenuibus irregulariter hexagonis. P. sericeo-hirsutus. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 483. In America boreali. A reliquis valde diversus; etiam acie cellularum acuta. Pileus zonatus ex Kl., quod in meis spec. non observo.

*** *pileo dense concentrice sulcato.*

9. H. ORBICULATA, pileo suberoso-coriaceo orbiculari dense concentrice sulcato, *villo adpresso obsoleto canescente*, alveolis amplis profundis subrotundo-hexagonis nudis fuscis. *Fung. Guin. f.* 9. In Guinea. Supra planus, vertice adnato sessilis, *nudo oculo glaber*, villo sub lente tantum discernendo, subtus convexus.

10. H. POLYGRAMMA, pileo coriaceo tenui reniformi *glaberrimo nitido* e pallido ligneo-fulvescente, *sulcis* confertis concentricis *obscurioribus zonato*, alveolis mediis hexagonis fuscescentibus, e pruina griseis. *Montagn. in sched.* sub Po-

lyp. In Cuba. Major, margine acutissimo repando. Descr. vide in *Fung. Guin.* in obs. sub priori.

11. H. TENUIS, pileo coriaceo rigido *glabro* canescente dense concentrice et *concolori-sulcato*, margine tenui fusco, alveolis mediis hexagonis canescenti-fuscis. Boletus. *Hook.! in Kunth. Syn. p.* 10. In Andium regione temperata — et ins. Mauritii. *Klotzsch!* cui debeo specc. Hookeriana. Reniformis, 2—3 unc. latus, margine undulato. — *Bolet reticulatus* Hook. l. c. p. 9. secundum Klotzsch est monstrum cellulis spongioso-farctis, pileo vertice adnato sessili resupinato et praeter sulcos etiam pulchre reticulato-rugoso.

12. H. TRICOLOR, pileo coriaceo tenui dimidiato-sessili glaberrimo *rugoso badio-fusco*, marginem versus densissime concentrice sulcato, alveolis minutis aequaliter tetragonis cinereo-fuscis. *Fung. Guin. f.* 8. c. descr. In Guinea. Optima hujus generis species, quae omnes primo obtutu a reliquis Polyporeis, poris amplis, facillime dignoscuntur.

**XXVII. FAVOLUS.** (Fr. El. p. 44). **Fungus carnoso-lentus, hymenio reticulato-celluloso, s. alveolato. Alveoli radiantes, e lamellis dense anastomosantibus formati, elongati, parietibus duplicatis. Asci perfecti, sporidiis didymis albis.** *Fungi arborei, annui, dimidiati, substipitati, tota facie et indole a prioribus diversi, quare non* **Polypori (s. Boleti)** *Auctoribus, sed* **Cantharelli s. Merulii** *specc.*

Ut *Lenzites* est Polyporeus hymenio lamellato, *Favolus* est Agaricinus lamellis undique et primitus celluloso-anastomosantibus, *Agarico ostreato* accedens. Variis rationibus quoque accedunt ad *Pol. squamosum* et affin., sed hymenium in his primitus minute porosum, dein dilatando platyporum fit, nec primitus cellulosum.

1. F. EUROPAEUS, pileo carnoso-lento tenui *orbiculari glabro* laevi albido, stipite brevi laterali, alveolis profundis subrotundis reticulatis. Merulius alveolar. *Dec. Fr.* 5. *p.* 43. *S. M. p.* 522. In Gallia meridionali. Sub hoc nomine saepe accepi *Polyp. arcularium.*

2. F. BRASILIENSIS, pileo carnoso lento *spathulato-obovato glabro* laevi albido, in stipitem brevissimum sublateralem porrecto, alveolis oblongis obtusis pallidis. *Fr. El. l. c. Linn. V. p.* 511. *t.* 11. *f.* 1. Mer. daedaleus. *Link.* Polyp.

desmoporus. *Pers. in Freyc. Voy.* sec. Montagn. — *Plum. fil. t.* 167. *f. E.* var. aut potius valde affinem speciem sistit. In America meridionali tropica.

3. F. CANADENSIS, pileo carnoso-lento rigente reniformi *squamoso fulvo*, stipite obsoleto, alveolis elongatis tenuibus albidis. *Klotzsch! in Linn. VII. p.* 197. — In Canada.

4. F. HEPATICUS, pileo carnoso-lento reniformi *glabro hepatico*, stipite laterali brevissimo, alveolis elongatis tenuibus albidis. *Kl.! l. c.* In insula Mauritii Valde elegans, 2—3 unc. latus.

5. F. FLACCIDUS, pileo carnoso-lento tenui *flaccido lobato* glabro *albido*, alveolis elongatis tenuibus concoloribus. *Fr. Linn. V. p.* 511. Canthar. aequinoctialis. *Link.* In Brasilia. Sessilis, multiplex, expansus, fere membranaceus, siccus fragilis.

6. F. TENUICULUS, pileo *submembranaceo* rigido subsinuato laevi *pallescente*, stipite brevi laterali, alveolis regularibus hexagono-elongatis. *Pal. Fl. Ov. t.* 42. *f.* 2. In Guinea. Pileus tenuis, subpellucidus. Reliqui *Favoli* Palis. sunt Hexagonae species.

7. F. PUSILLUS, pileo submembranaceo reniformi glabro *subfulvo*, *stipite* brevissimo *nigricante*, alveolis porosis elongatis flexuosis fuscescentibus. *Fr. Linn. V. p.* 511. *t.* 11. *f.* 2. In Brasilia et Chili. *Mont. Ann. Sc. Nat.* 1835. Subimbricatus, postice emarginatus, unguicularis.

XXVIII. LASCHIA. (Fr. Linn. p. 533). Fungus gelatinoso-tremellosus, siccitate membranaceus, subtus favoso-reticulatus l. alveolatus. Alveoli cum pileo omnino homogenei, tenues, flaccidi. Asci nulli. *Fungi epixyli, tota indole Tremellae (ut e substantia et analysi foret genus Tremellinum), sed irrigui minus tumentes et magis delicati.*

1. L. DELICATA. *Fr. l. c.* Merul. favosus. *Herb. Willd.* In Guinea. Sicca papyro tenuior, rigidula; humectata flaccida, tenacella, fuscescens. Pileus glaber, rugulosus, postice prope marginem adnatus. Hymenium non adest discretum.

XXIX. MERULIUS. (S. M. p. 326). Hymenophorum a mycelio mucedineo contexto formatum, tectum *hymenio ceraceo-molli continuo in superficie* plicis obtusis *reticulato* incomplete poroso, demum gyroso

obtuseque dentato. Asci immersi, perfecti, sporidiis simplicibus. *Fungi epixyli, mucedinei, primitus saltim resupinato-effusi.*

Corticiis proximum genus, a Polyporis resupinatis cautius distinguendum, Canthareliis haud affine.

I. LEPTOSPORI. Hymenium nudum l. e sporidiis fugacibus, in omnibus a me examinatis albis, obsolete pruinosum.

* *pileo sessili l. effuso reflexo, ambitu determinato.*

1. M. INCARNATUS, pileo carnoso dimidiato *sessili* repando subtomentoso pallido, plicis variis luteis roseisve. *Schwein.! Car. n.* 840. *Fr. El. p.* 57. Ad truncos Quercus ipsamque terram Amer. bor. Solus non effuso-reflexus, ceterisque firmior, lentus.

2. M. CONFLUENS, resupinatus, longitudinaliter effusus, *subcarnosus, margine libero inflexo* subtomentoso pallido, plicis crispis reticulato-porosis. *ll. cc.* Ad ramos Alni Amer. bor. Ex Auct. color cervinus, non in specc. siccis obvius.

3. M. TREMELLOSUS, resupinatus, dein liberatus reflexusve, *carnoso-tremellosus*, tomentosus, albus, margine dentato-radiato, plicis porosis variis rubicundis. *Schrad. — S. M. p.* 327. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1553, 776. *f.* 1. *Weinm. Ross. p.* 346. Ad truncos arborum frond. ubique. Forma ludit, locis cryptis pallet, sed carne gelatinoso-cartilaginea mox dignoscitur. Hoc vero capite valde recedit

* M. SPONGIOSUS, pileo spongioso hirto. *Fr. El p.* 57. *Weinm. l. c.* at reliqua ad unguem congruunt.

4. M. PETROPOLITANUS, resupinatus, *stuppeo-mollis*, tenuis, dein reflexus villoso-rugosus, e fulvo expallens, *hymenio* plicato sinuoso-poroso *fulvo. Fr. — Weinm. Ross. p.* 348. Ad ramos Alni Petropoli. Valde insignis, scalari-imbricatus, breve reflexus; hymenio in siccis subcinnamomeo.

5. M. CORIUM, resupinato-effusus, *mollis, subpapyraceus*, ambitu demum libero reflexo, subtus villosus albus, *hymenio* reticulato-poroso *carneo* l. alutaceo-pallescente. *Fr. El. p.* 58. cum syn. *Grev. Scot. t.* 147. *Montagn. in Ann. Sc. Nat.* 1836. Auricul. papyrina. *Bull t.* 402. *Sowerb. t.* 349. Bol. purpurasc. *Decand.* Ad truncos et ramos arborum frondos., etiam Scaniae. Eximius, forma et colore varius, nunc brevis reflexus, nunc late expansus. A *M. serpente* nostro certe differt; potius cum *M. molluсco* confundi posset.

6. M. NIVEUS, effusus, membranaceus, mollis, *glaber*, *niveus*, centro adnatus, ceterum undique liber, in ambitu subcrenatus, hymenio plicis rugaeformibus subreticulato. *Sommerf! Lapp. p.* 268. (M. serpens.) *Fr. El. p.* 59. *Weinm. Ross. p.* 347. Ad ramos Alni putridos in region. arcticis. Ut reliqui valde insignis.

M. violaceus *Pers. M. E.* 2. *p.* 21, sec. spec. Montagnei, ad Auriculariam mesentericam spectat.

** *resupinato-effusi, byssino-membranacei, secedentes subtus et in ambitu byssini.*

7. M. AUREUS, effusus, tenuis, membranaceus, adhaerens, *aureus*, *ambitu tenui villoso concolori*, hymenio plicato-poroso gyroso-crispo. *El p.* 62. M. vastator. *S. M p.* 329. non Tode. *Sommerf. Lapp. p.* 269. Ad ligna pinea in pineto-montanis. Minor, saepe immersus.

8. M. HIMANTIOIDES, effusus, bombycinus, mollissimus, *subtus fibroso-sericeus lilacinus*, ambitu byssino, plicis e poroso gyrosis e sordide luteo subolivaceis. *S. M. p.* 329. *Montag. Ann. Sc. Nat.* 1836 *n.* 45. *Pers. M. E. n.* 5, 13. *t.* 14. *f.* 3, 4. mala. Ad ligna pinea in silvis montanis. Similis *M. lacrymante*; sed tenuior, nec pulverulentus. *B. arboreus* Sowerb. t. 346. huc forte pertinet.

9. M. MOLLUSCUS, effusus, tenuis, mollis, membranaceus, *margine byssino albo*, *plicis* poroso-gyrosis *carneis*. *S. M. p* 270. *Sommerf. Lapp. p.* 270. *Weinm. Ross. p.* 350. *Pers. M. E. n.* 4, 9. *t.* 14. *f.* 1, 2; sed, ut reliquae hujus generis, ad sicc. coloratus, ut aegre agnoscatur. Cum praecedd. Variat pileo breviter reflexo et tum hymenio non reticulato, sed primitus gyroso-dentato et loco a *M. Corio* distinguendus.

10. M. FUGAX, byssinus, dein membran. *tenerrimus*, secedens, *lacteus*, plicis reticulatis, collapsis rugas vagas sistentibus. *S. M. p.* 328. *El. p.* 328. *Fl. Dan. t.* 2027. *f.* 2. infima. *Secr.* 2. *p.* 277. M. interplicatus. *Lasch.* var. Cum prioribus. Fugax.

*** *crustoso-adnati, in ambitu subbyssini.*

11. M. PORINOIDES, crustaceo-adnatus, tenuis, ambitu byssino albo, *plicis* poriformibus distantibus *flavo-sordidis*. *S. M. p.* 329 *Pers. M. E. n.* 11, 14. *t.* 14. *f.* 7. male. Ad ligna et cortices abiegnos. Quoad hymenium praecedentes magis refert quam sqq., typum *M. tremellosi* sequentes.

12. M. RUFUS, crustaceo-adnatus, glaber, *carneo-ruber, ambitu subnudo, hymenioque aequaliter poroso* concolori. *Pers. M. E. n.* 8, 12. *t.* 16. *f.* 1, 2. *S. M. p.* 327. Ad truncos arborum frondosarum. Habitus Polypori, ligno carioso saepe immersus.

13. M. SERPENS, *crustaceo-adnatus*, tenuis, glabrescens, *e pallido rubescens*, ambitu byssino albo, plicis primo rugaeformibus dein porosis angulatis integris. *S. M. p.* 63. *Pers. M. E. n.* 7, 15. *Weinm. p.* 351. Ad ligna putrida Pini. Nomen ad varias species translatum, sed planta a reliquis distinctissima.

14. M. CRISPATUS, crustaceo-adnatus, *albidus*, ambitu similari, *plicis* poroso-sinuosis crispatis *subglaucescentibus*. *Fl. Dan t.* 716. *f.* 2. *S. M. p.* 328. *El. p.* 63. Ad ligna alnea. Passim obsolete viret. Rarus, sed eximius, *Canth. crispato* affinis.

II. CONIOPHORI. Hymenium e sporidiis ferrugineis pulverulentum. *Omnes destruentes.*

15. M. LACRYMANS, grandis, *spongioso-carnosus*, *uvidus*, *flavoferrugineus*, subtus araneoso-velutinus, margine tumido tomentoso albo, plicis amplis porosis gyrosoque-dentatis. *S. M. p.* 326. *El. p.* 59. cum syn. *Weinm. Ross. p.* 349. *Fl. Dan. t.* 2026. *Krombh t.* 46. *f.* 1—2. *Sow. t.* 113. — *Wulf. in Jacq. Coll. t.* 8. *f.* 2. M. vastator. *Tode.* M. destruens. *Pers.* Ad ligna putrida, praecipue domestica, quae ut sqq, destruit, sed in optimo vigore guttas aqueas plorat. Vulgo placentaeformis, sed etiam effuso-reflexus, immo e media placenta surgunt tubercula caulescentia pileolos proferentes. Hymenium maxime mutatur, interdum Hydnoideum. Huic optime respondet *S. cellare* Pers.

16. M. PULVERULENTUS, latissimus, *membranaceus*, *laevigatus*, *zonatus*, *aridus*, subtus araneoso-velutinus, e centro versus ambitum sensim exoletus, *plicis marginalibus* subreticulatis fulventibus. *Fr. El. p.* 60. Coniophora membran. *Dec.* sec. *Pers.! M. E. p.* 133. Auric. pulverulenta. *Sow. t.* 214. Ad parietes humidos. Multicolor, praecedenti tam affinis, ut, nisi alii genere distinxissent, utrumque conjungerem; prior enim sterilis, locis suffocatis, membranam Himantioideam quoque exhibet. Singularis hymenio sensim centrifugo.

17. M. BRASSICAEFOLIUS, effusus, membranaceus, *costis rhizomorphoideis percursus*, undulatus, hymenio tremelloso centro poroso-sinuato. *Schwein.! Car. n.* 841. *Fr. El. p.* 60.

Ad ligna domestica Americae. aeque destruens ut n. 15, ad 3 ulnas expansus. Siccus olivaceo-fuscus.

18. M. SQUALIDUS, effusus, membran., *tener*, *laevis*, *incarnato-hyalinus*, demum subolivaceus, *ambitu membranaceo albo*, plicis sinuoso-porosis. *Fr. El. p.* 62. *Weinm. Ross. p.* 349. Ad asseres, aquaeductus obtegentes. Pedalis, sed vage effusus, subtus adpresse fibrillosus.

19. M. PAPYRACEUS, effusus, *papyraceus*, *tenax*, *siccus*, *glaber*, umbrino-ferrugineus, in ambitu dilutior, plicis in poros dilatatos aequales reticulatis. *El. p.* 61. In truncis Helvetiae. Etiam subtus glaber.

20. M. UMBRINUS, membranaceus, mollis, determinatus, *in ambitu nudus undique revolutus*, plicis continuis gyroso-porosis umbrinis. *Fr. El. p.* 61. In truncis abiegnis carie consumtis. Admodum insignis. — *Xylomyz. taxicola* Pers. M. E. 2. p. 32. t. 14. f. 5, 6. inter hunc et praecedentem ambigua, ad siccum facta, vix agnosci potest.

## XXX. POROTHELIUM (Fries Obs. 2. p. 272).

**Fungus totus e mycelio contextus, resupinato-expansus, submembranaceus, e quo prominent *papillae, primitus distinctae, mox poroso-apertae*, demum elongatae tubulosae. Asci tenues, quo praecipue a Pezizis Tapesiis differt.** *Genus a praecedd. distinctissimum, cum* FISTULINA *multis rationibus analogum.*

1. P. FIMBRIATUM, effusum, membranaceum, tenax, candidum, *ambitu laciniis teretibus fimbriato*, pororum verrucis hemisphaericis superficialibus primitus et in ambitu distinctis, dein medio confluentibus. *S. M. p.* 506. c. syn. B. fimbriat. *Pers.* B. byssinus. *Schrad.* junior ex Pers. l. sequens; non liquet. *Sow. t.* 387. *f.* 1. hujus statum primordialem sterilem sistit. Ad ligna Fagi mucida, haud raro. Membrana separabilis, tenax. Pori demum confluentes, elongati et irregulares pariete duplici discreto a Polyporis differunt.

2. P. LACERUM, effusum, membranaceum, tenax, niveum, *ambitu floccoso-byssino*, pororum verrucis distinctis, dein poro pertusis demumque abeuntibus in tubulos cylindricos distortos. *Fr. Obs. l. c.* Boletus Pezizoid. *Schwein.! Car. n.* 943. Unica vice in Suecia legi (quare a sq. in S. M. separare non ausus sum), sed exacte idem ex America boreali a Schweinizio recepi. Proximis medium et praeced. magis affine.

3. P. SUBTILE, irregulariter effusum, membranaceum, niveum, *ambitu aequali nudo*, pororum *verrucis* distinctis, demum elongatis *cylindricis* obliquis subrufescentibus. *S. M. l. c.* Bol. subtilis. *Schrad. sp. t. 3. f. 3. Nees Syst. f.* 224. *Alb. Schwein. p.* 259. Ad cortices; ad Juniperi semel a me lectum. Siccitate rigescit, subfragile.

4. P. FRIESII, effusum, confluens, *flocculoso-membranaceum*, album, subalutaceum, ambitu simplici, pororum *verrucis immersis* lutescentibus, demum urceolato-apertis. *Montagn. in Ann. Sc. Nat.* 1836. *Jun. n.* 39. Ad ramos dejectos in Ardennis. Ad Pezizas transitum sistit.

Vidi quoque speciem lilacinam. Cfr. *Schwein. Car. n.* 942. (hujus vero spec. missum erat Polyp. purpur.) et *Secr. n.* 117.

**Ord. III. HYDNEI.** (S. O. V.) Hymenium inferum amphigeneumve, primitus *effiguratum et definite protuberans*, at vario modo: in aculeos, dentes, tubercula, cristas, papillas persistentes etc. (nec ut in analogis Polyporeis poroso-impressum). *Major pars effusa, hinc tam Agaricinis vulgo centralibus; quam Polyporeis centro dimidiato inferiores.* — Male inter praecedd. intruduntur; cum *Auricularinis* confluentes et cum *Pyrenomycetibus* adest multiplex analogia.

**XXXI. FISTULINA** (Bull. Champ. p. 314). Hymenium inferum, primitus verrucosum, dein protrudens *tubulos cylindricos pervios* inter se discretos. *Fungi subcarnosi, epixyli*, inter Polyporeos et Hydneos medii, sed ob hymenium protuberans, tubulos (s. subulas pervias) discretos, extus ascorum rudimentis flocciformibus obsessos, potius Hydneum.

1. F. HEPATICA, carnoso-succosa, *arrhiza*, pileo indiviso sanguineo, tubulis luteis. *S. M. p.* 396. cum syn. ampl. *Schaeff. t.* 116—120. *Sowerb. t.* 58. *Fl. Dan. t.* 1039. *Schmalz Prosp. t.* 1. *Grev. Scot. t.* 270. *Lenz. f.* 40. *Krombh. t.* 44. *Vittad. t.* 36. *Paul. t.* 12 etc. ubique picta. Ad truncos Quercus etc. Sessilis l. in stipitem lateralem producta, *esculenta*.

2. F. RADICATA, carnoso-coriacea, pileo lobato subramoso spadiceo, stipite in *radicem longissimam* attenuato, tubu-

lis badiis. *Fr. El. p.* 128. Bolet. *Schwein.! Car. n.* 945. In America boreal. ad Castaneas cariosas.

XXXII. HYDNUM. (Linn. — S. M. p. 397). Hymenium inferum, *aculeatum*, aculeis subulatis compressisve basi discretis. *Genus centrale, varium, Polyporis respondens. Aculei primitus papillaeformes; asci vulgo perfecti, sed haud raro in infimis abortivi.* [In *Myc. Eur.* omnia nomina *notissima* mutantur!]

I. MESOPUS. Integra, simplicia, stipite centrali. *Terrestr.*

1. CARNOSA. Pileus carnosus, subfragilis. *Edulia.*

* *aculeis decolorantibus.*

1. H. IMBRICATUM, pileo carnoso planiusculo subumbilicato *tessulato-squamoso flocceso* azono *umbrino*, stipite curto laevi, aculeis decurrentibus albo-cinereis. *Linn.* — *S. M p.* 398. c. syn. *Schaeff. t.* 140. *Fl. Dan. t.* 176, 1500. *Krombh. t.* 49. *Lenz f* 50. *Grev. Scot. t.* 71. H. cervinum. *Pers. M. E.* In pinetis montanis et borealibus copiose. Caro sordide alba. Duplex forma: altera pileo plano squamis crassis persistentibus; altera pileo infundibuliformi squamis rarioribus demum secedentibus.

2. H. SQUAMOSUM, pileo carnoso irregulari depresso *glabro in squamas irregulares diffracto*, *rufo-fusco*, stipite curto deorsum attenuato, aculeis griseo-fuscis apice albidis. *Schaeff. t.* 273. H. foetidum *Secr. n.* 3. (sed nostrum vix foetet). H. leucopus *Pers. M. E.* In pinetis raro. Minus, rigens, carne crassa albida.

3. H. SUBSQUAMOSUM, pileo carnoso convexo-plano subumbilicato *ferrugineo fusco*, *squamis superficialibus secedentibus fuscis tigrino*, stipite valido inaequali fuscescentibus apice albidis. *Batsch f.* 43. *S. M. p.* 399. *Paul. t.* 33. *f.* 1. *Secr. n.* 2. H. badium *Pers. M. E t.* 21. Cum praecedd. at rarius. Caro firma albo-lutescens. — *Bull. t.* 409, habitu sq., ex Auctore suberosum! potissimum *H. ferrugineo* subscribendum.

4. H. SCABROSUM, pileo carnoso plano *tomentoso dein floccis fasciculatis squamuloso badio-fusco*, stipite curto deorsum attenuato *punctato* ex aculeis decurrentibus griseo fuscis, apice albidis. *Fr. Fung. esc. p.* 62. Var. videtur *Schaeff. t.* 271. In pinetis montanis raro. Stipes unciam cr.

et longus, aequalis, basi nigrescens. Pileus compactus, repandus, subtus valde convexus. Caro crassissima, alba. Aculei 4 lin. l.

5. H. LAEVIGATUM, pileo carnoso molli subrepando *contiguo e pubescenti laevigato rugulosove*, *fusco-cinereo*, stipite firmo inaequali laevi, aculeis ex albo cinereis. *Swartz.* — *S. M. p.* 399. c. syn. *Bergeret pyr. c. ic. Paul. t.* 34. *Mich. t.* 72. *f.* 1. H. bubalinum *Pers. M. E.* In pinetis boreal. et alpinis. Stipes saepe elongatus. Pileus pedalis usque, sed saepe minor, prioris tenuior et mollior, quare numquam squamosus. Caro albida. Multiformis.

* H. GRACILE, pileo stipiteque elongato tenuibus, aculeis gracilibus cano-rufescentibus. *S. M. p.* 400. H. canum. *Schwein. Car. n.* 974. Cum priori, raro. Forte vera species.

6. H. INFUNDIBULUM, pileo *carnoso-fibroso lento* infundibuliformi inaequali *laevi spadiceo*, stipite inaequali toruloso basi attenuato, aculeis aequalibus decurrentibus ex albo badiis. *Swartz* — *Sv. Bot. t.* 492. *S. M. p.* 401. H. fusipes *Pers. M. E. t.* 20. *f.* 4—6. In pinetis. Statura variat, sed substantia a prioribus mox differt.

** *aculeis immutabilibus*, *unicoloribus*, *albidis.*

7. H. CANDIDUM, pileo carnoso-*gelatinoso* convexo-plano *candido*, *primitus pruinato*, stipite tuberoso albo, aculeis brevibus hyalinis. *Schmidt Myc. Heft.* 1. *p.* 89. *S. M. p.* 400. In fagetis rariss. Non cum *H. albo* Pers., quod sequ. forma, commutetur. Cfr. *S. M. p.* 400.

8. H. REPANDUM, pileo carnoso compacto subrepando *glabrello stipiteque* difformi *pallidis*, aculeis inaequalibus concoloribus. *Linn.* — *S. M. p.* 400. c. syn. *Fl. Dan. t.* 310. *Sowerb. t.* 176. *Schaeff. t.* 318. *Krombh. t.* 50. *f.* 1—9. *Vittad. Mang. t.* 25. *f.* 2. *Paul. t.* 35. H. vulgare *Pers.* In silvis ubique. Albidum, lutescens l. subincarnatum. Pileus etiam flocculoso-pruinatus.

9. H. RUFESCENS, pileo carnoso subtenui inaequali *pubescente rufescente*, stipite subaequali aculeisque regularibus concoloribus. *Schaeff. t.* 141 *S. M. p.* 402. *Secr. n.* 5. *Bolt. t.* 89. Cum priori, etiam repandum varians, facile distinctum, licet subspecies modo sit. Caro utriusque immutabilis.

10. H. FULIGINEO-ALBUM, pileo carnoso tenui repando inaequabili *fuscescenti-rubello*, *disco squamuloso*, *stipite* firmo *squamuloso* cinerascente, aculeis brevibus albo-rufescentibus.

*Schmidt l. c. p.* 88. *S. M. p.* 400. In pinetis; etiam Upsaliae, at raro, legi. Valde distinctum. Stipes aequalis, 2—3 unc. l., apice ex aculeis abortivis punctatus. Pileus valde difformis, 4 unc. l., rubellus l. fuscescenti-incarnatus disco colliculoso-scrobiculato, ceterum laevis, sed facile flocculoso-lacerus cum aculeis fragillimus. *Caro* ex albo *fracta carnea.*

11. H. POLITUM, pileo carnoso plano-depresso firmo repando *glabro nitido stipiteque* firmo tuberoso curto laevi *ferrugineis*, aculeis aequalibus albis. *Fries esc. l. c.* In Smolandiae pinetis. Valde nobilis. Stipes uncialis, difformis; sed glaber, nitidus. Pileus 2—4 unc. latus, laevis. Aculei circulum nudum circa stipitem relinquunt! Caro alba.

12. H. VIOLASCENS, pileo carnoso-fibroso repando *tomentoso sordide violaceo*, stipite valido tuberoso inaequali aculeisque aequalibus albis. *Alb. Schwein. p.* 265. *S. M. p.* 401. *Weinm. p.* 353. H. coeruleum *Thore. — Paul. t.* 35. bis, icon! non descr. In pinetis raro. Stipes variat pileo concolor.

2. LIGNOSA, pileo suberoso coriaceove.

* *aculeis decolorantibus sporidiisque subfuscis.*

13. H. SUAVEOLENS, pileo suberoso molli tomentoso *coeruleo-albido, intus albo coeruleoque variegato*, stipite brevi subtomentoso coeruleo, aculeis violaceis. *Scop. — S. M. p.* 402. c. syn. *Weinm. p.* 354. *Secr. n.* 10. In pinetis sat frequ. *Odore aniseo* fragranti mox distinctum.

* H. COERULEUM, obconium, stipite fusco. *Fl. Dan. t.* 1374. Praeced. simillimum, sed firmius, fere inodorum et n. 16. propius. Semel vivum legi; in alpinis Norvegiae, ex Sommerf., copiosum.

14. H. FRAGEOLENS, pileo spongioso-suberoso velutino inaequabili *viridi-lateritio, dein fusco*, stipite brevissimo aculeisque aequalibus fuscis. *Brot. Lus. p.* 470. *Phyt.* 1. *t.* 35. *S. M. p.* 402. H. elaeosma. *Pers. M. E.* In Lusitania. Odor fracium. *Non vidi.*

15. H. COMPACTUM, pileo suberoso compacto, confluendo undulato-tuberculoso azono *olivaceo-cinereo fuscove*, tomento albido vulgo obvoluto, *intus coeruleo-variegato*, stipite brevissimo difformi fulvo-fuscescente, aculeis fuscescentibus apice pallidis. *S. M. p.* 402. c. syn. *Weinm. Ross. p.* 355. *Krombh. t.* 50. *f.* 12. *Batsch. f.* 221. ex ic. H. pulvinat. *Secr. n.* 7. omnino. Praecipue in ericetis, sub Betulis, etiam in pinastretis. Tomentum album pileum incrustans hoc et sq.

ceterum clara vulgo confundit. Bona icon non exstat, licet *H. floriforme* Schaeff. e meliori parte hoc.

16. H. AURANTIACUM, pileo suberoso compacto turbinato-dilatato *colliculoso azono aurantiaco*, tomento albido saepe obducto, *intus zonato* stipiteque brevi aurantiis, aculeis ex albido fuscescentibus. *Alb. et Schwein. p.* 265. *S. M. p.* 403. c. syn. *Fl. Dan t.* 1439. — *Batsch f.* 222. male. H. floriforme *Secr. n.* 6. In pinetis sat frequens. Inodorum, firmum.

17. H. FERRUGINEUM, pileo spongioso-suberoso molli *primo* tomento albido in scrobibus *guttas sanguineas sudante* obtecto, *dein* laeviori *intusque ferrugineo*, stipite inaequali aculeisque fusco-ferrugineis. *S. M. p.* 403. *El. p.* 131. c. syn. *Wahl. Suec. n.* 2024. *Weinm. Ross. p* 355. *Krombh. t.* 50. *f.* 10, 11. *Bull. t.* 409. var. H. carbunculus *Secr. n.* 9. In pinetis. Interdum perennat et stratose reviviscit. — *H. striatum* Schaeff. t. 271. ex habitu figurae hujus regionis, sed carnosum dicitur, pileus striatus, [i. e. fibrosus] aculei secedentes, ut *H. scabrosum* credam.

18. H. SPADICEUM, pileo suberoso subdepresso *laevi brunneo, tomento molli velutino*, stipite brevissimo tuberoso concolori, aculeis *inaequalibus* fuscis apice lutescentibus. *Pers. ic. et descr. p* 34. *t.* 9 *f.* 1. (Sistotr. spadic. *M. E.* et Daedal. spadicea *S. M.* ex hoc cum *Polyp. Schweinizii* confuso originem ducunt). *Alb. et Schwein. p.* 267. In pinetis rarissimum. Aculei semitubulosi et compressi etiam in *H. repando* occurrunt; a Polyporis laceris i. e. Sistotrematibus P. admodum differt. Ex America boreali *Schwein.*

** *aculeis decolor. sporidiisque ferruginascentibus.*

19. H. CINEREUM, pileo suberoso-coriaceo repando villoso-colliculoso, demum infundibuliformi ferruginascente, *margine* tenui *aculeisque* aequalibus *albo-cinerascentibus*, stipite crasso ventricoso intus ferrugineo. *Bull. t* 419. *S. M. p.* 404. *Krombh. t.* 50. *f.* 13, 14. *Secr. n.* 8. In Eur. austr. E Gallia miserunt *Levieux* et *Delastre.* Colore ferruginascente, etiam aculeorum, sed in cinereum vergente, facile distinctum.

20. H. VELUTINUM, testaceo-ferrugineum, pileo suberoso-coriaceo *laevi velutino* azono *e convexo* demum infundibuliformi margine primo albicante, *stipite firmo subtomentoso* inaequali, aculeis aequalibus. *S. M. p.* 404. *Mich. gen. t.* 72. *f.* 4. H. hybridum. *Bull. t* 453. omnino hoc! In pinetis. Odor subfarinaceus. Sq majus, intus azonum, longitudinaliter striatum; at valde affine.

21. H. SCROBICULATUM, ferrugineum, pileo suberoso-coriaceo *e clavato plano-infundibuliformi* pubescente, *disco scrobiculato squamoso intus zonato*, stipite brevissimo nudo radicato, aculeis brevissimis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 143. *Secr. n.* 17. *Weinm. Ross. p.* 356. *n.* 8. *Mich. gen. t.* 72. *f.* 7. H. cyathiforme. *Bull. t.* 156. — var. a. *S. M. p.* 405. non Alior. In pinetis montanis. Ambigit inter prius et sq.; ab hoc differt pilei disco subsuberoso, margine abrupte tenui crispo fertili, stipite etc.; ab illo statura, pileo inaequabili; ab utroque pileo primo clavato (Bull. l. c. f. A. minor).

22. H. ZONATUM, ferruginascens, pileo *aequaliter coriaceo* tenui expanso subinfundibuliformi *zonato glabrato radiato-rugoso*, margine pallidiori subtus sterili, stipite gracili subaequali floccoso basi tuberosa, aculeis gracilibus e pallido concoloribus. *Batsch f.* 224. *Nees S. f.* 242. H. cyathiforme b. *S. M. p.* 405. c. syn.! *Secr. n.* 16. H. concresc. *Pers.* In quercetis regionum camp. Praeced. valde simile, sed vix umquam in eadem regione occurrunt.

23. H. CONNATUM, pileo coriaceo infundibuliformi *sericeo zonis discoloribus fasciato*, *stipite* tenui *nitenti-glabro fusco-nigro*, aculeis tenuibus carneo-ochraceis. *Schultz! Starg. p.* 491. *S. M. p.* 405. H. variecolor. *Secr. n.* 18. In pinetis. Coloribus nitidis pilei demum spadicei facile dignoscitur. Discus var. tuberculosus.

24. H. PROLIFERUM, *subsessile*, basi scutato-dilatata adnatum, pileo integro orbiculari coriaceo *azono velutino ligneo-pallido*, *disco umbilicato tuberculoso-prolifero*, aculeis confertis gracilibus fuscescentibus ad basin decurrentibus. *Fung. Guin. f.* 28. Ad ligna sicca Guineae. Reliquis haud affine, ½ unc. altum, sed pil. unc. latus. Color sordide pallens.

*** *aculeis immutab. et sporidiis albidis.*

25. H. NIGRUM, pileo *suberoso-rigido* tomentoso *azono coeruleo-nigro*, intus stipiteque valido atris, margine aculeisque albis. *S. M. p.* 404. *Mich. t.* 72. *f.* 5. *Secr. n.* 13. *Weinm. Ross. p.* 356. — b. pileo olivaceo-cinereo. *Batsch f.* 223. H. pullum. *Swartz. Secr. n.* 15. H. cinereum. *Pers. M. E.* In pinetis, ubi a. jove pluvio, ibidem b. jove sicco legi. Inodorum, lignosum.

26. H. GRAVEOLENS, pileo coriaceo tenui *molli* azono rugoso nigro-fusco, intus fusco, margine albicante, stipite gracili, *aculeis* curtis *griseis*. *Delast.! in litt.* (primus inventor!)

H. leptopus γ. *Pers. M. E.* 2. *p* 171. H. fuscum foetens. *Secr. n.* 14. In silvis Eur. austral. Substantia molliori, tenui et *odore* fere Meliloti a proximis eximie differt. Pileus siccus cinerascit.

27. H. MELALEUCUM, pileo coriaceo tenui rigido irregulari striato *stipiteque* gracili *glabro nigris, disco colliculoso*, margine aculeisque albis. *S. M. p.* 406. c. syn. *Weinm. Ross. p.* 358. *Secr. n.* 11. — *Schaeff. t.* 272. In pinetis. Inodorum, pil. plano.

28. H. TOMENTOSUM, pileo coriaceo tenui plano-infundibuliforme zonato *stipiteque* gracili *dilute cinereis, disco tomentoso*, margine aculeisque albis. *Linn* — *S. M. p.* 405. *Schaeff. t.* 139. *Fl. Dan. t.* 1020. *f.* 2. *Weinm. p.* 357. *Secr. n.* 12. In pinetis vulgatius. — Simillimum, sed pileo fusco azono glabro e Porto-Ricci habeo.

29 H. CANDICANS, pileo coriaceo molli plano-infundibuliformi azono e villoso glabrato *lacteo, stipite* sursum incrassato glabro aculeisque *concoloribus Krombh. t.* 5. *f.* 12. Locis humidis in pinetis. Subspecies forte praecedentis, sed habitus admodum diversus. Pileus subexcentricus.

3. MEMBRANACEA, pileo membranaceo.

30. H. PUSILLUM, *album*, pileo membran. fragili obliquo infundibuliformi laevi glabro, *stipite excentrico gracili flexuoso*, aculeis gracilibus. *Brot. Lus.* 2. *p.* 470. *S. M. p.* 407. — *Paul. t.* 35. *f.* 4. Ad terram Europ. occidentali-merid. Simplex l. fasciculare, minimum, sed firmulum.

II. PLEUROPUS. Subdimidiata, stipite laterali. Cfr. n. 45.

31. H. ORIENTALE, *candidum*, pileo compacto dimidiato plano laevi, stipite brevi crasso, aculeis tenuibus. *S. M. p.* 407. H. Auriscalp. *Lour.* In Cochinchina. Magnum.

32. H. OCCIDENTALE, pileo dimidiato carnoso-lento undulato rugoso azono alutaceo, stipite crassissimo amplo lacunoso albido, aculeis gracilibus fusco-nigris. — *Paul. t.* 32. *f.* 1—2. Ad basin truncorum Galliae occid. Magnum, e Pauletio noxium.

33. H. ADUSTUM, pileo integro dimidiato carnoso-lento reniformi *velutino lutescenti-pallido*, circa marginem nigrescentem *fusco-zonato*, stipite curto tomentoso concolori, aculeis nigrescentibus. *Schwein.! Car. n.* 977. *t.* 2. *f.* 7—9. *Fr. El. p.* 132. Ad ramos dejectos Americae boreal. fr. Praecedenti affine, at longe minus. Ex ic. stipes cavus.

34. H. Auriscalpium, pileo dimidiato coriaceo reniformi *hirto spadiceo-nigricante*, stipite gracili radicato hirto concolori, aculeis tenacibus spadiceis. *Linn.* — *S. M. p.* 406. cum syn. *Schaeff. t.* 143. *Fl. Dan. t.* 1020. *f.* 1. *Grev. Scot. t.* 196 *Krombh. t.* 50. *f.* 15—17. Ad conos Pini, ubique. Perenne, minus, lobis circumscriptis connatis centrale quoque fit.

III. MERISMA. Ramosissimum l. tuberculiforme immarginatum, aculeis perpendiculari-pendulis.

* *ramosissima palmatave.*

35. H. umbellatum, ramosissimum, *pileolis umbilicatis* infundibuliformibusque cinerascentibus, stipite crasso lento albo-lutescente dichotomo, aculeis confertis elongatis. H. ramosiss. *Marchand in Bidr. Nat. Vet.* In fagetis umbrosis Luxenburg. *Non vidi*, sed *Polyp. umbellato* valde analogum. Solitarium, 10—12 pollic. Stipes communis irregulariter compressus l. angulatus, ramis erectis albidioribus. Pileolorum margo sinuato crenatus, postea recurvus.

36. H. Coralloides, ramosissimum, *candidum*, demum lutescens, *totum solutum in ramos* attenuatos *intricatos*, aculeis unilateralibus subulatis integris. *Scop.* — *S. M. p.* 408. cum syn. ampl. *Schaeff t.* 142. *Sowerb. t.* 252. *Lenz f.* 53. *Krombh. t.* 51. *f.* 4—7. Ad ligna putrida fr., etiam in insula Juan Fernandez. Speciosum, esculentum.

37. H. Clathroides, ramosissimum, *cinereum*, *totum solutum in ramos* attenuatos, *anastomosantes*, aculeis unilateralibus filiformibus tenuibus. *Pall. Reiss.* 2. *t. k. f.* 3. *S. M. p.* 409. *Weinm. Ross. p.* 361. In Siberia, ad Pini truncos. *Non vidi.*

38. H. ramosum, ramosum, *pallidum*, totum solutum in ramos laxos incurvos distinctos, *aculeis* longissimis rectis *serratis*. *Schwein.! Car. n.* 996. In America boreali. Minus.

39. H. palmatum, pusillum, *inciso-palmatum*, *flavo-fuscum*, apice multifidum, superne glabrum substriatum, aculeis criniformibus longissimis fulvis. *Hook. in Kunth. Syn. p.* 11. In truncis putridis ad flumen Magdalenae, regione calidiss. Sessile, pileatum, 2 lin. tantum longum, 1 lin. latum, varie profundeque incisum. *Non vidi.*

Hydn. n. 2. *S. M. p.* 408. sistit insignem speciem, inter 38 et 39 inserendam, caespitoso-ramosum, luteolum, pileolis minutis carnosis laevibus. Ad Pados legi.

** *tuberculiformia, immarginata.*

40. H. Erinaceus, carnosum, elastico-tenax, pendulum, tuberculosum, immarginatum, *album, lutescens, superne fibrilloso-lacerum*, aculeis longissimis rectis aequalibus pendulis. *Bull. t.* 34. *S. M. p.* 407. cum syn. *Vittad. t.* 26. *Krombh. t.* 51. *f.* 1—3. Ad truncos Quercus, Fagi. Spectabile, versiforme, perfectissimum cordiforme, saepe cum stipitis lateralis rudimento. Intus quasi ramoso-cancellatum.

41. H. Caput Medusae, carnosum, tuberculiforme, substipitatum, *album dein fuligineo-cinereum, aculeis superne distortis*, fertilibus inferis longis rectis. *Bull. t.* 412. *S. M. p.* 409. c. syn. Ad truncos Galliae maxime occid. rarissime; sed, ut plurimae regionis citatae privae species v. c. *Bolet. parasit.*, frequenter in America; et hinc Hydnum occidentale a H. adusto forte non satis diversum.

42. H. corrugatum, carnosum, compactum, sessile, tuberculiforme confluentive-undulatum immarginatum *villosum album*, aculeis inferis subulatis longis aequalibus. *S. M. p.* 414. *Linn. F. p.* 520. Ad truncos Betulae, Sueciae. Vere legitur adhuc persistens, pileo nigricante, valde corrugatum.

43. H. Ramaria, carnosum, *effusum*, immarginatum, substalactitium, *e luteo purpurascens*, aculeis longissimis pendulis basi ramoso-connatis apiceque subdivisis. *S. M. p.* 410. Ad ligna cariosa rarissime, sed e sede versiforme, absque trunco et pileo reflexo, sed aculei basi connati stromate juncti. Color e pallido demum fere nigrescens. Valde analoga, si diversa, *Batt. t.* 33. *C.*, *Secr. n.* 26.

44. H. minutum, *pusillum*, tuberculiforme, *albido-ochraceum, superne laeve*, aculeis longiusculis inaequalibus deflexis. *Schum.* — *S. M. p.* 412. *Fl. Dan. t.* 1789. *f.* 1. Ad palos abiegnos raro. Lineam vix excedens, *H. fasciculari* accedens.

IV. APUS. Pileus marginatus, dimidiatus, sessilis, raro in stipitem obsoletum porrectus, vulgo effuso-reflexus. *Truncigenae.*

* *pileo gelatinoso.*

45. H. gelatinosum, pileo *gelatinoso tremulo* dimidiato *substipitato papuloso* glauco fuscescente, aculeis mollibus pyramidatis glaucis. *Scop.* — *S. M. p.* 407. c. syn. *Schaeff. t.* 144. *Jacq. Aust. t.* 239. *Fl. Dan. t.* 717. *Krombh. t.* 50. *f.* 18—22. — b. undique aculeatum. *Jacq. Misc.* 1. *t.* 9. Ad truncos abiegnos frequ.

46. H. AURICULATUM, pileis *gelatinoso-cartilagineis* imbricato-concrescentibus sessilibus aurito-difformibus *laevibus* glabris murinis, aculeis teretibus brevibus albis. *Buxb. C.* 1. *t.* 56. *f.* 2. In truncis Pini, raro. Tenuius magis expansum.

** *pileo carnoso molli.*

47. H. CIRRHATUM, pileis carnosis expansis *cirrhoso-fibrillosis pallidis*, *margine fimbriato* incurvo, aculeis longissimis tenacellis aequalibus. *Pers. syn. p.* 558. *S. M. p.* 411. *Fl. Dan. t.* 1789. *f.* 2. *Weinm. Ross. p.* 361. a. Ad truncos. Subimbricatum, ex albido lutescens l. rufescens. Fibrillae sunt aculei abortivi et *H. Erinaceo* est affine.

48. H. DIVERSIDENS, pileo carnoso *substipitato dentibus variis incisis obsito albido*, *margine integro*, aculeis confertis brevibus fragilibus aequalibus. *S. M. p.* 411. *Krombh. t.* 51. *f.* 8—12. (nisi var. prioris). Ad truncos Betulae raro, serotinum. Fragilitate et toto habitu a priori differt.

49. H. BOVEANUM, pileo carnoso molli crasso *subvelutino fuscescente*, *aculeis* subulatis *angulato-compressis* strictis olivaceis apice brunneis pellucidis. *Montagn.! in litt.* Lectum Cahirae ad ligna putrida Palatii Ibrahimi.

50. H. DISCOLOR, pileo carnoso convexo *laevi glabro pallido*, *aculeis* subulatis aequalibus *ferrugineis*. *S. M. l. c.* H. Agaricoid. *Swartz!* Ad truncos Jamaicae. Postice attenuatum, primo fragile, dein lentum.

51. H. LEONINUM, pileo carnoso basi lata adnato *laevi glabro luteo*, *aculeis* subulatis aequalibus *pallidioribus*. *S. M. l. c.* Ad truncos Betulae raro. Primo tuberculiforme, margine obtuso, dein applanatum.

*** *pileis imbricatis*, *vulgo carnoso-lentis tenacibus.*

52. H. SEPTENTRIONALE, carnoso-fibrosum, *lentum*, *pallescens*, *pileis* innumeris planis scalaribus *villoso-inaequabilibus postice in corpus crassum carnosum coalitis*, margine stricto integro, aculeis confertissimis gracilibus aequalibus. *S. M. p.* 414. *Linn. V. p.* 521. cum descr. Ad truncos cariosos Fagi. Maximum Hydnum in orbe, caespitibus capitis usque magnitudine.

* H. HORTENSE, minus, effuso-reflexum, imbricato-concrescens. H. cirrhatum. *β. γ. Weinm. Ross. p.* 362. In truncis vetustis hortorum; Upsaliae in Ulmis cariosis.

53. H. ORBICULATUM, . . . . . . ., imbricatum, pileis conchatis villosis albis, *aculeis* tenuibus *griseis*. *S. M. p.* 412. c. syn. *Mich. t.* 64. *f.* 5. Italia.

54. H. PECTINATUM, . . . . . ., imbricatum, pileis effuso-reflexis hirsutis albis, *aculeis* subulatis *concoloribus*. *S. M. l. c.* cum syn. *Mich. l. c. f.* 4. Italia. Neutrum vidi; substantia ignota. *Micheli* insuper 2 alia, *H. populinum* et *H. ilicinum* (Cfr. S. M. p. 415), sine iconibus notat, a nullo Recentiorum lecta.

**** *pileo suberoso coriaceove.*

55. H. STRIGOSUM, pileo suberoso-coriaceo *rugoso setis strictis hispido* ferrugineo-fusco, aculeis longissimis aequalibus ex albo badiis, siccis cinereis. *Swartz. S. M. p.* 414. *El. p.* 133! *Sommerf. Lapp. p.* 279. *Weinm. Ross. p.* 363. — *Pers. Ic. descr. t.* 14. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 245. haud bonae, ad siccum factae. Ad Betulas, Pados etc. Eur. boreal. passim. *Setosarum* Hexagonarum, Trametum etc. typum hoc tantum exhibet in septentrione.

56. H. HIRTUM, pileo suberoso-coriaceo *subzonato hirto e ferrugineo lutescente*, aculeis brevibus confertis aequalibus concoloribus. *Fr. Ecl.* 2. H. lutescens. *Pers. M. E.* 2. *p.* 174. var. Ad truncos Galliae! Pileus vulgo concentrice sulcatus.

57. H. OLIVACEUM, pileis coriaceis flexuosis *zonatis pilosis umbrinis*, *aculeis spathulatis* distinctis olivaceis. *Fr. El. p.* 134. Sistotr. *Schwein.! Car. n.* 952. In Andromeda arborea Carolinae. Tenue, saepe effusum.

58. H. RHOIS, pileo coriaceo semiorbiculari *hirsuto zonato albido*, aculeis longis subdifformibus compressis ochraceis. *Schwein.! Car. n.* 978. *Fr. El. l. c.* Cum priori in Rhoë radicante.

59. H. BARBIRUSSA, pileo coriaceo reniformi *velutino azono albo*, *aculeis difformibus* acutis subcompressis pallescentibus. *Kunz.! apud. Fr. Linn. V. p.* 521. Ad truncos Maderae.

60. H. PUDORINUM, pileis coriaceis effuso-reflexis *azonis villosis albis*, *aculeis* confertis curtis *aequalibus rubicundis*. *Fr. El. p.* 133. *Weinm. Ross. p.* 363. H. dichroum. *Pers. M. E.* 2. *p.* 213. Ad ramos Alni et Betulae in septentrione, sed etiam Quercus Galliae sec. spec. a *Delastre!* Irregulare, concrescens.

61. H. OCHRACEUM, pileis effuso-reflexis coriaceis tenuibus *zonatis ochraceis*, *aculeis minimis* ochraceo-carneis. *Pers. syn p.* 559. *S. M. p.* 414. c. syn. — *Sowerb. t.* 15. Ad truncos Pini. Pusillum, interdum totum resupinatum, a quo saltim non recedunt *H. microdon* Pers. et *Secr. n.* 25.

62. H. DELICATULUM, pileo effuso-reflexo coriaceo tenui, *margine reflexo angusto lutescente, pagina fertili albescente*, aculeis tenuissimis regularibus distantibus fulvis *punctata. Klotzsch! in litt.* Ad truncos Indiae oriental. Habitus Sterei, a priorum valde diversus.

***** *pileo membranaceo.*

63. H. RAWAKENSE, pileo *subpapyraceo* glabro zonato lutescente, *aculeis* subulatis confertis *spadiceis. Pers. in Freyc. Voy.* In insula Rawak. Unciale. A ceteris bene diversum, sec. examen Montagnei.

64. H. PAPYRACEUM, *niveum, pileo membranac. effuso* dein inflexo laevi, aculeis acicularibus simplicibus multifidis. *Wulf. — S. M. p.* 413. Ad ramos dejectos. *Siccum* vidi et bona species, *H. mucido* vere affine.

H. minimum *Bolt. t.* 71. Lycogala exsiccata!

V. RESUPINATUS. Pileus nullus. *Fungi absolute resupinati, e situ aculeis rectis obliquisve varii.*

* *aculeis fuscis, ferrugineis.*

65. H. SQUALINUM, subiculo *coriaceo firmo* adnato ligneo-pallescente, *aculeis* confertis longis *validis compressis* integris demum fuscescentibus. *S. M. p.* 420. *El. p.* 139. *Raji Syn. t.* 1. *f.* 5. bene. Bol. obliquus. *Bolt. t.* 74. e descr. Et ut hujus varr. consideranda: H. fuscescens. *Schwein. Car. n.* 961. (lutescens). Sistotr. taurinum. *Pers. M. E.* 2. *p.* 191. S. fagineum *Secr.* 2. *p.* 503. Ad truncos, praecipue Fagi. Majus, ceteris firmius, e villoso glabrescens, statura et colore varium, abnorme ut dentibus passim connatis Irpici et Radulo simul affine. [Cfr. *Bull. t.* 442. *f. G.*]

66. H. FUSCOATRUM, subiculo *crustaceo* tenui primo glauco flocculoso-pruinoso, dein glabro ferrugineo-fusco, *aculeis brevibus conico-subulatis acutis* e cervino nigricantibus. *S. M. p.* 416. *Weinm. Ross. p.* 304. Ad ligna putrida Betulae, Fagi, Alni etc. Var. *castaneum*, subiculo villoso, aculeis longioribus — in Populo. Junius subrotundum, dein late confluens.

67. H. MEMBRANACEUM, subiculo effuso *ceraceo-membran.* adglutinato *glabro fulvo-ferrugineo*, aculeis subulatis confertis aequalibus acutis concoloribus. *Bull. t.* 481. *f.* 1. *S. M. p.* 415. *El. p.* 135. *Sowerb. t.* 327. *Secr. n.* 32. *Weinm. p.* 364. Ad ligna putrida, praec. Quercus. Variat lutescens et tenuius. Cfr. *El. l. c.*

68. H. Weinmanni, subiculo effuso ceraceo-membran. *adglutinato glabro cervino-griseo*, aculeis minutis acutis subdistantibus aequalibus. *Fr. El. p.* 136. *Weinm. Ross. p.* 365. *Pers. M. E. t.* 22. *f.* 2. ad sicc. haud bene. Ad ramos dejectos Populi. Siccum cinerascit.

69. H. saccharі, subiculo effuso tenui subcrustoso adnato glabro, aculeis subulatis longis confertis *lurido-ferrugineis* integris. *Spreng.! S. M. p.* 416. *El. p.* 136. Ad culmos Sacchari Indiae occid.

70. H. crinale, subiculo effuso *villoso-intertexto* tenui *aculeisque* longis confertis aequalibus *gracillimis umbrinis* unicoloribus. [*Myc. Eur. t.* 17. *f.* 3. hoc sub lente auctum refert]. Ad cortices dejectos. Aculei fere crinales. *Secr. n.* 38. var.

71. H. ferrugineosum, subiculo effuso tomentoso aculeisque confertis conico-subulatis acutis *fulvo ferrugineis*. *S. M. p.* 416. *Weinm. p.* 365. *Schrad. Spic. t.* 4. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 248. H. ferrugineum *Pers.* Ad ligna putrida, praec. sub corticibus. Aculei e situ recti aequales et obliqui subcompressi.

72. H. variecolor, subiculo effuso adnato *furfuraceo-crustoso albo*, aculeis confertis conicis brevibus inaequalibus minutis subfuscis. Sistotr. quercinum. *Pers. ex parte*, sed a Radulo valde diversum. Simile *H. farinaceo*, aculei vulgo adpressi.

* *aculeis lutescentibus, viridibus.*

73. H. aureum, subiculo determinato *subcartilagineo contiguo glabro aureo*, ambitu dentato-radiante, aculeis subulatis aequalibus concoloribus. *Fr. El. p.* 137. Ad ramos Betulae. Nobile, mycelio entoxylo luteo-carneo circumscripto insuper insigne.

74. H. croceum, subiculo longitudinaliter effuso *crustoso tuberculoso* rimoso glabro *croceo-aurantio*, aculeis curtis conicis acutis concoloribus. *Fr. l. c.* Sistotr. *Schwein! Car. n.* 962. Ad ligna Carolinae. Elegans, omnino superficiale.

75. H. alutaceum, subiculo longitud. effuso *crustoso* adnato glabro *pallide ochraceo*, *ambitu nudo*, aculeis minutis confertis aequalibus acutis. *S. M. p.* 417. *Weinm. p.* 366. Ad ligna putrida Pini. Color *Grandiniae granulosae*, sed distinctum.

76. H. sulfureum, subiculo effuso *membranaceo adhaerente sulfureo*, *ambitu byssino*, aculeis minutis sparsis subulatis concoloribus. *Schwein.! Car. n.* 986. *Fr. El. p.* 138.

In truncorum fissuris. Sterile s. Mycelium a simili statu *Corticii* sulfurei vix dignoscitur.

77. H. PINASTRI, subiculo effuso *membranaceo separabili lutescente, subtus ambituque primo villoso*, aculeis aequalibus subulatis acutis subobliquis. *S. M.* p. 417. *El.* p. 138. ubi syn. — *Pers. M. E.* t. 22. *f.* 3. *Nees Syst. f.* 232, utrumque ad specc. authent.! sed icones non fidae. Ad cortices pineos. Aculei vulgo obliqui (*Secr.* 2. *p.* 503. *n.* 8.?) confluendo variant furcati et incisi. Cfr. H. sordidum. *Weinm. p.* 370.

78. H. SPATHULATUM, subiculo effuso *membran. secedente albido-lutescente, ambitu fimbriato, aculeis spathulatis* obliquis aurantiis. *Fr. El. p.* 139. Sistotr. *Schwein.! Car. n.* 993. Ad ligna Americae boreal. Membrana subtus villosa. Cfr. *Weinm. p.* 366. *n.* 23. aculeis aliis teretibus, aliis compressis.

79. H. VIRIDE, subiculo effuso *tomentoso-mollissimo* tenui *viridi*, aculeis rectis crassiusculis difformibus subincisis concoloribus. *S. M. p.* 421. Sistr. *A. S. p.* 262. *t.* 6. *f.* 4. Ad ligna Alni putrida. Demum lutescit.

80. H. FALLAX, subiculo vage effuso tenui *villoso-furfuraceo albo*, aculeis confertis difformibus incisis flavidis albidisve. *S. M. p.* 422. Id. et farreum *Pers. M. E. p.* 181. — *Nees Syst. f.* 230. a. Ad ligna vetusta Quercus; praecipue ad Polyporos suberosos putrescentes.

*** *aculeis carneis, lilacinis, rufescent.*

81. H. UDUM, subiculo effuso tenui *subgelatinoso* adglutinato *glabro ex incarnato lutescenti-aquoso*, aculeis confertis inaequalibus furcatis fimbriatisque concoloribus. *S. M. p.* 422. Ad ligna putrida Alni. Affine n. 67.

82. H. HOLLII, subiculo effuso ceraceo-membr. adnato *carneo-lilacino fuscescente, in ambitu albo*, aculeis difformibus fasciculato-incisis concoloribus. *S. M. p.* 422. Sistotr. *Schmidt! Myc. Heft.* 1. *p.* 87. Ad ligna putrida Pini Piceae. Valde differt a Polyp. abietino.

83. H. SOBOLEWSKII, subiculo effuso tenerrimo adnato *villoso violaceo-caesio, ambitu fibrilloso*, aculeis teretibus confertis regularibus, apice albicantibus. *Weinm. in Fl.* 1832. *p.* 452. *Ross. p.* 368. Ad ligna pinea fabrefacta raro. Ambitus albicans vel obscure violaceus. Aculei breves, primo villosi globulares. Fugax, siccatum virescit.

84. H. CINNABARRINUM, *cinnabarrinum, subiculo* late effuso *byssino* tenui, ambitu lato sterili, aculeis longiusculis confertis

subulatis. *Fr. El. p.* 137. Sistotr. *Schwein.! Car. n.* 963. Ad cortices Americae. Elegantissimum.

85. H. SUBCARNACEUM, subiculo late effuso *membranaceo* glabrescente *aequabili albo-carneo*, aculeis elongatis subulatis aequalibus rufescentibus. *S. M. p.* 418. H. purpureum. *Willd. in Ust. Bot. Mag.* 4. Ad truncos Betulae raro.

86. H. HIMANTIA, subiculo effuso tenui *membranaceo costis rhizomorpheis percurso albo*, aculeis difformibus fasciculatis conicis integris cinereo-rufis. *Schwein.! Car. n.* 992. *Fr. El. p.* 140. Sub cortice Juglandis, Pensilvaniae. Valde simile *Odontiae fimbriatae*, sed aculei Hydni.

87. H. BICOLOR, subiculo late effuso *tomentoso adpresso* tenui *albo*, *aculeis* minutis curtis *albo-villosis*, apice nudis acutis rufo-spadiceis. *Alb. et Schw. p.* 270. *S. M. p.* 417. Ad ligna abiegna, verno tempore, in silvis montanis passim.

88. H. MACRODON, *subiculo obliterato*, aculeis longissimis pendulis rufescentibus. *Pers. syn. p.* 560. In Misnia ad truncos Pini. *Non vidi*, sed videtur insigne, *H. Ramariae* affine.

Inter hoc et sq. ambigit *H. fragile Pers. syn. l. c. S. M. p.* 417, subiculo tenui membranaceo albido, aculeis longissimis fragilibus flexuosis — cum praec. olim lectum. Cfr. *Secr. n.* 28. inter utrumque medium.

**** *aculeis albis* l. senio flavidis.

89. H. MUCIDUM, candidum, subiculo latissimo *membran. molli secedente* margine subtusque villoso, aculeis elongato-acicularibus confertis *gracilibus flaccidis* aequalibus. *Pers. syn. p.* 561. *S. M. p.* 418. *El. p.* 138. non Secr. Ad truncos Fagi, Sorbi. Nobile subtus, exoletumque glabrum, lutescens. [Tale forte *H. setosum* Pers. M. E. p. 213.] — Var. *Viticola* El. l. c.

90. H. DIAPHANUM, albidum, subiculo tenui membran. *pellucido* glabriusculo, *ambitu nudo*, aculeis subulatis mediis distinctis aequalibus. *Schrad. spic. t.* 3. *f.* 3. *S. M. p.* 418. c. syn. Ad truncos arbor. frondos. Aculei siccitate lutescunt, prioris breviores. V. *pellucens*, tenerrima, adnata, flaccescens. *S. M. l. c.* Var. *muscicola* (H. muscicola *Pers. M. E.* 2. *p.* 181?) interruptum.

91. H. NIVEUM, candidum, subiculo effuso tenui *membran. adnato*, *ambitu byssino*, aculeis confertis curtis brevibus aequalibus glabris. *Pers. disp. t.* 4. *f.* 6, 7. *Nees Syst. f.* 246. *S. M. p.* 419. c. syn. *Weinm.! p.* 368. *Sommerf.*

*Lapp. p.* 278. Ad ligna passim. Var. *fimbriatum*, ambitu fibrilloso-fimbriato *S. M. l. c.*

92. H. FARINACEUM, album, subiculo effuso indeterminato *farinoso-crustoso*, ambitu subflocculoso, aculeis tenuibus subdistantibus acutissimis integerrimis. *Pers. syn. p.* 562. *S. M. l. c. Weinm. p.* 367. *Sommerf. l. c.* H. crustosum. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 1375. Ad ligna putrida, praec. Pini, copiose. Variat lutescens, etiam rubens.

93. H. ARGUTUM, album, subiculo effuso vago *tomentoso-intertexto* adnato, aculeis acutis subulatis inaequalibus, sub lente ad latera serratis l. denticulatis. *S. M. p.* 424. *Sommerf. Lapp. p.* 280. *Wahl. Suec. n.* 2032. Etiam Clav. byssacea *Roth in Ust. Ann.* 1. *t.* 1. *f.* 5. H. byssinum. *Schrad. sp. p.* 177. h. l. videntur. Ad ligna et cortices Betulae, etc. Quantum eruere valui h. l. *Sistotrema laxum* P. M. E. ad Betulas; alterum ad Salices, dentibus obtusis, Rad. tomentosum.

94. H. STIPATUM, albidum, subiculo latissime effuso *flocculoso-furfuraceo* crustoso-adnato, aculeis confertis granuliformibus obtusiusculis denticulatisque. *S. M. p.* 425. *Weinm. p.* 370. [*Secr. n.* 36. crescendi modo recedit.] Ad ligna vetusta Alni etc. Ambitus sterilis. Variat colore isabellino flavidove, forte *H. ochroleucum.* Pers. M. E. p. 186.

95. H. SUBTILE, aquose albidum, subiculo tenerrimo *maculari-innato glabro*, aculeis distantibus acutis incisisve. *S. M. p.* 425. *El. p.* 140. — b. *H. acutum*, firmius. Pers. M. E. p. 179. Ad ligna et cortices. Aculei subtiles, tactu detersiles.

96. H. FASCICULARE, albidum, subiculo *nullo*, *aculeis fasciculatis* basi connatis longis pendulis. *Alb. et Schw. p.* 269. *t.* 10. *f.* 9. *S. M. p.* 418. Ad truncos Pini putridos. Terram definite spectat, ut affinis *Isaria calva* s. H. calvum A. S. l. c., certe maxime affine — sed H. sudans l. c. longe a genere distat.

Perpetuam *Hydnorum resupinatorum* confusionem, speciebus heteroclitis ad genera definita relatis, sublatam fore speramus. Ut in extimis radiis fit inter haec genera multa et habitu et characteribus facile distinguuntur; aegre vero inter Agaricinos et Polyporeos.

XXXIII. HERICIUM. (S. O. V. p. 88). Hymenium *amphigenum* in fungo carnoso clavato, sursum diviso in subulas *validas verticali-erectas* divergen-

tesque. *Reliqua Hydni; sed a* Hydnis Merismatibus *ramosis valde diversa et ex hymenii situ potius Clavariea. Truncigena, parum nota.*

1. H. Echinus, *flavum*, trunco simplici crasso, aculeis longis fistulosis. *Scop.* — *S. M. p.* 410. In Hungaria. *Non vidi.*

2. H. Hystrix, album, *trunco simplici* erecto, aculeis erecto-divergentibus longissimis intus farctis. *S. M. p.* 410. c. syn. *Mich. t.* 64. *f.* 1. Ad Fagos semel legi.

3. H. stalactitium, album, trunco compacto *ramoso*, aculeis longis confertis rectis. *Schrank.* — H. alpestre? *Pers. M. E. p.* 151. In Eur. australi. Siccum qualecumque vidi.

**XXXIV. SISTOTREMA.** (S. M. p. 426). Hymenium inferum, *interrupte lamellosum.* Lamellulae subceraceae, *inordinatae* (nec radiantes), *discretae*, flexae, a pileo carnoso detersiles. *Fungi carnosi l. membran., stipitati l. sessiles.*

1. S. confluens, simplex, confluens, candidum, pileo carnoso irregulari horizontali villoso, stipite *subexcentrico*, lamellulis flexuosis characteriformibus. *Pers. syn. p.* 551. *S. M. p.* 426. c. syn. *Bull. t.* 453. *f.* 1. *Sowerb. t.* 112. *Grev. Scot. t.* 248. *Desmaz. Exs. n.* 311. Ad terram glareosam, passim. Mesopus.

2. S. crispum, caespitosum, concrescens, album, *e lobis erectis* membran. *varie laciniatis compositum*, lamellulis variis superne subulatis. *Fr. Linn. V. p.* 522. — *Plum. Fil. t.* 168. *f. H.* affine est. Ad basin truncorum Amer. merid. Merisma.

3. S. muscorum, incrustans, irregulariter dimidiatum, pileo membran. rufo *in laminam angustam stipitiformem attenuato*, lamellulis latiusculis pallidis. *Schwein. Car. n.* 947. Ad muscos Amer. boreal. Ex Auctore transcripsi cum specc. missa obscura, potius Hydni generis.

4. S. occarium, dimidiato-*sessile*, pileis carnosis imbricatis convexis *velutinis* albis lutescentibus, lamellulis planis subcordatis flexis obtusis carneo-lutescentibus. Hydn. *Secr.* 2. *p.* 527. ex quo recepi. *S. M. p.* 412. c. syn. — *Mich. t.* 64. *f.* 3. Ad truncos Eur. austr. *Non vidi*; sq. affine videtur.

5. S. pachydon, *sessile*, *albicans*, pileo carnoso basi effuso *glabro* subrepando, lamellulis crassis planis difformi-

bus, immixtis subulatis. Hydn. *Pers. M. E.* 2. *p.* 174. Ad truncos Quercuum, Galliae. *Delastre!*

XXXV. IRPEX. (Fr. El. p. 142). Hymenium inferum, *primitus dentatum.* Dentes varii, firmi, *subcoriacei, acuti,* cum pileo omnino concreti, *seriatim l. reticulatim dispositi* basique plicis lamellosis (in sessilibus) porosisve (in resupinatis) concatenati. *Fungi subcoriacei, libere evoluti, lignatiles, ad* Lenzites *et* Daedaleas proxime *accedentes, sed hymenio primitus dentato-aculeato, dentium lateribus integris, nec laceris, certe diversum.*

* *pendulini, postice porrecti.*

1. I. PENDULUS, pileis membran. plicatis adpresse squamuloso-pilosis *flavis*, postice porrectis pendulis, margine *dentibusque* seriatis magnis incisis *candidis. El. p.* 143. *S. M. p.* 413. Sistotr. *Alb. et Schw. t.* 6. *f.* 7. S. conchatum. *Ehrenb.* Ad ligna scissa Pini. Nobilissimus.

2. I. CRISPUS, pileis coriaceis lobatis squamosis plicatis *rufo-fuscis*, postice porrectis pendulis, dentibus seriatis imbricatis pallide *rufis.* — *Schaeff. t.* 147. *f.* 1. *S. M. p.* 413. In Bavariae, Scotiae silvis. *Non vidi*, sed priori minori congener, sq. affinis.

** *effuso-reflexi, marginati.*

3. I. UMBRINUS, pileo subeffuso-reflexo membranac. repando subtomentoso *azono fusco-umbrino*, *dentibus* lamelloso-seriatis *griseo-cinereis* apice incisis. *Weinm. Ross. p.* 372. Ad trabes in Rossia minori. *Bongard.* Valde insignis videtur, dorso adnatus, undique liber, 4—6 unc. longus, margine crenulatus, intus fibrosus fuscus.

4. I. FUSCO-VIOLACEUS, pileo effuso-reflexo coriaceo sericeo *zonato albo-canescente*, *dentibus* lamelloso-seriatis *fusco-violaceis*, apice incisis. *Fr. El. p.* 144 cum syn. copios. *Weinm.! Ross. p.* 373. Ag. decipiens. *Willd.! in Bot. Mag. IV. t.* 2. *f.* 5. Hydn. *Schrad. spic. p.* 180. Sist. violac. *Secr.* 2. *p.* 501. non Pers. Ad truncos Pini, hinc copiose, illinc prorsus deest v. c. in pineto-montanis Smoland. occid. A *Polyp. abietino* certe differt.

5. I. CARNEO-ALBUS, pileo effuso-reflexo coriaceo-molli pubescente *azono lacteo*, dentibus subulatis basi seriatis *albo-carneis*, apice acutis. In silva adusta omnes truncos Abietis

hoc tectos semel vidi, ad Femsjö. Priori minus, mollius, dentium forma abunde distinctum.

6. I. PALEACEUS, pileo effuso-reflexo coriaceo *subtomentoso albo*, *dentibus* subfoliaceis magnis *ochraceo-pallidis* apice dilatatis. *El. p.* 144. Hydn. *Thore Chl. Land. p.* 492. Sistotr. luteo-subulat. *Secr.* 2. *p.* 502. ex ipso var. subterran. Ad truncos Pini Galliae occid. *Non vidi.*

7. I. LACTEUS, pileo effuso-reflexo coriaceo villoso *concentrice sulcato albo*, *dentibus* confertis seriatis acutis subincisis *lacteis*. *El. p.* 145. — *S. M. p.* 412. *Weinm. l. c. p.* 374. Ad Fagi truncos mihi copiose; *Weinmanno* in Betula alba; etiam Americae arcticae *Klotzsch!* Hymenium varium, interdum gyroso-dentatum; in resupinatis omnino subulatum.

8. I. SINUOSUS, pileo effuso breviter reflexo tenui molli azono *laevi albo*, *dentibus subulatis concoloribus* basi sinuosa connexis. *Fr. El. l. c. Weinm.! p.* 375. Ad ramos dejectos Quercus; in Betulae et Alni *Weinm.* Praeced. simile, sed latius, tenuius, mollius, minus persistens, hieme putrescens, cum prius in ver immutatum.

9. I. CANESCENS, pileo effuso-reflexo coriaceo subazono villoso *canescente*, *dentibus* plano-compressis *transversim positis* incisis pallidioribus. *Bull. t.* 537. *f. M.* (major). Ad truncos Pyri. Forsan in Europa australi lectus; dedit olim b. m. *Acharius. Tramete unicolori* triplo minor, pro ratione crassior, concentrice sulcatus; sed unicolor, dentibus transversalibus insignis, at non regulariter concentricis *Cyclomycetis.*

10. I. PALLESCENS, pileo effuso determinato marginato subreflexo dentibusque lamellosis incisis, centralibus subulatis, *ligneo-pallidis*. Ad truncos Liriodendri Americae borealis. *Schweiniz!* Colore insignis, fere *Daed. quercinae.*

11. I. FLAVUS, pileo effuso spongioso-molli *luteo*, margine breviter reflexo tomentoso, dentibus compressis seriatis concoloribus basi reticulata connexis. *Klotzsch! Linn. VIII. p.* 488. In America boreali ad ramulos. Nobilis.

12. I. FARINACEUS, pileis effusis seriatim protractis coriaceis breve reflexis concentrice sulcatis *umbrinis*, dentibus compressis seriatis *griseis farinaceis*. *Fr. Linn. V. p.* 523. Ad cortices Brasiliae. Valde a reliquis diversus.

*** *effusi, immarginati, ambitu subbyssino.*

13. I. PARADOXUS, effuso-adnatus, primo orbicularis, dein confluens, albus, ambitu tomentoso niveo, *hymenio*

*sinuoso-plicato in dentes tenues divergentes digitato-incisos* fimbriatosque porrecto. *Schrad. spic. t.* 4. *f.* 1. ex icone! Sist. digitat. *Pers.* — *Alb. et Schwein. p.* 263. *Secr.* 2. *p.* 304. Polyp. *S. M.* s. Irpex Cerasi. *Fr. El. p.* 146. *Weinm. p.* 375. Ad cortices Cerasi, Betulae etc. Simillimus quoad habitum et vegetationem *Rad. orbiculari*, etiam loco congruunt, sed hymenii fabrica longe alia. Vulgo confunduntur (specc. *Hydn. paradoxi* Schrad. pro fidis missa ad Rad. orbic.) pertinent, utrumque sub *S. Cerasi* Pers. (cfr. M. E.) forte latet.

14. I. candidus, effusus, arcte adnatus, tenuis, candidus, fibrosus, ambitu byssino, *dentibus seriatim positis compressis inaequalibus* subincisis pallidis. *Weinm. p.* 376. qui huc ducit Xylodon candid. *Ehrenb.* Sistotr. *Pers.* Hydn. *Schlecht.* Ad ramos dejectos. *Weinm.*, ad ligna Pini. *Ehrenb.* Mihi ignotus, inter proximos ambiguus.

15. I. spathulatus, effusus, membran. candidus, primo byssaceus, demum glabratus, *dentibus spathulatis aequalibus* integris venis obsoletis reticulato-connexis. *Fr. El. p.* 146. c. syn. — *Schrad. spic. t.* 4. *f.* 3. (dentibus confertis recedit). *Alb. et Schw. p.* 265. Ad cortices abiegnos, rariss. Distinctissimus, numquam porosus.

16. I. obliquus, effusus, crustoso-adnatus, albo-pallescens, ambitu byssino, *dentibus e basi favosa porrectis compressis inaequalibus incisis* obliquis. *El. p.* 147. *Weinm. p.* 376. Hydn. *Schrad.* — *S. M. p.* 424. *Alb. et Schw. p.* 263. Sist. alneum. *Secr.* 2. *p.* 504. — *Bolt. t.* 167. *f* 1. ex icone plene! Ad cortices Fagi, Betulae, Alni etc., sola vulgata spec. hujus gregis. Primo ample porosus, sed jam tum dentatus, demum prorsus Hydneus.

17. I. Tulipiferae, latissime effusus, firmus, albo-pallescens, *margine involuto tenui*, poris maximis acutis irregularibus primo dentato asperis, dein in dentes inaequales porrectis. Polyp. *Schwein.! Car. n.* 935. Ad truncos Liriodendri Americae. Maximus, ad viginti pedes et ultra integras arbores obducens. Habet formam sterilem a *Polyp. corticola* haud separandam, sed reliquae *P. corticolae* formae hujus hymenium acquirere certe nequeunt, hinc seorsim notandus.

18. I. deformis, effusus, crustaceus, tenuis, albus, ambitu pubescente subbyssino, *dentibus e basi minute porosa subulato-porrectis tenuibus* subdigitato-incisis. *El. p.* 147. *Weinm. p.* 377. H. pseudo-boletus. *Decand.* — *S. M. p.*

424. (male ad Polyp. abietinum translatum). — b. Sistotr. niveum. *Schwein. Car. n.* 964. nimis affine. Ad ligna et ramos Quercus. Valde cum priori Polyporeus, sed dentes non laceratione orti, sed e scamno suo poroso libere enati.

19. I. CINNAMOMEUS, effusus, adnatus, byssinus, *subcinnamomeus*, dentibus compressis inaequalibus incisis. Ad truncos Amer. borealis. Forma I. obliqui; dentes glabrati et firmi; ceterum sec. spec. vix differt *Ceratium ferrugineum* Wallr.! *Cr. p.* 305, forma suffocato-byssina. [Ceratia nova l. c. non fluxilia, nec vera Ceratia.]

20. I.? CARNEUS, effusus, *cartilagineo-gelatinosus*, membr., adnatus, *rubescens*, dentibus obtusis subulatisque integris basi conjunctis. *El. p.* 148. *S. M. p.* 420. Hydn. tremellos. *Wallr. Cr.* 4. *p.* 613. Ad cortices arborum raro. A genere omnino deflectit ad Radula et Phlebias.

Merulii gyroso-dentati tota hymenii indole recedunt. *Sistotr. cellare* omnium fere sensu est talis status *Mer. lacrymantis*, vidi specc. *Sommerf.*, Chaill. etc. Aliud habet *Secr.* 2. *p.* 506. H. squalino propius. Utcumque sit fungus cellaris non est typicus!

**XXXVI. RADULUM.** (Fr. El. p. 148). **Hymenium amphigenum, *tuberculosum*. Tubercula rudia, difformia, vulgo elongata et cylindrica, *obtusa, ceraceo-carnosa*, sparsa fasciculatave. Asci perfecti, etiam in hymenio laevigato (quod deficit in n. 10) obvii. *Resupinato-effusa, epixyla, vulgo per corticem erumpentia. Genus maxime naturale*, ut sqq. *tam* Hydni, *quam* Theleph. *specc.* Auct.**

* *Denudata*, maxime varia.

1. R. PENDULUM, lacteo-pallens, longitud. effusum, *margine superne breviter reflexo* coriaceo-molli, hymenio definite infero, tuberculis vagis pendulis. *El. p.* 149. E rimis corticis Alni profluens, semel legi hieme.

2. R. ORBICULARE, a. *sitaneum* effusum, orbiculare, confluens, ex *albo lutescens, ambitu byssino*, tuberculis elongatis difformibus subteretibus sparsis l. fasciculatis. — b. *hornotinum*, vernale, ceraceo-carnosum, glabrum subsolutum, *carneum*. tuberculis mollioribus brevioribus. *Fr. El. p.* 149—151 cum syn. copios. et expos. formarum! *Grev. t.* 278. H. Radula. *S. M. p.* 423. Sistotr. n. 8, 10, 11. *Pers. M. E.*

*Secr.* n. 34. non obstat. Ubique ad cortices Betulae etc. Mire versiforme, sed distinctissimum, cum *Irpic. paradoxo* tantum comparandum. Tubercula variant flexuosa, vernalia detrita videntur, *R. laeti* simillima.

3. R. QUERCINUM, e subrotundo late confluens, innatum, crustaceum, *glabrescens*, ex albo pallidum, *tuberculis teretibus elongatis* validis *obtusis* sparsis fasciculatisve difformibus *apice floccoso-villosis. S. M. p.* 423. *Weinm.! Ross. p.* 369. *Secr. n.* 29. — *Raji syn. t.* 1. *f.* 4. cum descr. optima *p.* 14. *n.* 7. Ad ligna Quercus. Rude, versiforme, cum Hydnis n. 65, 72. saepe confusum — et *M. E. p.* 192. additis syn. dubium factum. *Rajus* haec melius novit, quam Recent.

4. R. MOLARE, late effusum, crustaceum, glabrum, ligneo-pallens, sublutescens, *tuberculis* difformibus *curtis subconicis glabris* sparsis conglomeratoque-confluentibus. *Fr. El. p.* 151. *Chaill.! in litt.* Sistotr. *Pers. M. E. t.* 22. *f.* 1. H. Radula *Secr. n.* 27. e descr. et Schleicher! misit. Ad truncos Quercus. Crassius, ceraceum, sed siccum induratum, rimosum. Tubercula obliqua et subiculo saepe latere adnata, maxime varia. — Sistotr. n. 3, 4, 7 et 9. *Pers. M. E.*, ad quercina ligna a Chailletio detecta, hic, qui omnia sua inventa mihi largitus est, discernere se non valere in litt. testatur.

5. R. TOMENTOSUM, effusum, innatum, crassiusculum, albo-pallescens, *ambitu tumente erecto-tomentoso*, tuberculis brevibus congestis angulatis obtusis glabris confluentibusque *Fr.* — *Montagn.! in Ann. Sc. Nat.* 1836. *l. c. n.* 37. Sistotr. cellare β. *Alb. et Schwein. p.* 264. Locis humidis ad cortices Salicum inter rimas vulgo serpens, sed etiam ad asseres pineos in Ardennis. Siccum ligneo-pallens et tomentum interdum ferruginascens.

H. *obtusum* Schrad. spic. p. 178. extricare non potui. Ipse citat syn. *Raduli quercini*, sed aculei minuti breves et subiculum membran. per aetatem introflexum. An Odontia?

** *innata, decorticantia.*

6. R. FAGINEUM, innatum, decorticans, glabrum, *album*, pallescens, tuberculis elongatis teretibus variis obtusis integris. *El. p.* 152. *S. M. p.* 423. Sistotr. *Pers. syn. et M. E.* alii sane non referre valeo. In Fago, Betula. Ramos decorticatos ambit stalactitium.

7. R. LAETUM, innatum, decorticans, *carneo-aurantiacum*, tuberculis difformibus obtusis glabris elongatis papillo-

sisve. *El. l. c. Desmaz. exs. n.* 667. Thel. Hydnoidea. *Pers.* — *S. M. p.* 445. c. syn. Ad ramos praecipue Carpini. Colore modo a priori differt.

8. R. BOTRYTES, innatum, decorticans, tenue, glabrum, *spadiceo-pallens*, *tuberculis conglomeratis* pedicellatis flavis. *El. l. c.* Ad ramos Quercus. Affine *Corticio comedenti.*

9. R. GLOSSOIDES, innatum, decorticans, tenue, glabrum, *ligneo-pallens*, *tuberculis distantibus ligulatis* obscuriobus. *El. l. c.* Sistotr. *Pers. M. E.* 2. *p.* 193. Ad Quercus? Galliae.

10. R. ATERRIMUM, innatum, decorticans, *strigosum*, *atrum*, tuberculis elongatis distantibus magnis difformibus subcompressis nigris. *Fr. El. l. c. Scl. exs. n.* 39! Ad Betulas hieme, tum ad ramulos delapsos, quum integros truncos, hinc undique horrentes, obducens. Hymenium non contiguum. Speciosissimus fungus, quales Secr., qui paucos nobiliores vidit, in myceliis et formis plebejis quaerit.

**XXXVII. PHLEBIA.** (S. M. p. 426). Hymenium amphigenum, ceraceo-molle, glabrum, contiguum, jam *primitus in cristas corrugatum;* rugis confertis interruptis persistentibus, acie integerrimis ubique ascis perfectis tectum. *Resupinato-effusae, udae subgelatinoso-ceraceae, siccae cartilagineae.* [Secretani de singula specie commenta haud notatu digna.]

1. P. MERISMOIDES, effusa, laevis l. incrustando ramulosa, *e carneo livida*, *subtus villosa alba*, *ambitu aurantio-strigoso*, rugis simplicibus rectis confertis. *S. M. p.* 427. *Grev. Scot. t.* 280! *Weinm. Ross. p.* 401. Mer. fulvus. *Lasch! Linn. IV. p.* 552. Ad caudices truncorum, vulgo muscos incrustans. Rugae numquam porosae l. reticulatae.

2. P. RADIATA, subrotunda, aequalis, utrinque *glabra*, *carneo-rubra*, *ambitu radiato-dentato*, plicis rectis seriato-radiantibus *S. M. p.* 427. *Weinm. l. c.* Th. cinnabarrin. *Schwein.!* Ad cortices Betulae, Alni etc. Ceteris tenuior, laetior. Vix omnes varr. *El. p.* 154. h. l. — aut plures specc. aut cum sq. conjungenda.

3. P. CONTORTA, effusa, firmula, *e rufo fusca* utrinque glabra, ambitu indeterminato, *plicis* hinc *inde conglomeratis* ramulosisve subflexuosis irregulariter dispositis. *S. M. l. c. Weinm. l. c.* Ricnophora carnea. *Pers. M. E. t.* 18. *f.* 5. priori intermedia. Ad cortices Sorbi etc., utique a priori

Betulae distincta, sed nuperius in plerisque truncis legi formas medias, minus bene evolutas. Cfr. *El. l. c.*

4. P. vaga, effusa, adnata, *ambitu byssino-fibrilloso sordide lutescente*, hymenio lutescenti-griseo e rugis serpentibus intricatis sensim coalito, perfectis terminatis papilla granulosa. *S. M. p.* 428. — Valde analogum: H. obtusum *Secr. n.* 39. (an sq. generis species?) Ad ligna putrida Pini. Hymenium in perfectis omnino generis, ceraceum, ascigerum, sed rugae demum dense papilloso-granulosae. Sterile frequenter obviam venit, ad *Himantiam sulfuream* etc. rejectum: Athelia sericea. *P. M. E.*

XXXVIII. GRANDINIA. (Gen. Hym.) Hymenium amphigenum, contiguum, ceraceum, papilloso-verrucosum aut potius *granulosum*, granulis globosis hemisphaericisve integris obtusis apiceve excavatis confertis regularibus glabris persistentibus. *Crustaceae, effusae, molles*, Thelephoris *ob papillas aequales persistentes male adscriptae. ab* Hydnis *infantilibus caute separandae.* Hydn. granulosa *Secr.*

1. G. polycocca, ceracea, orbicularis, in ambitu soluta subreflexa, subtus ochracea, hymenio purpurascente, granulis hemisphaericis confertis. — *Montagn. in Sched.* Ad ligna Chili. *Merulium Corium* refert, sicca rimosissima fit, sed papillis granulosis persistentibus tecta.

2. G. granulosa, ceracea, late effusa, adglutinata, *alutacea*, ambitu determinato glabro, hymenio aequali contiguo, *granulis hemisphaericis aequalibus* confertis. Thel. granulosa. *Pers. syn. p.* 576. *S. M. p.* 446. *El. p.* 217. *Weinm. p.* 397. (vix Secr. »ob papillas inaequales» etc.) Hydn. granulosum *M. E.* 2. *p.* 184. Ad ligna vetusta. Plures complectitur species, ad vivum describendas; vivam nunc ante oculos habeo formam nobilissimam *γ. ochraceam* Alb. Schw. p. 279. ad ligna pinea putrida.

3. G. mucida, ceraceo-mucida, effusa, subinnata, *gilva*, ambitu determinato subradiante, hymenio contiguo, *granulis* confertis *majoribus inaequalibus* hemisphaericis mollibus. *El. p.* 217. Ad ligna mucida Betulae rariss. Subgelatinosa, uda, siccitate corrugata.

4. G. ocellata, ceracea, late effusa, adglutinata, *livida*, ambitu indeterminato sterili, hymenio inaequali contiguo,

*granulis* confertis *subconicis obtusis* aequalibus concoloribus. Ad ligna putrida Fagi. Siccitate immutata, haud rimosa, per plagas sterilis. Granula terminata apiculo subtilissimo albido, quo deciduo apice excavata, quasi ocellata.

5. G. Agardhii, subceracea, late effusa, adnata, *albida*, ambitu nudo, *granulis* minutis rotundis confertis aequalibus, *apice excavatis rufescentibus*. Hydn. *S. M. p.* 418. H. granulatum *Secr. n.* 41. excl. syn. Ad ligna pinea, saepe Chlorococcum incrustans, indeque intus virens. In apice granulorum Secretan vidit *guttam limpidam rufam*, quo eximia cum *Hydno sudante* Alb. et Schw. analogia, ut ad hoc genus referres. [*H. sudans* Secr. videtur *H. bicolor*].

6. G. papillosa, membran., subrotunda, *integra secedens*, *lactea*, subtus glabra lutescens, ambitu furfuraceo, hymenio rimosissimo, granulis minutis confertis subsphaericis aequalibus. Thel. *Fr. El. p.* 212. Ad cortices Pini hieme. Nobilis et rara. *Th. cretacea* Pers. M. E. p. 150. sine dubio magis trivialis stirps.

7. G. crustosa, *floccoso-farinacea*, irregulariter effusa, crustaceo-adnata, alba, granulis subrotundis confertis obtusis, apice concoloribus. Hydn. *Pers. syn. p.* 562. *S. M. p.* 419. c. syn. *Secr. p.* 40. *Nees Syst. f.* 247. Ad cortices Salicum frequens. Utrum var. lignorum, v. c. Pini *Alb. et Schw.*, saepe lutescens, granulis inaequalibus apice saepe excavatis satis differat a praeced. an potius sit status abortivus *Hydn. farinacei stipative* in praesenti haud dixerim. Cfr. *Weinm. p.* 367. H. obtusum *Schleich.!*, quod *H. helveticum* M. E p. 184, nec e descr. recedit H. alutac. *Secr. n.* 42.

*Gausapiae*, subgen. Thelephorae, h. l. forsan inseri possent.

**XXXIX. ODONTIA.** (Gen. Hymen.) **Hymenium inferum, e fibris contextum concrescentibus in** *verrucas* **papillosas, raro aculeiformes,** *apice cristato-multifidas* **penicellatas. Asci nulli.** *Resupinato-effusae, aridae nec ut praecedentes ceraceae, magisque ad* Hydna *revergunt.*

1. O. Barba Jovis, byssino-membranacea, effusa, aequabilis, ex albo lutescens, *verrucis* primo papillosis, *dein conicis apice aurantio fimbriatis*. Hydn. *With.* — *Sowerb. t.* 328. *S. M. p.* 421. *Swartz!* Hydn. barba Jobi. *Bull. t.* 481. *f.* 2. *Secr. n.* 35. Ad ramos dejectos. In hac specie sola verrucae aculeos referunt.

2. O. SISTOTREMOIDES, byssino-membr., effusa, sulphureo-cinerea, ambitu byssino albo, *verrucis* minutis *dentiformibus apice concolori-fimbriatis.* Theleph. *Schwein.! Car. n.* 1053. *Fr. El. p.* 198. Ad ligna Americae bor. late expansa. Novi generis typum observat Schweiniz.

3. O. FIMBRIATA, effusa, membran., secedens, *costis rhizomorpheis percursa*, pallida, ambitu fibrilloso-fimbriato, *verrucis* minutis *granulaeformibus apice* multifidis *rufescentibus. Pers. Obs.* 1. *p.* 88. *S M. p.* 421. sub Hydn. *Secr. n.* 43. (Chaillet! misit) non Decand. Sist. *Pers.* — *Alb. et Schwein. p.* 263. Ad truncos Fagi, Betulae etc. frequens. Elegans, typus generis!

4. O. CRISTULATA, effusa, crustaceo-adnata, tenuis, *ecostata*, rubescens, ambitu byssino candido, *verrucis granulosis villosis* apice cristato-multifidis. *S. M. p.* 422. Ad ligna mucida Betulae. Verrucae tritae evanescunt.

5. O. ALLIACEA, late effusa, incrustans, membranacea, *ex albo pallescens*, supra villosa, *inferne nigro-fibrillosa*, ambitu subbyssino, verrucis curtis elongatisque villosis, apice multifidis. *Weinm.! Ross. p.* 370. Ad terram Rossiae. Odor alliaceus! — Sistotr. plumosum *Pers. M. E.* 2. *p.* 201. (ad terram Galliae) omnino diversa videtur, e loco suffocato haud rite explicata, Hydni species.

Caveas nempe, ne huc referas varias species *Hydni*, *Irpicis* et *Raduli* processubus hymenii primo villosis, immo locis suffocatis plumosis, vel vage incisis, tota indole ceterum diversas. Hinc praecedd. nobilissimis nolui immiscere quasdam incertas v. c. *H Vitalbae* M. E. p. 182, cum ultima Hydna (93—95) juvenilia facile habitu, aegre definitione dignoscantur.

**XL. KNEIFFIA.** (Gen. Hymen.). Fungus laxe carnosus, mollis, siccus flocculoso-collabescens. *Hymenium* amphigenum, *contiguum*, *unitum*; sed incompletum, similare, granulis verrucisque et ascis destitutum; *setis rigidis* sparsis fasciculatisve *strigoso-exasperatum. E rimis corticum in luce intumescens in varias formas, in statu perfectissimo hemisphaericas.*

1. K. SETIGERA. Theleph. setigera. *Fr. El. p.* 208—211. T. aspera *Pers. M. E. p.* 153. omnino, sed *t.* 6. *f.* 5. fallacissima. *Weinm. Ross. p.* 395. Ad truncos emortuos

Betulae, verno tempore. *Fungus* nulla forma constanti, sed certissime 1) est *typicus*, nullius alii status degener; et 2) *generis distinctissimi typus*, substantia et colore albo cum Theleph. bombycina tantum comparandus, sed fructificatione diversus. *Setae* rigidae, aequales, *cum setulis* (= paraphysibus) Auriculariuorum non comparandae; revera videntur asci emersi. Specimina maxima Pomi magnitudine, sed vulgo tenuis effusa, saepe Sphaerias incrustans. — Juveni candido Kneiffio, Badensi, qui sub auspiciis Mougeotii sollerte et acute Mycologiam coluit, sed morte praematura succubuit, dicavimus nobile hoc genus.

**Ord. IV. AURICULARINI. (S. O. V.).** Hymenium inferum amphigeneumve, contiguum, horizontali-expansum, primitus laeve aut raro costatum — et vulgo laevigatum persistens *Novam incipiunt Hymenomycetum seriem, infimis formis ad* Gasteromycetes Trichodermeos *transeuntem.*

*Obs.* 1. Hymenium papillosum vulgo dicitur, sed hae papillae omnino spuriae et accidentales et nil omnino ad hymenii configurationem, ut granulosae Hydneorum, conferunt. Ubi adsunt, praecipue in Corticiis, oriuntur e hymenio molli in optimo vigore tumente irregulares et siccitate collabentes v. c. *Th. concentricae* Alb.; nam insigniores in his s. d. papillae, v. c. *Th. polygoniae*, *fallacis* etc. nullo modo respiciendae, e Sphaeriis subjacientibus *semper* ortae et *typice*, *loco laevigato nascentes*, *laevissimae sunt!* Sic etiam papulae illae vagae in *Th. rubiginosa*, *hirsuta* etc. a scrupositatibus matris, cui primitus adplanatae, ortae. Tantum in Thelephoris nostris, s. sensu strictiori, papillarum analogon observatur, sed non granulosae, nec persistentes.

*Obs.* 2. Pervulgatus est error quamcumque expansionem fere mycetoideam sistere Thelephoram, quare tam ex imperfectis harum statibus, quam e myceliis diversissimorum fungorum diversae factae sunt species et Byssaceorum generum legio. Cfr. *El. Fung.* Nulla species recipienda in hac regione quae non distincte fructificat, *hymenio gaudet perfecto;* sed hoc praesente e speciebus mycelio emerso byssaceo haud nova fingas Hyphomycetum genera, qualia *Pyronema*, *Athelia* (hymenio simul abortivo). Ratio cur *mycelia frequentius obviam veniant et*, neglecto statu fructificante, *describantur*,

quaerenda in earum vita perenni, cum definito tantum anni tempore (hiemali vulgo aut vernali) fructificant. Lux in tenebris clara oritur, si mycelii indolem et Hymenomycetum statum typicum perspexeris. Triste vero est visu, quosdam capere non posse, quemcumque obvium statum non sistere plantam typicam sub proprio nomine describendam, quodcumque Mycelium non sistere autonomam plantam. Immensam inde ortam synonymiam haud censeo dignam, quae citetur; similia mycelia ad genere diversissimas plantas quoque pertinent. Videns vero; alios, hoc jam diu a nobis exposito, in errore perseverare malle; alios rara temeritate in conjiciendo species optime cognitas leviter coacervare, v. c. *Trametem odoratam* et *Polyp. Ribis* cum *Stereo rubiginoso* et sexcentis aliis aeque disparatis (qui fumus etiam novitatis fulgore caret, aequo jure conjunxit Scopoli *Polyp. versicolorem* et *Stereum hirsutum* etc., etc.), saepe orta est quaestio: *Cui bono sedule et fideliter naturam observare?*

*Obs.* 3. Auricularinorum familiam in plura genera, utique maxime necessaria, solvere diu moliti sunt Auctores et quidem plurimis modis v. c. e pileo centrali (*Craterellus* Pers. disp.), ramoso (*Merisma* l. c.), sessili (*Thelephora* l. c.) effuso-reflexo (*Stereum* l. c.), nullo (*Corticium* l. c.) — vel ex hymenio maturo (*Theleph.* M. E.), immaturo abortivo (*Athelia* l. c.), nullo s mycelio sterili, systematis vegetativi more in infinitum et vage ludente, unde genera quoque infinita et vaga (*Xylostroma*, *Ozonium*, *Himantia*, *Fibrillaria*, species *Racodii* etc., etc.), sed haec etiam complectuntur mycelia Hydneorum, Polyporeorum, Agaricinorum etc. — Nos integrum hactenus servavimus, cum singularum specierum morphosis prius erat plene exploranda; hoc in Elencho absoluto, nunc plura, ut spero, perennia propono, quum ex tota indole et morphosi pendent, nec tantum ex analysi, pro diversis statibus, immo diversarum idearum interpretatione, semper varia, et hinc inter Phaneromycetes, ut Phanerogamas, secundi ordinis. Sed ob hymenium haud effiguratum ex hujus forma sumi nequeunt; eo ipso magis naturalia fiunt. Licet prisca supervacanea synonyma ut nomina generum restituerim, *quoad ideam* genera nostra cum priscis nil habent commune.

XLI. CRATERELLUS. (Gen. Hym.). Hymenium *carnoso-membranaceum*, distinctum, sed hymenophoro horizontali adnatum, definite inferum, contiguum,

immutatum persistens (nec collabens) glabrum, laeve aut demum rugosum. Asci perfecti, immersi, sporidiis albis. *Fungi terrestres, carnosi l. membr., subolidi, stipitati, autumnales, putrescentes, habitu prorsus inodori Cantharelli*, hinc Canth. Phlebini *Fr. El.*, *sed a Patribus melius cum sqq.* (sub Helvella) *conjuncti.* Merulii, Gomphi, Craterelli *M. E.*

Species rugosae et laeves non magis inter se differunt quam *Clav. rugosa* etc. a proximis; *Gomphus conicus* Pers. quoque est vera Clavaria. — *Hypolyssus* Pers. longe alienum; *H. ventricosus* est *Lactarius deliciosus* a Sphaeria testacea incrustatus!

a. Tubiformes, *ad basin stipitis pervii, hygrophani.*

1. C. ODORATUS, pileo submembran. tubiformi pervio subflocculoso, margine deflexo, *stipite* cavo *hymenioque* persistenter *laevi aurantiacis.* *Fr. El. p.* 51. — *Schwein.! Car. n.* 832. Locis humidis Americae bor., caespitosus, prolifer. Sq. simillimus; pileus aurantius, sed tomento fusco conspurcatus. Odor fortis, Violae.

2. C. LUTESCENS, pileo submembr. tubaeformi mox pervio undulato fusco flocculoso, *stipite cavo luteo*, *hymenio* remote costato e laevi *venis implexis* rugoso. *S. M. p.* 320. *El. p.* 50. *Weinm. Ross. p.* 288. Mer. lutesc. *Pers. syn.* ex ips. determin. et *Alb. et Schwein. p.* 234. eximie! M. xanthopus. *Myc. Eur. t.* 13. *f.* 1. — *Schaeff. t.* 157. *Bolt. t.* 105. *f.* 2 »ob venas vix ullas perceptibiles» sed minor. — b. Ag. Aurora. *Batsch f.* 36.! Locis humidis in pineto-montanis. Odor fortis, spirituosus. Hymenium luteum; in rubellum, aurantium l. caesium vergens; costae *Theleph. undulatae.* Simillimus *Canth. tubaeformi* (jungit Buiiliard).

3. C. OCREATUS, pileo submembr. tubaeformi pervio rugoso-squamoso *rufescenti-pallido*, *stipite brevi nigro*, hymenio persistenter laevi pallido. *Pers. M. E.* 2. *p.* 5. *t.* 13. *f.* 2. Lectus circa Parisios. *Mihi ignotus*, forte sq. jove sicciori natus.

4. C. CORNUCOPIOIDES, pileo submembr. tubaeformi pervio squamuloso *nigrescente-fuligineo*, *stipite cavo nigro hymenio* e laevi *ruguloso* cinerascente. *Pers. l. c.* *S. M. p.* 321. Peziza Cornucop. *Linn.* — *Fl. Dan. t.* 384. 1260. *Schaeff. t.* 165, 166. *Sowerb. t.* 74. *Krombh. t.* 46. *f.* 10—13. *Mich. t.* 82. *f.* 5, 6. etc. ubique pictus. Vulgatus in

silvis. Siccus cinereus (*Secr. n.* 11. 2. *p.* 471) sed *Canth. cinereus* lamellis abunde differt. *Mich. t.* 82. *f.* 7, 8. ad vivum observandae.

b. Infundibuliformes, *stipite farcto*, *expallentes.*

5. C. ROSEUS, pileo carnosulo infundibuliformi lobato substrigoso *pallide roseo*, stipite farcto deorsum attenuato hymenioque demum ruguloso albis. *Fr. El. p.* 53. Merul. *Schwein.! Car. n.* 833. In silvis muscosis Amer. borealis. Major, olidus.

6. C. VIOLACEUS, pileo carnosulo infundibuliformi repando *violaceo expallente* (»farinoso»), stipite farcto deorsum attenuato, hymenio rugoso-venoso concoloribus. *S. M. p.* 319. c. syn. *Secr.* 2. *p.* 469. Mer. Ottonis. *Spreng.* M. purpur. *Pers. M. E.* 2. *p.* 13. In silvis rarissime, semper solitarius et minus perfectus lectus, hinc adhuc incertus.

7. C. SINUOSUS, pileo carnosulo infundibulif. undulato flocculoso-villoso *fusco-griseo*, stipite farcto hymenioque demum *implexo-rugoso* pallide cinereo. *S. M. p.* 319. *Secr.* 2. *p.* 468. *Lasch in Linn.* — *Alb. et Schw. n.* 692. *Vaill. par. t.* 11. *f.* 11—13. In quercetis udis. Olidus, »moschatus» Secr. Quoad hymenium cum *C. lutescente* prorsus analogus.

* C. CRISPUS, pileo subpervio crispo fuligineo fulvescente, stipite deorsum farcto hymenio laeviori. Helvella. *Bull. t.* 465. (var. fulva) *Sow. t.* 75. In silvis. Ambigit inter praeced. et sqq., a me non lectus; nec ad *Th. undulatam* referendus licet *coriaceus* dictus, forte sec. Schaefferum, cujus icon potius Thelephoram sistit. Pers. cum *Th. undulata* conjunxisse videtur, *Swartzii!* est *Th. und*

8. C. PUSILLUS, pileo carnosulo planiusculo aequali villoso stipiteque farcto subcompresso *cinereis*, *hymenio laevi* caesio pruinato. *M. E. l. c.* — *S. M. p.* 321. *Secr. l. c.* Canth. Kunthii. *Chev. par. t.* 7. *f.* 6. In fagetis rupestribus. Priori longe minor; cum *C. crispo* forte confluens.

c. Deformes, *pileo stipiteque solido carnosis.*

9. C. CLAVATUS, pileo carnoso turbinato truncato depressove flexuoso impolito subflavescente, in stipitem solidum attenuato, hymenio *purpurascente decolore* e laevi corrugi. *S. M. p.* 322. *cum syn. et varr. Schaeff. t.* 164, 276. *Schmid. ic. t.* 60. *Jacq. Coll. t.* 12. *f.* 3. *Krombh. t.* 45. *f.* 13—17. magis plicatus. *Secr.* 2. *p.* 471—473. *n.* 12—14.

In silvis, praecipue abiegnis; prope Upsaliam ad Vreta raro. Caro crassa alba. Hymenium e sporidiis albo-pruinatum, non discretum, e carneo violaceo in fuligineum l. umbrinum transit. — *Schaeff. t.* 275. (forma tubulosa) ex ipso *Cr. Cornucop.* monstrum, e *Secretan* distincta spec. hujus regionis.

10. C. COCHLEATUS, pileo carnoso tenui subinfundibuliformi inciso-laterali glabro in stipitem solidum attenuato, hymenioque laevi deorsum ruguloso *ochraceo* immutato. Locis similibus Sueciae, raro. Similis *Schaeff. t.* 276. *f.* 4., sed hymenium semper ochraceum, rugae tenellae, sursum nullae, sq. fere propior.

11. C. CANTHARELLUS, pileo carnoso lento subinfundibuliformi sublaterali glabro in stipitem attenuato, hymenioque sublaevi obscuriori *vitellinis*. Thel. Canthar. *Schwein.! Car. n.* 1000. In America bor. Color *Cantharelli cibarii*, tota indoles praeced. sed non venosus, demum vage papillosus, papillis in sicco collabentibus.

12. C. PISTILLARIS, pileo carnoso-spongioso turbinato-clavato, *superne* truncato subconvexo sterili *rugoso-crispato flavo*, inferne laevi fertili obscuriori. *Schaeff. t.* 290. forte h. l. In silvis muscosis densis abiegnis Upsaliae haud raro. Simillima *Clavariae pistillari*, distincta tamen.

**XLII. THELEPHORA.** (Gen. Hym.). **Hymenium subinferum, cum pileo anodermeo fibroso-contexto connatum, *costato-striatum papillosumve*, carnoso-lentum, rigescens, *demum flocculoso-collabens*. Asci subemersi, sporidiis (saepe quaternis) coronati.** *Fungi e carnoso coriacei, persistentes, subbiennes et saepe revivi-scentes, subfoetidi; centro terrestri et boreali.* **Theleph. sp.** *Vulgo.*

Ob cutis defectum forma maxime indeterminata et ambitus, fibris vulgo exsertis, luxurians; pileus haud zonatus. Ordinis *genus centrale*, *eorumque more* formas sat varias colligens, cum reliqua genera ita definita ut ulteriorem divisionem haud admittant. Sed *Merismata* certissime ad optimum typum.

I. MESOPUS. Stipes definitus, simplex, centralis. Pileus plus minus infundibuliformis, margine nunc fimbriatus, nunc ad stipitem multipartitus. Hymenium striatum. *Simplices, terrestres.*

* *pileo integro fimbriatove modo.* Cfr. n. 8.

1. T. ELEGANS, pileo carnoso-lento infundibuliformi-plano *candido-tomentoso*, circa marginem concentrice nigro-lineato, stipite centrali, hymenio papilloso fusco-purpureo, primo griseo-pruinato. *Pers. M. E. p.* 112. — *Sowerb. t.* 412. Ad terram Angliae. *Non vidi.*

2. T. RADIATA, coriaceo-mollis, e *ferrugineo* fuscescens, pileo infundibuliformi subfasciato, disco *colliculoso-subsquamoso ceterum radiato-striato*, stipite centrali curto simplici, hymenio striato subpruinoso concolori. *Fl. Dan. t.* 469. *f.* 1. haud bona. *Holmsk. Ot.* 2. *t.* 29. opt. *Nees Syst. f.* 250. — *Schaeff. t.* 321. In pinetis ad terram. Pulchella, minor, cum variis analogis Persoonio *T. caryophyllaea*, in S. M. indicatis (b. l. c. est haec), quos nunc separare audemus. Rarissime *Merismoideo-strigosa*, fibris pilei patulis (*Schaeff. f.* 5.).

3. T. REGULARIS, subcoriacea, pileo infundibuliformi *sericeo-nitente laevi fusco*, margine lacero, stipite hymenioque striato subpapilloso *glabris* pallidioribus. *Schwein.! Car. n.* 993. *Fr. El. p.* 165. Ad terram Americae boreal.

4. T. PANNOSA, coriacea, *pallida*, pileo depresso *squamoso*, *margine fimbriato*, stipite subvilloso, hymenio striato *setuloso*. *S. M. p.* 430. *El. p.* 164. *Secr. n.* 1. *Sow. t.* 155. Eadem et Th. pallida. *Myc. Eur.* 1. *p.* 111. *Ic. descr. t.* 1. *f.* 3. Ad terram Europae. Sq. firmior, sublignosa.

5. T. UNDULATA, coriaceo-membran., *pallida*, pileo depresso *laevi glabrello*, *margine integro* undulato, stipite curto villoso, hymenio costato setuloso. *Fr. El. p.* 164. *Weinm. Ross. p.* 378. Canth. *S. M. p.* 321. (*M. crispum* P. lapsu calami citatum neminem fugere potest). Cfr. ceterum *Crater. crispum*) Ch. fimbriatus. *Syll.* 2. *p.* 99. — *Schaeff. t.* 278. Ad terram sterilem, inter muscos Europae boreal. — Haec et prior substantia et hymenio haud manifesto recedunt. Fieri posset ut *Xerotis* affiniores.

** *pileo ad stipitem ramoso-partito, raro integro.*

6. T. TUBEROSA, subcoriacea, glabra, *pallida*, rufescens, pileo ad *stipitem bulbosum* in ramos compressos infundibuliformi-dispositos inciso, hymenio infero glabro. *Fr. El. p.* 167. Merisma. *Grev. t.* 178. Ad terram Scotiae. Haec et sq. stipite simplici et pileo infundibuliformi-verticillari, licet inciso, a trib. III. recedunt.

7. T. ANTHOCEPHALA, coriaceo-mollis, *subferruginea*, pileo ad *stipitem* simplicem aequalem *villosum* diviso in lacinias

suberectas sursum dilatatas fimbriatasque albicantes, hymenio infero laevi. *Bull. t.* 452. *f.* 1. Ad terram Galliae. Ex hac manifeste serie, *T. intybaceae* affinis; pileus raro simplex (h. e. integer), passim 2—3 partitus, vulgo multifidus.

8. T. CARYOPHYLLAEA, subcoriacea, *fusco-purpurea*, pileo depresso *fibroso-lacero*, nunc margine inciso, nunc in ramos paucos lineares diviso, *hymenio laeviusculo glabro. S. M. p.* 430. a. *El. p.* 166. *Sommerf. Lapp. p.* 280. *Weinm. Ross. p.* 378. etiam *Pers.* e defin. Locis muscosis subgraminosis sub Betulis legi. Inodora. In perfectioribus rami coalescunt in pileum integrum, in minoribus discreti lineares. Ex eodem mycelio et stipite legi: haec *Cl. flabellaris Batsch. f.* 159. Merisma flab. *Pers. Secr. n.* 3. Reliquas commutatas, in S. M. sepositas formas, b ad n. 2, c. ad n. 19. referimus! Etiam *Th. terrestris* analogam offert formam, sed est multiplex, mollior etc.

9. T. MULTIPARTITA, subcoriacea, *glabra*, *fusco-cinerea*, pileo infundibuliformi ad stipitem aequalem usque multipartito, laciniis sursum dilatatis incisis, hymenio glabro, basi plicato. *Schwein.! — Fr. El. p.* 166. Ad terram Americae boreal.

10. T. SPECIOSA, subcoriacea, *ferruginea*, *undique velutina*, pileo ad stipitem torulosum in lacinias plures erectas repandas fimbriatas diviso, hymenio infero subsulcato setuloso. *Fr. Linn. V. p.* 525. *Plum. Fil. t.* 168. *f. K.* In America calidiori. Speciosa, praeced. longe major, hymenio velutino setulosoque simul.

II. PLEUROPUS. Stipes distinctus, definitus, simplex, Pileus dimidiatus, lateralis. *Solitarii*, *nec caespitosi*.

11. T. DENDRITICA, coriaceo-mollis, *gilva*, *pileo* reniformi *integro*, margine vix denticulato, stipite laterali firmo, hymenio fibrilloso-deliquescente. *Pers. in Freyc. Voy. t.* 1. *f.* 4. In insula Rawak. Stipes ex Pers. elongatus; in icone ab human. *Montagne* missa, brevis, crassus.

12. T. AURANTIACA, coriaceo-membran., *aurantia*, *pileo* inaequali *laciniato* in stipitem lateralem tenuem attenuato, hymenio striato. *Pers. l. c.* In Brasilia. *Non vidi*, ex Auctore *T. pannosae* proxima.

III. MERISMA. Liberatae, substipitatae, vel totae in ramos inordinatos solutae, vel caespitoso-multiplices, imbricato-concrescentes, basi non effusae. — Inter has binas for-

mas transitus innumeri. *Mesopodes eundem duplicem typum*, *pileum integrum et in ramos solutos* offerunt. Parum harum plantarum *affinitatem et morphosin* intelligunt, qui genere separant.

* *Coralloideo-ramosae, hymenio subamphigeno.*

13. T. Cladonia, coriaceo-mollis, erecta, *glabra*, *pallida*, *virescens*, stipitibus caespitoso-connexis palmato-ramosis, ramis irregularibus pyxidatisque, apice fimbriatis substrigosis. *Fr. El. p.* 168. Merisma. *Schwein.! Car. n.* 1068. Ad terram Americae borealis. Morphosis exacte Cladoniae.

14. T. palmata, coriaceo-mollis, erecta, ramosissima, *pubescens*, *fusco-purpurascens*, basi simplici stipitiformi, *ramis complanatis laevibus* sursum dilatatis palmatis subfastigiatis, apice fimbriatis albicantibus. *S. M. p.* 432. *El p.* 167. *Weinm. Ross. p.* 379. Merisma foetidum, palmatum *Pers.* — *Grev. t.* 46! *Krombh. t.* 54. *f.* 24, 25. Clavaria. *Scop.* nec nisi var. *Holmsk.* 1. *p.* 106. *t.* 10. *Nees f.* 151. Ad terram communis, a. locis humidis pinetorum. Odor foetidissimus. *Sicca ferruginascit.* Lobi cuneati, raro in pileolos infundibulif. dispositi. Facile ut species separantur:

* T. digitata, caespitosa, stipitibus sursum digitato-ramosis, ramis plano-linearibus truncatis. Prioris var. β. *Pers. syn.* *S. M. l. c.* — *Sowerb. t.* 156. sed excl. syn. Bull Locis siccioribus.

* T. diffusa, caespitibus sessilibus fuscis, ramis imbricatis adscendentibus pruinato-villosis parum incisis *S. M. l. c.* Merisma *Secr. n* 4. excl. syn.! Ad latera arenosa viarum in pineto-montanis, copiose. Pumila, a *Th. spiculosa* diversissima.

15. T. Coralloides, coriaceo-mollis, suberecta, corallino-ramosa, *e fusco nigra*, basi caespitosa, *ramis stipatis sursum incrassatis* subcompressis *striatis*, exterioribus gradatim brevioribus, apice dentato fimbriatis. *S. M. p.* 432. *Bull t.* 452. *f.* 2. Ad terram Galliae. *Non vidi;* forte *T. diffusa* huic propior.

16. T. clavularis, coriaceo-mollis, irregulariter ramosa, *rufofusca*, basi stipitiformi subtuberosa, *ramis teretibus attenuatis laevibus glabris* subtiliter pruinosis, apicibus acutis pubescentibus albidis. *S. M. p.* 433. *Obs. M.* 1. *t.* 1. *f.* 1. (ut omnes l. c. rudis). — *Dezmaz. exs. n.* 271. minor. In silvis raro. *T. palmatae* minor, gracilior, non foetens. Colore et ramorum situ inordinato a *Th. caryophyllaea flabellari* differt.

17. T. THAMNOIDES, coriacea, arida, erecta, *fusco-cinerea*, basi stipitata radicata, ramis vagis sursum compressis flocculoso-laevigatis nudis, *apice conformibus.* Ex ins. Mauritii *Klotzsch* Parum evolutam vidi.

** *imbricato-caespitosae, pagina superiori sterili.* Stipites sublaterales, sed concrescendo centrales variant.

18. T. CANDIDA, caespitosa, mollis, *candida, stipitibus* crassis *palmato-ramosis*, pileolorum laciniis patulis apice fuscescentibus, hymenio definite infero rugoso. *Fr. El p.* 168. Merisma. *Schwein.! Car. n.* 1069 In terra uda Amer. borealis freq. Caespites 6 unc. Ob stipitem lateralem, lacinias planas, hymenium definite inferum et affin. cum *T. terrestri* ad hanc, nec praeced. sectionem, pertinet.

19. T. INTYBACEA, caespitosa, mollis, *ex albido rufo-ferruginea*, demum fuliginea, stipitibus sublateralibus concrescentibus, pileolis imbricatis fibrosis *margine* dilatatis *primo albo-fimbriatis*, dein integris concoloribus, hymenio infero papilloso subfloccoso. *Pers. syn. p.* 567. *S M. p.* 431. *Bull. t.* 482. *f.* 6, 7; 278. Merisma strigos. *Pers.* status infans. In silvis frondosis ad terram. Caespites nunc centrales obconici, nunc laterales, pileolis subtriangulis. Cum *Th. laciniata* olim junxi: b. c. *El. p.* 170. *h. l.*

20. T. TERRESTRIS, caespitosa, mollis, *fusca, nigrescens*, pileolis imbricatis applanatis fibroso-strigosis azonis in stipitem sublateralem porrectis, *margine similari*, hymenio infero radiato-rugoso. *Ehrh.! Cr. n.* 179. *S. M. p.* 431. *El. p.* 170. *Nees syst. f.* 251. optima! *Batsch f.* 121. Ad terram truncosve carie consumtos. Priori minor. Stipes confluendo etiam centralis fit; interdum pilei laciniati squamosi Merismoidei. Haec videtur *Th. laciniata*, prior *Th. terrestris* Secr. 3. p. 616.

21. T. ATRA, caespitosa, ampla, mollis, pileolis e tubere communi oriundis imbricatis basi attenuata sessilibus difformibus sublobatis *ex atro fuligineis, hymenio laevi setuloso atro* albo-pruinoso. *Weinm.! Ross. p.* 380. — Merisma. *Secr n.* 2. videtur status merismoides. Ad terram Rossiae. Maxime spectabilis, caespitibus subcentralibus 2—3 unc. latis primo albo-fimbriatis.

22. T. GAUSAPATA, dimidiato-caespitosa, sessilis, suberoso-mollis, *pileolis conchatis rugosis* fibroso-strigosis fusco-pallescentibus, *margine integro, hymenio radioso-rugoso glabro* pallide fusco. *Fr. El. p.* 171. Ad truncos Galliae occid.

Nulli affinis, caespitibus liberis basi haud effusis a sqq. diversa. Pilei spurie zonati, recentes subcarnosi.

IV. APUS. Pileus sessilis, *basi effusa incrustante* (unde maxime versiformes) *in ambitu libera effigurata*, nunc spiculoso-ramulosa, nunc lobato-pileata. *Forma nulla constans, sed omnes simul effusae laevigatae ut* Resupinatae *leguntur!, a quibus ambitu carnoso-effigurato modo differunt.* Merisma serratum P. *est status analogus* Th. sebaceae.

* *incrustando ramulosae. ambitu spiculoso*

23. T. CRISTATA, incrustans, tenacella, *pallida*, in ramulos laciniasve adscendentes caespitosos abiens, apicibus subulatis fimbriatis, hymenio in plagis laevigatis et ramorum lateribus papilloso. *S. M. p.* 434. *Sommerf. Lapp. p.* 280. *Desmaz. exs. n.* 362. Merisma cristat. *Pers.* — *Bull. t.* 415. *f.* 1. *Sow. t.* 158. M. columnare. *Secr. n.* 6. Cl. cristata. *Jungh. Linn. V. t.* 7. *f.* 2. Ad muscos, folia, gramina etc., fr. in fagetis. Junior non ut sqq. byssina, spiculis magis erectis fasciculatis. At nulla forma constans. Saepe cum *Clav. cristata* commutant, sed *nulla Clavaria incrustans!* Status primarius et typicus occupans paginam inferiorem foliorum Fagi laevigatus, resupinatus, hyalino-fuscescens, ambitu adpresso fibrilloso, quem sine nexu cum vulgari pro *Thelephora laevi* P. forsan haberes! Haec protrudit etiam ramos paucos obconicos: Merisma penicell. *Pers. syn. p.* 583. — *n.* 2, 4, 5. *M. E. etiam h. l.*

24. T. FIMBRIATA, effusa, e molli cartilaginea, incrustando versiformis, *rufescens, protrudens ramenta elongata* decumbentia *teretia ramosa* secunda apicibus fimbriatis. Merisma. *Schwein. Car. n.* 1067. Ad terram Carolinae. *Non vidi.* [*M. fibrosum* Secr. n. 8. e substantia et odore Polyporus degener].

25. T. SPICULOSA, effusa, e byssino carnosa, incrustando versiformis, *fusco-purpurea. ambitu ramuloso-spiculoso*, apicibus penicillatis albicantibus. *S. M. l. c. Alb. Schw. n.* 847. Theleph. penicell. *El. p.* 168. cum syn. [M. penicill. *Pers.* etiam huc referri potest, at e loco prius]. Merisma fuscesc. *Schwein.! Car.* — M. cauliflorum. *Secr.* 3. *p.* 235. In pinetis humidis supra folia Pini. Typica effusa, laevigata, in ambitu spiculis subulatis radians. E forma cecerum hujus et praeced. quotcumque velis separare potes.

26. T. RUDIS, effusa, e molli coriacea, incrustans, *ligneo-pallens*, protrudens ramenta erecta connato-caespitosa

simplicia velutina compressa acuminata integra. *Fr. Linn. V. p.* 526. Ad terram Brasiliae. Interdum omnino *laevigata*, vulgo forma *Oscillatoriae Friesii*, quam pro Merismate quoque accepi.

27. T. FASTIDIOSA, effusa, mollis, amorpha, incrustando concrescens, *candida, in ramos laminosos abiens*, hymenio infero rufescente papilloso. *S. M. p.* 435. Merisma. *Pers. Comm. Clav. p.* 97. cum descr. In Fagetis umbrosis. Maxima, *foetidissima*. Per multos annos non vidi. Haec et sq. utramque sectionem omnino conjungunt, quare et Thelephoris et Merismati adscripsit Persoon.

** *effuso-reflexae, pileatae.*

28. T. MOLLISSIMA, carnoso-mollis, incrustans, pileis effuso-reflexis *laciniatis subtomentosis albidis*, hymenio infero glabro laevi fusco-purpureo. *Pers. syn. p.* 572. *S. M. p.* 435. *Secr. n.* 22. Ad ramulos, terram, folia. Si veram vidi, a *T. cristata* vix satis differt, licet forma valde recedat. Substantia nostrae spongioso-mollis.

29. T. LACINIATA, coriaceo mollis, incrustans, *ferrugineo-fusca*, pileis subimbricatis *effuso-reflexis fibroso-squamosis, margine fibroso-fimbriato* primo albido, hymenio infero papilloso flocculoso. *Pers. syn. p.* 567. *S. M. p.* 431. (incl. Th. intybac a) *Weinm. p.* 381. — *Bolt. t.* 173. *Sowerb. t.* 213. *Fl. Dan. t.* 1198, 949. Ad truncos, ramulos et terram praecipue in pinetis; vulgatissima generis; *Th. terrestris, caryophyllaea* etc. plurimorum haec! Simillima *T. intybacea*, cum circa caules Vacciniorum et varias stipulas adscendens stipitata appareat, hinc olim conjunxi. Perennans, stratose reviviscens.

30. T. BIENNIS, coriaceo mollis, late incrustans, *cinereo-fusca*, pileis demum anguste reflexis *tomentosis*, ambitu fimbriante, hymenio subresupinato *glabro* subsetuloso basi plicato. *S. M. p.* 449. Th. fusco-cinerea. *Pers. M. E.* 1. *p.* 114. — Auric. Phylacteris. *Bull. t.* 436. Ad terram, sed truncos immo lapides incrustans. Th. terrestri respondet, sed vegetior, tenuior, latior, subtus haud striata. Biennis, nec reviviscens.

31. T. FRONDESCENS, coriaceo-mollis, late incrustans, *fusca*, pileis effuso-reflexis *rugosis sublobatis glabriusculis*, margine integro, hymenio infero laevi velutino. *S. M. p.* 436. In pineto-montanis supra muscos semel copiosiss. Praeced. aut potius n. 28. analoga, annua.

32. T. PUNICEA, effusa, subrotunda, demum reflexa, margine angusto tomentoso subzonato fusco, hymenio granulato subpulverulento *e sordide puniceo* brunnescente. *Alb. et Schw. p.* 278. *El. p.* 199. *Secr. n.* 27. Ad cortices, rara. Misit *Chaillet!* — Aliam, inquirendam, valde similem in Reften Scaniae ad truncos Coryli legi, sed pagina sterilis punicea, hymenium glabrum fusco-purpureum.

V. RESUPINATUS. Resupinatae, immarginatae, in ambitu similares aut byssino-fibrillosae. — Similes proferunt mycelia priorum status sed steriles. — *Status haud perfecti Stereorum et Corticiorum facile quoque confunduntur.*

* *Carnoso-coriaceae, incrustantes, terrestres.*

33. T. HELVELLOIDES, late effusa, crassa, e spongioso indurata, *radicosa*, tuberculosa, *e pallido olivaceo-fusca, punctato-scabra. Schwein.! Car. n.* 1041. *Fr. El. p.* 193. Ad terram Americae borealis. Maxima, bullata, radicibus Rhizinam referens. Sui generis facile crederes, sed *T. puteanae* similis.

34. T. SPONGIOSA, late effusa, spongioso-mollis, dein indurescens, arrhiza, *umbrino-purpurascens, hymenio* in clavulas excrescente *pulverulento. Schwein.! n.* 1051. *El. l. c.* Ad latera rupium in America bor. supra muscos, unde forsan hymenium efflorescens. Analoga cum *T. stabulari*.

35. T. CRUSTACEA, late effusa, subcarnosa, undulato-tuberculosa, *fusco-umbrina*, ambitu similari albo-flocoso, hymenio *papilloso setuloso. Schum.* — *S. M. p.* 450. *Fl. Dan. t.* 1851. *f.* 2. Th. umbrina, *Pers. syn. p.* 578. (sed in M. E. ad Th. biennem ducitur). Ad terram humosam pinguem legi. A crustis primordialibus (s. Hypochno umbrino *Wallr. Cr. p.* 312), externa facie similibus, *Th. atrae, biennis* hymenio perfecto admodum differt et absolute crustacea, et bullose modo elevata.

36. T. CAESIA, effusa, determinata, mollis, contigua, *cinereo-caesia*, hymenio laeviusculo *setulis quaternatis. Pers. Obs.* 1. *t.* 3. *f.* 6. *S. M. p.* 449. c. syn. *Nees Syst. f.* 254. Ad terram. Equidem nuper in ericetis sterilibus legi huc referendam, sed admodum tenuem, aridam, griseo-caesiam — puto statum hornotinum — quae speciem diversam certe indicat. [Cfr. *T. ericetorum* M. E. p. 135 »fulvogrisea».]

37. T. BYSSOIDES, irregulariter effusa, primo byssina, ochroleuca, dein in *disco* compacta carnosa *pulverulenta flava*,

ambitu byssino albidiori. *Pers. syn. p.* 577. *S. M. p.* 452. c. syn. — sterilis: Athelia strigosa. b. *Pers. M. E. p.* 83. *Secr. n.* 84. Supra muscos, ramulos etc. in terra pinetorum. An *Cortic. strigosum* Obs. M. 2. p. 18. var. sit corticola, ut Pers. l. c., nesciam, cum non viderim.

38. T. SEBACEA, effusa, carnoso-ceracea, indurescens, incrustando versiformis. tuberculosa l. stalactitia, *albida*, ambitu similari, *hymenio flocculoso-pruinoso-collabente. Fr. El. p.* 214. c. syn. *Secr. n.* 79. Merisma serratum. *Pers. Comm. t.* 4. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 1302. Th. sebacea et incrustans. *Ejusd.* — *Letell. Suppl. t.* 6. Gramina etc. incrustat, *Merismatum* saepe facie, sed ambitus conformis. — Var. insignis: *Caldariorum* Weinm. Ross. p. 396.

** *carnosae, effusae, subpulverulentae, epixylae.*

39. T. PUTEANEA, subrotunda effusaque, carnosa, subcrassa, fragilis, *flavescenti-pallida*, demum fulvo-olivacea, *postremo fusco-olivaceo-pulveracea*, ambitu mucedineo albo, hymenio subundulato. *Schum.* — *El. p.* 194. c. syn. et varr. copios. *Weinm. p.* 390. *Fl. Dan. t.* 2035. *f.* 1. (habitu inconsueto). Ad ligna putrida, praecipue domestica, annua, sed suis locis quotannis redit. Nobilis, sed noxia, species; *ascis semi-emersis manifestioribus sporidia emittentibus*, quam in plerisque — perperam typus generis *Coniophorae* Rec. H. l. *Con. cerebella*, (Theleph. *Syn. p.* 580), *cuticularis*, *cellaris Pers. M. E.* Uda passim lacrimans, sicca subcartilaginea laevior, sterilis tenuior.

40. T. STABULARIS, effusa, junior byssina alba, dein carnoso-mollis *vinoso-fusca*, ambitu byssino albo persistente, hymenio tuberculoso *albo-pruinoso*, tuberculis collabentibus. *S. M. p.* 435. — b. zonata. Th. foetida. *Ehrenb. Ber. p.* 30. var. videtur. *M. E.* 1. *p.* 154. In stabulo bovino ad asseres fimo tectos, rara, sed suo loco quotannis. Odor foetidus e loco.

41. T. ERADIANS, effusa, carnosa, tenuis, adnata, utrinque glabra, ambitu brevi radiante albo, *hymenio* (recente) *olivaceo-fusco subnudo* jugis a centro radiosis collabentibus distincto. *El. p.* 195. Ad ligna Pini putrida silvatica, raro. Sporidia pulveracea obscura parca.

42. T. RETICULATA, effusa, carnosa, ex aurantio aut subrubente cinerascens, pruinato tomentosa, *ambitu fibrilloso-reticulato intricato olivaceo*. papillis crassis coacervatis collabentibus. *El. p.* 196. Th. marginata. *Alb. et Schwein. p.*

281. Ad ligna putrida Pini, raro. Spectabilis, sed nos non nisi sterilem vidimus.

43. T. UMBRINA, effusa, carnoso-mollis, *umbrina*, subtus villosa, *ambitu brevi radiante concolori*, hymenio e tuberculoso collabente ferrugineo-pulverulento. *Alb. et Sch. p.* 281. *β. El. p.* 199. *Weinm. p.* 393. Ad ligna putrida abiegna. Si coriacea fuisset cum aliis pro *T. abietina* sumerem.

44. T. VIOLASCENS, effusa, mollis, tenuis, secedens, *subcinerea*, subtus araneato-tomentosa fusca, *ambitu brevi* villoso-radiato *violaceo-albo*, hymenio papilloso albo-pulverulento. *S. M. p.* 451. *El. p.* 202. Ad ligna vetusta pinea. Elegans, a praeced. recedens, fere membranacea.

† Th. domestica *S. M. p.* 451. (Himantia *Pers. syn. p.* 703) fuscescens, subtus araneoso-tomentosa violacea — nuperius a me non examinata, ulterius, ut locus definiatur, observanda.

*** *membranaceae, radiantes, aridae, hymenio pulverulento aut vulgo floccoso-collabente.* Cum prioribus ad ligna putrida. Cfr. n. 32.

45. T. LAXA, membran., mollis, laxe adhaerens, subtus araneoso-tomentosa ambituque byssino albis, hymenio papilloso *e pallido olivaceo-ferrugineo* ferrugineo-pulveraceo. *El. p.* 196. Ad ligna putrida, raro. Cum *T. puteana* analoga.

46. T. ARIDA, membran., effusa, adnata, contigua, ambitu albicante, hymenio laevi sulfureo-alutaceo dein *setuloso-pulveraceo umbrino-ferruginascente. Fr. El. p.* 197. *Weinm. p.* 391. *Secr. n.* 54. Ad ligna Pini domestica et silvatica.

47. T. OLIVACEA, membran., effusa, adnata, ambitu fimbriato albicante, hymenio *obscure olivaceo* setuloso-tomentoso. *El. p.* 197. *Secr. n.* 55. Hypochnus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 282. Ad ligna Pini putrida in pineti-montan. copiosa. Nostra laevis, sed *Th. botryoides Schwein.! Car. n.* 1050 dense granuloso-papillosa, ceterum simillimae.

48. T. CHALYBAEA, effusa, tomentosa, *e chalybaeo* demum olivaceo-cinerea, papillis congestis. *Pers. syn. p.* 578. c. syn. *Alb. et Schw. p.* 281. Ad ligna pinea. Mihi non obvia, sed videtur ex hac regione. Margo, ex A. S., passim albidus; superficies molliter tomentosa, velutina.

49. T. FERRUGINEA, effusa, adnata, *undique tomentosa, ferruginea*, hymenio papilloso pulveraceo. *Pers. syn. p.* 578. *Fr. El. p.* 198. c. syn. *Weinm. l. c.* non Secr. Ad ligna

et cortices arb. frond. Cum sqq. transit ad ****. Ambitus primo radians, albus.

50. T. ANTHOCHROA, effusa, subadnata, ambitu byssino pallidiori, hymenio laevi *lateritio-roseo* pallescente toto flocoso-velutino-soluto. *Pers. syn. p.* 576. *Alb. Schw. p.* 278. *Fr. El p.* 207. Ad truncos putridos Betulae. Est e pulcherrimis! In *Pers. Myc.* 2. *p.* 120. ducitur ad *Hydnum rubrum* (species mihi ignota, forte *Gausapia*). Valde diversa a *Corticio velutino*, et ut omnes praecedd. a Sporotrichis.

† T. *roseo-carnea* Schwein.! Car. n. 1031. Dubia.

**** *Totae flocoso-contextae, hinc ambitu haud radiante, in floccos facile collabentes.* Papilligerae, sed non pulverulentae. Subcorticolae, ad ligna minus putrida.

51. T. BOMBYCINA, late effusa, incrustans, tenuis, *alba*, recens carnosa glabra pruinosa, dein siccatave *mox flocculoso-fatiscens*, papillis rotundis congestis aequalibus. *Sommerf. Lapp. p.* 284. *Fr. El. p.* 211. ubi plena syn. expos. Theleph. sera *Pers. et Auct.*, forte et *Secr. n.* 80, status collapsus. Ad cortices praecipue Alni, ut reliquae hiemalis. Valde insignis.

52. T. MOLLIS, subrotunda, *floccoso-carnosa*, *mollis*, *pallida*, glabra, subrubello-maculata, subtus villosa, ambitu nudo, papillis majusculis inaequalibus. *S. M. p.* 443. Rara ad ligna pinea. Non collabescens ut prior. Var. pellicula *El. p.* 216.

53. T. ISABELLINA, effusa, incrustans, *byssaceo-tomentosa*, *isabellina*, ambitu concolori, papillis rotundis sparsis superficialibus. *Fr. Obs.* 2. *p.* 281. Ad cortices Fagi. — Haec et sequens papillas in ipso mycelio enituntur, sed multa Hydna eodem modo tantum aculeos edunt. Non simul pulverulentae et membrana unitae, ut species prioris sectionis.

54. T. PEDICELLATA, latissime effusa, incrustans, *byssino-contexta*. *compacta fulvo-cinnamomea*, ambitu undulato albo, subtus sub papillis sparsis subimmersis fusco-nigris radicans. *Schwein.! Car. t.* 2. *f.* 3. Truncos in America bor. ad 6 uln. latitudinem incrustat. Insignis, sui generis: *Gausapia* S. O. V. *El. p.* 200.

55. T. FUSCA, late effusa, adnata, *carnoso-mollis*, *tenuis*, *subfusca*, ambitu tenui dilutiori subtusque tomentosa, hymenio contiguo subrugoso nudo. *S. M. p.* 431. c. syn. *El. p.* 201. *Weinm. p.* 393. Cortic. fuscum. *Pers. Obs.* Th.

vinosa. *Pers. syn. p.* 578. Ad cortices Fagi, Abietis. In statu vegeto subcarnosa, sed eximie mollis, facie glabra, sed sicca favoso-rimosa et collabescens.

56.? T. BUFONIA, arcte adnata, orbicularis, confluens, *flocculoso-furfuracea*, *umbrina* (papillis spuriis a Sphaeriis incrustatis). *Pers. syn. p.* 578. *El. p.* 246. *Weinm. p.* 399. Eadem, T. pusilla et T. monothelia. *Myc. Eur.* ad sp. auth. Supra cortices, Sphaerias ut plura Corticia incrustans. Genus prorsus dubium.

† T. nigra pannosa. *Secr. n.* 60.

**XLIII. STEREUM.** (Gen. Hym.) Hymenium definite terram spectans, *coriaceum*, sat crassum, *cum strato intermedio pilei* dermatini *concretum*, *laeve*, *semper immutatum et contiguum persistens.* Asci immersi, sterilescentes, sporidiis subsolitariis pruinosis, haud pulverulentis. *Fungi primitus coriacei l. lignosi, subperennes, ob cutem crustaceam l. fibrosam forma definiti, zonati, integri, centro tropico.* Thelephorae spec. *Auctt.* Auricularia. *Fr. S. O.*

I. MESOPUS. Stipes centralis, distinctus, simplex.

1. S. CYATHIFORME, coriaceum, albidum, pileo late cyathiformi *setoso*, margine acuto integro, stipite hymenioque nudo glabris laevibus. *Fries in Linn. V. p.* 523. *Plum. Fil. Am. t.* 168. *f. A.* In America tropica ad terram. Ut omnes sqq. speciosum, distinctissimum.

2. S. INFUNDIBULIFORME, coriaceum, pallide fuscum, pileo infundibuliformi *hirsuto-squamoso*, margine lobato, stipite brevi eroso, hymenio laevi nudo. *Hook. in Kunth. Syn. p.* 12. In terra Andium Peruviae.

3. S. ELEGANS, cartilagineo-coriaceum, pileo infundibuliformi *glabro nitido rufescente* fusco-fasciato, margine undulato-plicato, stipite curto, hymenio laevi *pruinoso* albo-carneo. *Mey. ess. p.* 305. *S. M. p.* 430. Ad terram Guianae.

4. S. CARTILAGINEUM, cartilagineo-membran., fusco-purpureum, pileo infundibuliformi repando integerrimo opaco stipiteque tenui *glabris*, hymenio laevi *setuloso*. *Fr. El. p.* 165. Ad terram Brasiliae. Pileus vix zonatus sed striatus.

5. S. CURTUM, coriaceo-membr. undique *glaberrimum*, pileo plano-depresso subfulvo fasciato, stipiteque brevissimo nitentibus, hymenio laevi *nudo* pallidioribus. *Fr. Linn. V. p.*

523. Ad ligna, quibus basi stipitis, in tropicis solemni, dilatata orbiculari adnatus.

II. PLEUROPUS. Pileus in stipite distincto lateralis.

6. S. DAMAECORNE, coriaceum, intus helvolo-filamentosum, *pileis pluribus* dilatatis planis *rugosis* glabris verticillatim et lateraliter adnatis, stipite centrali simplici velutino fusco-atro, hymenio laevi setuloso badio. *Link. diss.* 1 sec. spec. in Herb. Willd. *Fries Linn. V. p.* 524. — *Plum. Fil. t.* 168. H. saltim affinis. In America calid. Proprie est pileus centralis sed in multos lobos pileiformi-dilatatos inciso ut in Th. 6—10. Tota indoles *Sterei rubiginosi.*

7. S. RENIFORME, coriaceum, cinnamomeum, pileo dimidiato *reniformi* integerrimo *zonato*, stipite e basi torulosa decumbente adscendente, hymenio laevi velutino. In America calidiori. Eumorphum, subvelutinum. Pileus uncialis. Praeced. affine, at pileus simplex.

III. MERISMA. Pilei caespitosi, liberato-adscendentes, imbricato-concrescentes, *margine porrecto* substipitati. *Epixyla.*

8. S. INVOLUTUM, coriaceum, pileis caespitosis imbricato-concrescentibus auriformibus *longitudinaliter striatis rugosis* azonis, basi in stipitem lateralem nigrum attenuatis, hymenio laevi nudo violaceo-purpureo. *Klotzsch! Linn. VII. p.* 499. Ad truncos Ins. Mauritii. — E descr. vix differret *Secr. n.* 3, sed potius lusus *S. purpurei.*

9. S. FASCIATUM, coriaceum, pileis caespitosis planis *villosis* griseo-cinereis, fasciis spadiceis nitentibus *zonatis*, basi attenuatis substipitatis, hymenio laevi glabro testaceo pallido. *Schwein.! Car. n.* 1011. *El. p.* 175. sub Th. versicol. var. caucasica. *Weinm. Ross. p.* 383. Ad truncos Americae et, ex Weinm., in terris Caucasicis. Tenue, sed caespites 3 unc. Valde affine *St. versicolori*, a quo differt ut prius a *S. purpureo.*

10. S. CHARTACEUM, chartaceo-membran., pileis caespitosis rotundatis subimbricatis *glabris zonatis* incanis, marginem versus hymenioque laevi farinoso ochraceis. *Mey. ess. p.* 305. Ad truncos Surinami. *Non vidi*, forte Apus.

IV. APUS. Pileus sessilis, *primitus resupinatus; sed a matrice liber et determinatus*, dein vulgo postice adnato-liber l. effuso-reflexus. *Epixyla.*

A. Postice adnata, umbonato-sessilia. *Nobilia.*

11. S. OSTREA, umbonato-sessile, *coriaceum*, pileo depresso-concavo zonato fusco cinereo-tomentoso, margine glabro lutescente, hymenio laevi glabro nudo *alutaceo-pallido*. *Nees Nov. Act. Nat. Cur. XIII. t. 2. Fr. El. p.* 175. Ad truncos Javae et Ind. orient. Maximum, caespitosum, subimbricatum, sed non margine porrecto stipitatum.

12. S. LOBATUM, umbonato-sessile, *coriaceum*, *rigidum*, pileo amplo undulato sordide helvolo villoso, zonis margineque glabrescentibus badiis, hymenio laevi glabro *subcinnamomeo*. *Kunz.! in Weig exs. — Fr. Linn. V. p* 527. *Klotzsch! ib.* Huc forte *Plum. Fil. t.* 168. *f. I.* In Brasilia, Surinamo, India occid. Hymenium in cinereum vergit.

13. S. LUTEO-BADIUM, umbonato-sessile, coriaceum, pileo tenui *subflaccido* villoso-rugoso glabrescente concentrice sulcato badio-ferrugineo, hymenio laevi glabro *luteo*. *Fries Linn. V. p.* 526. Th. badia. *Kunz. l. c.* Surinami et Chili, utroque loco cum Polyp. modesto.

14. S. CINEREO-BADIUM, umbonato-sessile, coriaceum, pileo *rigido* tomentoso badio, lineolis nigris zonato, hymenio laevi glabro *cinereo*. *Fr. l. c.* Th. badia. *Hook. in Kunth. Syn. p.* 12. Th. moluccana. *Pers. in Freyc. Voy.* sec. Montagne! In America calidiori, ins. Maris pacifici.

15. S. ATRATUM, umbonato-sessile, coriaceum, pileo tenui rigido laevi subfusco nigro-fasciato, versus marginem undulatum pallidiori, hymenio glabro *atro*. *Swartz! Fl. Ind. occ. p.* 1933. *S. M. p.* 437. *El. p.* 175. In ins. Caribaeis. Intus stratum pallidum. Hymenium mihi in siccis laeve, ex Sw. scabrum.

16. S. MEMBRANACEUM, umbonato-sessile, *subpapyraceum*, pileo dimidiato explanato velutino unicolori umbrino, hymenio laevi glabro *e violaceo* fusco-purpureo. *Fries in Linn. p.* 529. c. syn. Insula Mauritii. Tenuitate cum sq. insigne, ceterum amplum. Villus in lineas concentricas stipatus.

17. S. BORYANUM, umbonato-sessile, *subpapyraceum*, pileo postice umbilicato velutino zonato fuscescente, *hymenio* laevi glabro *alutaceo-pallido*. *Fries l. c. p.* 528. Cum priori, cui nimis affine, diversum modo ut *St. hirsutum* a *St. purpureo*.

18. S. VERSICOLOR, umbonato-sessile, *submembr.* pileo postice subeffuso applanato villoso, *zonis margineque glabrescentibus fuscis versicolori*, hymenio laevi glabro *pallido*. *Swartz! l. c. p.* 1933. *S. M. p.* 438. In tropicis regionibus. Affine n. 9.

19. S. MYTILINUM, umbonato-sessile, coriaceum, pileo conchato tomentoso concentrice sulcato griseo *unicolori*, *margine glabro nigricante*, hymenio laevi glabro carneo-livido. *Fr. El. p.* 175. In Brasilia. Parvum, unguiculare; sqq. minorum seriem incipit.

20. S. PORRECTUM, resupinatum, *coriaceum*, *postice stipitato-porrectum*, pileo orbiculari hirsuto azono griseo, hymenio laevi glaberrimo concolori nitente. *Fr. El. p.* 179. Th. grisea. *Schwein.! Car. n.* 1012. Ad ramulos Carolinae.

21. S. STRIATUM, resupinatum, *papyraceum*, *pileo postice sessili* orbiculari undique libero plano sericeo-striato nitente albo, hymenio laevi glaberrimo pallido. *Fr. l. c.* Th. sericea. *Schwein.! Car. n.* 1016. Cum priori. Pulchellum.

22. S. COMPLICATUM, resupinatum, liberum, pendulum, *papyraceum*, pileo striato fulvo-alutaceo, *margine crispato lobato inflexo*, hymenio laevi glabro pallido. *Fr. l. c.* Ad ramos Americae borealis, saepe lectum. Habitus *Cantharelli crispi* et cum *St. fusco* ad Cyphellas accedit.

B. Resupinata, typice *effuso-reflexa*. *Plebeja*, *ubiquitaria*, *saepe resupinata persistentia*, sed ejusmodi individua non varietates sistunt nec cum Resupinatis confundi possunt. Hactenus omnibus utpote liberatis *hymenium laevissimum* fuit; in sqq. vero, primo applanatis, oriuntur e scrupositate matris passim bullae quaedam vagae et vix prominulae, perperam pro papillis sumtae, v. c. in *St. hirsuto*, *rubiginoso* etc. Typice etiam hae laevissimae.

* *hymenio simplici glabro.*

23. S. PURPUREUM, coriaceo-*molle*, pileo effuso-reflexo obsolete zonato *villoso-tomentoso* pallido albidove, hymenio nudo laevi glabro *purpurascente*. *Pers. Obs. M.* 2. *p.* 92. *S. M. p.* 440. c. syn. et varr. *Weinm. Ross. p.* 385. — *Sowerb. t.* 388. *f.* 1. *Bull. t.* 483. *f.* 1. *Desm. exs. n.* 117, 414. *Mich. t.* 66. *f.* 4. Ad truncos ubique sub plurimis sat diversis formis, quas vero visis praecedd. nobilissimis specie distinguere taedet. Cfr. *Secr. n.* 13—21, 23—25, sed inter has etiam diversa immixta suspicor — et plurimas ob rationes Theleph. Secretani parum attendi.

* S. LILACINUM, minus, subtus lilacinum. *S. M. l. c.* c. syn. *Batsch f.* 131. Ad truncos Pini. Cfr. ceterum *S. M.* ubi pl. varr.

24. S. VORTICOSUM, coriaceum, pileo effuso-reflexo obscure zonato *strigoso-hirsuto* pallido, margine concolori, hy-

menio laevi glabro *purpurascente*. *Fr. Obs.* 2. *p.* 275. — *Bolt. t.* 82. *f. D.?* Ad truncos v. c. Betulae. Color fere prioris, sed tota indoles sq. A *T. purpurea betulina* S. M. diversa.

25. S. HIRSUTUM, coriaceum, pileo effuso reflexoque *strigoso-hirsuto* subzonato pallescente, margine obtusiusculo luteo, hymenio laevi glabro nudo exsucco *lutescente* variique coloris, trito immutato. *Willd.* — *S. M. p.* 439. c. syn. et form. b. c. *El. p.* 178. — *Sowerb. t.* 27. *Grev. Scot. t.* 256. *Fl. Dan. t.* 1199, [1738 *f.* 1. var.] *Bull. t.* 274. (et 483. *f.* 2, 4. varr.) *Desm. exs. n.* 116. *Mich. t.* 66. *f.* 2. Ubique terrarum vulgatissima stirps admodum protea. Varr. loci angusties notare non licet. *Secr. n.* 7—12 Corticia etc. forte complectuntur.

26. S STYRACIFLUUM, coriaceum, compressum *flavo-lactescens*, pileo effuso reflexove tomentoso griseo-lutescente, zona marginali nigra, hymenio laevi glabro pallido lutescente, *trito nigrescente*. *Schwein.! Car. n.* 1010. *Fr. El. p.* 177. In Liquidambare styraciflua Americae bor. freq. Priori admodum simile.

27. S. SPADICEUM, coriaceum, pileis effuso-reflexis *villosis* subferrugineis, *margine obtusiusculo* albo, subtus laevi glabro *fuscescente*, vegeto *trito sanguinolento*. *Fr. El. p.* 176. *Schwein.!* eoque teste *Pers. syn. p.* 568. *Fl. Dan. t.* 1619. *f.* 1. Th. tabacina et var. pulchella (excl. chrysoloma) *Pers. M. E.* 1. *p.* 118. *Bull. t.* 483. *f.* 5. T. hirsuta d. *S. M.* Ad truncos quercinos etc., haud raro. A sq. distinctissimum. Color intensitate variat. *Stratum medium album!*

28. S. SANGUINOLENTUM, coriaceum, tenue, pileo effuso reflexoque *adpresse sericeo* substriato pallido, *margine acuto* albo, hymenio laevi glabro *cinereo-fuscescente ad tactum cruentato*, exoleto pruinoso. *Alb. et Schw. p.* 274. *S. M. p.* 440. *El. p.* 178. cum syn. *Grev. Scot. t.* 225. *Weinm. p.* 386. St. nitidum. *Pers.* ex ipso. Copiose ad cortices Pini silvestr. in pineto-montanis. Non cum *S. rugoso* commutetur.

29. S. CONCHATUM, coriaceum, tenue, pileo conchato-reflexo *rugoso glabrello* subcrispo sordide lutescente, hymenio glabro laevi nudo exsucco *fusco*, trito immutato. *S. M. p.* 438. Ad cortices abiegnos. Zonae obscurae. Vulgo pusillum sed vidi etiam majus, forte *Secr. n.* 20.

30. S. BICOLOR, *submembran.*, molle, pileo conchato-reflexo *azono* e villoso glabrescente spadiceo, hymenio tenuí

glabro *albo*. *Pers. syn.* p. 568. *S. M.* p. 438. Th. fusca. *Schrad.* Ad truncos raro, sed distinctissima, unice cum *T. complicata* comparanda.

31. S. HEPATICUM, subcoriaceum, tenue, unicolor, *utrinque purpureo-rufescens*, pileo effuso-reflexo azono hymenioque *glabris* laevibus. *S. M.* p. 439. — *Sow.* t. 388. f. 2. Ad truncos Angliae. Non vidi, sed valde diversum apparet.

32. S. FERRUGINEUM, coriaceo-rigidum, tenue, tenax, *fusco-ferrugineum*, pileo effuso reflexoque dense concentrice sulcato e leproso villoso glabrato, hymenio nudo laevi *glabro*. Auricul. *Bull.* t. 378. optime. Ad ligna vetusta; Upsaliae demum ad ligna Pini legi. Parvum et *tenue*, vulgo valde imbricatum et undulatum, rigidum tamen et tenacissimum, *strato medio concolori*. A sqq. vulgo commutato diversissimum!

** *hymenio simplici setuloso l. velutino*

33. S. RUBIGINOSUM, coriaceo-rigidum, pileo effuso-reflexo subfasciato velutino rubiginoso, dein glabrescente spadiceo, *strato intermedio fulvo-ferrugineo*, hymenio ferrugineo setulis velutino. *Schrad. spic.* p. 185. *S. M.* p. 436. *Fl. Dan.* t. 1619. f. 2. *Weinm.* p. 381. *Moug. exs.* n. 394. *Desmaz.* n. 413. — etiam *Sowerb.* t. 26. ex ic. »the under side downy», sed in ipsius collectione adest prior: *Berkel. in litt.* Ad ligna indurata, Quercus, Fagi etc. Valde differunt n. 27, 32, 33 et sqq. vulgo confusa. Hymenium exacte Sterei nostro sensu; setae sunt paraphyses, suspicante jam Persoonio, nec ut asci emersi Thelephorarum sporidiis umquam coronati.

34. S. TABACINUM, coriaceum, tenue, flaccidum, pileo effuso reflexo sericeo demum glabrato subferrugineo, *margine strotoque intermedio filamentoso aureis*, hymenio pallidiori setulis pubescente. *S. M.* p. 437. *El.* p. 173. c. syn. et var. subsanguinea! *Desm. exs.* n. 415. Auricul. *Sowerb.* t. 25. nitide! *Bolt.* t. 174. Th. varieg. *Schrad. l. c.* Eadem et Th. tabacina chrysoloma. *Pers. M. E.* T. ferrug. *Pers. syn.* Ad ramulos praecipue coryleos etc. ubique. Secretan ex hoc ut reliquis duplicem facit speciem e statu reflexo (n. 5) et effuso (n. 44), sed aliorum bonas species in his non quaereret. Var. *australis* Mont. Fernand. n. 22.

35. S. CROCATUM, coriaceum, firmum, ferrugineo-pallens, pileo effuso margine tenui undique anguste reflexo pubescente limitato, *intus filamentoso croceo*, hymenio pallido setulis raris ferrugineis punctato. *Fr. El.* p. 173. Th. Cerasi. *Pers.*

*M. E.* 1. *p.* 25. ad spec. Chailletii, inventoris. Ad truncos arbor. frond. in Europa austr. Forma magis reflexa vix dubie reperietur.

36. S. STRIATUM, coriaceum, pileo effuso-reflexo undulato rugoso-striato subtomentoso fusco-ferrugineo, *intus filamentoso pallidiori*. *hymenio cinereo-albido* laevi pubente. *Schrad. Spic. p.* 186 Th. crispata *Pers. syn. p.* 568. var. zonis crispa; non Alior. [omnia sub hoc nomine visa ad *St. sanguin*] Ad truncos pineos. Exoletum tantum vidi E Persoon primo albo-subtomentosa, dein glabrescens spadicea.

37. S. COTYLEDONEUM, coriaceum, tenue, pileo effuso-reflexo azono nigrescente dense lutescenti-tomentoso, margine incurvo obtuso, *strato intermedio filamentoso albido*, hymenio laevi sericeo fuscescenti-alutaceo. *Fr.* — *Weinm.! Ross. p.* 382. Ad truncum Betulae, Rossiae. Rarum, insigne, arcte imbricatum, concrescens, anguste reflexum.

38. S. LEPROSUM, coriaceo-rigidum, pileo effuso reflexove inaequabili *villoso-leproso fusco-rubiginoso*, *strato medio conformi*, hymenio laevi setuloso-pruinato crocato-olivaceo. *Fr. Et. p.* 173. Ad truncos Brasiliae. *Nobile.* Habitus n. 33, sed ut seqq. intus non manifeste filamentosum.

39. S. AVELLANUM, coriaceum, *durum*, pileo effuso *margineque obtuso* libero *anguste reflexo spadiceo villoso*, hymenio laevi e velutino pruinato glabratoque ferrugineo-pallente (passim cruentato). *S. M. p.* 442. *El. p.* 186. Th. Juratensis. *Pers.! M. E. p.* 125. *Secr. n.* 64. Ad truncos Coryli, Fagi etc. Multis rationibus ad *St. rugosum* accedit, sed certe diversissimum! Color non lutescens. Hymenium primo velutinum, hinc hoc, non St. rugosum sub Stereo in S. M.

40. S. CHAILLETII, coriaceum, subtenue, ferrugineo-pallens, pileo effuso determinato, *ambitu tenui concolori pubescente* demum libero submarginato, hymenio e pubescente glabrato. *Pers. M. E. p.* 145. sec. sp. Chaill. *El. p.* 88. Ad truncos Taxi, Helvetiae. Haud reflexum, sed ut sqq. applanatum modo lectum.

41. S. ALBO-BADIUM, coriaceum, rigidum, effusum, determinatum,! *planum*, *ambitu sublibero tenui glabro albicante*, hymenio subvelutino badio. *Schwein.! Car. n.* 1045. *El. p.* 189. Ad cortices Americae boreal. Nummiforme, dein confluens, sq. affine.

42. S. DISCIFORME, subcoriaceum, *album*, pileo resupinato determinato ambitu tenui libero nudo marginante disci-

formi, hymenio inaequabili velutino. *Decand.* — *S. M. p.* 443. *El. p.* 189. *Weinm. p.* 390. *Moug. exs. n.* 582. *Desm. p.* 416. Ad truncos prostratos Quercus legi jam copiose, in quibus staulibus luxuriabat *Th. dryina* Pers.! — certissime hujus status abnormis, sterilis.! — Var. subtus rufescens »et violascens» = *T. Castaneae* Schleich. sec. *Secr. n.* 63.

*** Lignosa, perennia, vix reflexa, sed marginata, *hymenio confluenti-stratoso primitus* pruinoso.

43. S. candidum, sublignosum, crassum, resupinatum, immersum, difforme, marginatum, subtus nigrum, hymenio subpulverulento *candido*. *Schwein.! Car. n.* 1061. *Fr. El. p.* 189. Ad caudices Quercuum Amer. bor. Prioris quasi status perennans, at longe speciosius.

44. S. repandum, lignosum, crassum, cupulari-resupinatum, rotundum, margine angusto glabro concentrice sulcato spadiceo-nigro undique cinctum, hymenio pruinato *concavo* pallide *cinnamomeo*. *Fr. El. p.* 190. Ad cortices Salicis Capraeae. Nobile, forma *Sphaeriae repandae*.

45. S. areolatum, lignosum, effusum, margine superne reflexo incrassato bicolori, annoso et hornotino spadiceo, sitaneo hymenioque laevi *plano cinereo* pruinoso. *Fr. El. p.* 190. Th. discif. compacta. *Pers. M. E. p.* 127. Athelia Taxi. *l. c p.* 84.! ad hoc. ut Th. dryina ad S. disciforme, certissime! Ad truncos Taxi Helvetiae rarum, insigne.

46. S. frustulosum, lignosum, resupinatum, tuberculosum, stipatum et quasi confluens, inde frustuloso-diffractum apparens, subtus et in ambitu obsolete marginato glabrum spadiceo-nigricans, hymenio *convexo e cinnamomeo-expallente*, pruinoso. *S. M. p.* 445. *El. p.* 191. Th. frust. et sinuans. *P. Myc. Eur. p.* 134, 128. Cfr. *Moug. exs. n.* 680, a. b. Ad ligna durissima Quercus. Hymenium perfectum, terram spectans, primo pruinatum; fertile sporidiis cinnamomeis pulverulentum, luci obversum sterile fit, (ambiens est fungus), pallescit, denudatur, inde *Secr. n.* 42, 43.

**** *Rigida, hymenio simplici pruinoso.*

47. S. rugosum, suberosum, rigidum, pileo effuso breviterque reflexo, *obtuse marginato demum glabro spadiceo*, hymenio impolito pruinoso, trito subcruentato, a. lutescente — b. cinereo-livido. *Fr. El. p.* 177. c. syn. *S. M. p.* 439. *P. Myc. Eur. n.* 30—34. non Secr. (quae tenuis) sed n. 39. etc. T. applanata. *Schrad.! Spic. p.* 188. T. sanguinol.

*Sommerf.* Est e vulgatissimis ad truncos arbor. frondos., Quercus, Alni, Salicis; in Corylo numquam deficiens. Maxime variat, etiam cupulaeforme — et hoc ad cortices Alni vidi stratose reviviscens (*Secr. n.* 61. *Fr. El. l. c.* forma f.)

48. S. ABIETINUM, suberoso-coriaceum, rigidum, pileo effuso applanato (subtus) *subtomentoso ferrugineo umbrino*, ambitu determinato (haud viso reflexo marginatove), hymenio velutino-pruinato fusco-ferrugineo expallente. *Pers. syn. p.* 577. *S. M. p.* 442. *Weinm. p.* 389. Th. ferruginosa. *Schrad. l. c.* Ad ligna vetusta abiegna. Multis vaga species.

49. S. PINI, coriaceo-cartilagineum, resupinatum, peltato-adnatum, submarginatum, *subtus glabrum pallidum*, *demum bullatum*, hymenio e carneo-purpurascente fuscescente pruinoso. *S. M. p.* 443. *El. p.* 187. cum syn. expos. *Sommerf. Lapp. p.* 282. *Weinm. p.* 389. — *Alb. et Schw. n.* 820! Ad cortices Pini silvestris. Peltae primordiales minutae, stipatae, sed jam tum liberae, numquam adglutinatae l. ceraceae, ut in *Th. Pini* Dec., quae Corticium, ut etiam *Th. cruenta s. Mougeotii*, perperam ad siccum coriacea dicta.

50. S. RUFUM, coriaceo-cartilagineum, erumpens, *e tuberculiformi subrotundum*, *marginatum*, rufum fuscescens, subtus glabrum, hymenio griseo-pruinoso, demum bullato-tuberculoso. *Fr. El. p.* 187. T. rufo-margin. *P. M. E.! p.* 124. eoque teste *Sow. t.* 388. *f.* 3. Ad cortices Tiliae. Ceraceo molle etc. ut Corticia numquam vidi, ad quae ultimae species facie accedunt et quidem *C. polygonum* e substantia paene Stereum.

V. RESUPINATUS. Crustaceo-adnata, *indeterminata*, absque pileo distincto, sed demum corii instar integra solvenda. *Ambitus non byssinus. Ligna extus! incrustant.* (Apodes** omnes resupinati variant. sed limitati, primitus discreti). Cfr. *Corticium gigant.*, *ciliatum*.

* *Genuina*, *coriacea*.

53. S. ODORATUM, latissime effusum, suberoso-tenue, *rigidum*, indeterminatum, contiguum, arcte adnatum, ex albo alutaceo-pallidum, hymenio e velutino glabratum. *S. M. p.* 445. *El. p.* 207. *Weinm. Ross. p.* 303. In pineto-montanis ad ligna putrida pinea; etiam ex Amer. boreali habui. Odor forte peregrinus.

54. S. SUAVEOLENS, late effusum, suberoso-*molle*, contiguum, laeve, albidum, hymenio nudo glabriusculo. *El. p.*

208. Ad truncos Populi dilatatae. Oritur e mycelio *Xylostromati giganteo* Tod. simile, sed odore fragrante distinctum. Hymenium verum, sed non fertile, vidi.

53. S. ALNEUM, late effusum, coriaceum, firmum, utrinque glabrum, inaequabile, *pallescenti-gilvum*, hymenio glabro pruinoso. *S. M. p.* 446. *Sommerf. Lapp. p.* 282. Ad truncos prostratos alneos. — Simile ad Betulas aliasque arbores, colore nonnihil discrepans. E descr. facile primariam *Th. incarnatam* Pers. crederem, haec enim coriacea; vulgo sic dicta ceracea.

54. S. CYCLOTHELIS, late effusum, coriaceum, rigidum, adnatum, undulato-rugosum, hinc inde bullatum, *cinereum*, hymenio glabro nudo. *Pers.! M. E. p.* 149. *Fr. El. p.* 223. Ad truncos Juglandis, Helvetiae lectum. Bullae, *intus cavae*, ad fructificationem non pertinent. Subtus videtur obscurius. An color constans? *Th. undulata* Schrad. spic. p. 188. ex hac regione.

55. S. CENTRIFUGUM, effusum, coriaceum, firmum, aridum, obscure ferrugineum, subtus nigrum pubescens, hymenio e centro radiato zonatoque colliculoso pulveraceo. *Weinm.! Ross. p.* 138. c descr. Ad ligna pinea, Petropoli. Nobile, cum *Th. frustulata* Coniophora hujus generis.

56. S. FULIGINOSUM, effusum, coriaceum, compactum, obscure fuliginoso-spadiceum, hymenio laevi setulis densis obsito. *Pers. M. E.* 1. *p.* 145. T. fuscopurpurea. *l. c. p.* 143. eadem! junior. Ad ligna exsiccata Galliae. Tenuius, primo arcte adglutinatum.

Th crocea *Schrad. sp. p.* 188. (glabrata, rigida, floccoso-grumosa, crocea) his accedit, sed intra truncos legitur sterilis. Est modo stratus glabratus *Xylostromatis gigantei* Tod. f. 51, Paul. t. 6. etc. — variorum mycelio (v. c. St. hirsuti, Daedaleae quercinae, Trametis gibbosae), de cujus indole et varia forma in parte theoretica.

** Lejostromata, *crustaceo-adnata, sterilia, fertilia aliorsum transferenda.* Cfr. Cortic. polygon.

a. S. ACERINUM, crustaceo-adnatum, laeve, glabrum, album: ad cortices Aceris campestris vivi. *Pers syn. p.* 581. *S. M. p.* 453. Simillimum primordiis *St. disciformis, areolati* etc.; perfectum in truncis prostratis quaerendum.

b. S. AMPHIBOLUM, crustaceo-adnatum, laeve, setulosum, lurido-cinnamomeum: ad Polyporos. *S. M. p.* 454.

H. l. insuper *Th. sterilis, episphaeria,* de quibus cfr. *El. p.* 225. sed genere dubiae. Omnes glebuloso-rimosae v. c. *Th. leproides, obscura, pithya, Porioides* M. E. sunt Corticia primitus exsiccata.

XLIV. AURICULARIA. (Bull. Ch. p. 277. sp. 1.) Hymenium definite inferum, *remote et vage costato-plicatum, udum tumens gelatinoso-tremulum,* pileo heterogeneum, siccum collabens coriaceum. *Reliqua Sterei.* Asci elongati, sed tenuissimi.

Stereo, ut simillimum, ita proximum sane genus. *Phlebiae* differunt hymenio ceraceo, amphigeno, plicis confertis cristatis definitis. Ab *Exidiis*, excipulo homogeneo, hymenio definite supero etc. abunde differt. *Auricul. Judae* s. *sambicina* Auctt., exponente jam Bulliard, speciebus mediis cum his prorsus connectitur.

1. A. mesenterica, pileis e resupinato reflexis integris villosis *fasciato-zonatis fuscescente*-cinereis, hymenio *costato-plicato* fusco-violaceo. *Bull. t.* 290. A. corrugata. *Sow. t.* 290. Th. mesenter. *Pers.* — *Bolt. t.* 172. *Moug. exs. n.* 492. Phlebia. *El.* 1. *p.* 154. c. syn. *Desm. exs. n.* 221. *Mich t.* 66. *f.* 4. — ? Auricul. ornata. *Pers. apud Freyc. Voy. t.* 2. *f.* 4. sec. Montagn. non differt. Merulius violac. *Pers. M. E.* Ad truncos region. temperatiorum ubique.

2. A. Cati, pileo sessili auriformi *azono fasciculatim hirto helvolo-fuscescente*, hymenio *costis sparsis* vagis liberis cinereo-incarnato. *Fries Linn. V. p.* 526. c. descr. In insulis hemisph. australis; amant nempe omnes species clima humidum, maritimum.

3. A. reticulata, pileo effuso-reflexo azono *velutino olivaceo*, hymenio plicis tenuibus parum elevatis dense reticulato-poroso pure carneo. Ad truncos Brasiliae. *Beyrich.* Ex hymenio potius Merulium crederes, sed reticulum porosum aequabile parum elevatum; ceterum tota indoles est hujus generis. Color hymenii non mutabilis.

4. A. lobata, pileo effuso-reflexo lobato *zonis strigoso-tomentosis, velutinis glabrisque variegato* fulvescenti-albido, hymenio fulvescenti-livido plicis distantibus *reticulato-costato. Sommerf.! Mag. Nat. Vet. c. ic. Fr. El.* 2. *p.* 34. Ad corticem Fraxini prope Christianiam Norvegiae.

Restant nonnullae species haud satis notae. *Auric. ampla* Pers. in Freyc. Voy. aliaeque videntur Exidiae.

XLV. CORA. (S. O. V.). Hymenium inferum ceraceum, a pileo secedens, *in areolas concaviusculas marginatas* partitum. Asci perfecti. *Fungi tropici, elegantes, coriaceo-membranacei, zonati, habitu ad Sterea et Auricularias, hymenio ad Corticia accedentes.* Thelephorae Auct.

1. C. Pavonia, subsessilis, pileo coriaceo-membranaceo reniformi glabro zonato *virescente*, hymenio pallido demum furfuraceo-fatiscente. Thel. Pavonia. *Weber et Mohr Beytr.* 1. *p.* 236. *Hook. in Kunth. syn. p.* 12. Ulva montana. *Swartz Fl. Ind. occ.* 3. *p.* 1920. Ad muscos Indiae occid. et Americae tropicae. Coenogonio et Ciliciae, generibus Byssaceis, accedit. Supra flocculis fasciculatis nigro-punctata.

2. C. glabrata, sessilis, pileo orbiculari plano glabro pallido cinereo-zonato, *hymenio cinereo, areolis irregulariter positis.* Thel. *Spreng.! — S. M. p.* 438. Muscis innascitur Guadeloupae. A priori parum differt.

3. C. gyrolophia, imbricato-sessilis, pileis reniformibus conchatis subglabris griseo-zonatis, hymenio *carneo, areolis concentrice dispositis.* Gyroloph. elegans. *Kunz.!* in Weig. exs. — *Krombh t.* 5. *f.* 16. Ad caudices Palmarum in Ins. Mauritii.

XLVI. MIDOTIS. (Fr. El. 2. p. 29). Hymenium inferum, ceraceum, crassum, glabrum, *laevissimum contiguum*, (exsiccatione vage rimose incisum,) *a pileo separabile. Asci ampli, entospori, sporidiis seriatis* Pezizarum! *Fungus carnoso-lentus, determinatus, glaber, azonus*, Geoglossi *in hoc ordine analogon.*

1. M. Lingua. *l. c. p.* 30. cum descr. Ad bases truncorum in Vallisia, rarissime. *Schleicher.* Suberecta, lateralis, subbadia, glaberrima, laccato-nitens. Hymenium nigrum.

XLVII. CORTICIUM. (Gen. Hymen.) Hymenium amphigenum; vegetum et fertile tumens *carnoso-molle, udum*, undulatum papillosumve, *siccitate collabens* laevigatum, saepissime *rimoso-incisum*, sed numquam flocculoso-deliquescens. Asci perfecti, *immersi, entospori*, sporidiis seriatis, paraphysibus plerumque

emersis setulosis pellucidis (nudo oculo vix conspicuis). *Fungi epixyli, resupinati, floccosi, molles, hymenio e mycelio vulgo enato.* Theleph. sp. *Auctt.*

Meruliis, ultimis Hydneorum generibus (n. 36—38) multo magis affine, quam Thelephoris et Stereis; ab illis mox differt hymenio primitus non effigurato, papillis vagis, si adfuerint, siccitate prorsus collabentibus. Hymenium sterile sistit pelliculam membranaceam, sed hoc numquam normale.

I. APUS. Ambitus determinatus, subsolutus, reflexus. *A matrice liberae, pagina sterili villosa.*

* *effusa, ambitu reflexo liberove.* Cfr. n. 36.

1. C. OCHROLEUCUM, coriaceo-membran., flaccidum, effuso-reflexum, explanatum, *sericeum, zonis margineque tenui glabrescentibus*, hymenio glabro lutescente (rimoso). *S. M. p.* 440. *Weinm. p.* 385. (*Bull. t.* 402. *Sow. t.* 349. faciem bene exprimunt!) Th. sericea. *Schrad. sp. p.* 184. optime convenit. Ad truncos varios, at raro. Simillimum *Stereo hirsuto*, sed tenuius, flaccidum, hymenio ceraceo-molli. *Schleicher* misit, an igitur *Secr. n.* 12.

2. C. SUBZONATUM, carnoso-molle, effuso-reflexum, *azonum supra velutinum* cervino-ochraceum, hymenio subzonato rugoso glabro carneo-ochraceo (contiguo). *Fr. El. p.* 181. Th. ochracea. *Schwein.! Car. n.* 1017. Ad ligna Americae bor.

3. C. EVOLVENS, molle, resupinatum, submarginatum, *tomento pallido floccosum*, hymenio azono nudo glabro *subrugoso fusco-expallente*, siccitate rimoso-partito. *Fr. El. p.* 181. cum plurr. varr. *Weinm. p.* 386. a cupulare. *Fr. Obs.* 1. *t.* 4. *f.* 5. *Fl. Dan. t.* 840. *f.* 1. — b. late effusum, uno latere pileato-reflexum. — c. omnino applanatum, nec reflexum, sed superficiale, quo a similibus Resupinatis differt. Th. fissilis *M. E.* 1. *p.* 133. Ad cortices plurimos, maxime plebeja, aegre limitanda. Sterile: *Athelia salicum* Pers. M. E. sec. sp. Chaill.

* C. LAXUM, minus, tenuius, nunc orbiculare, in ambitu solutum (Th. laxa *Pers.! M. E. p.* 143), nunc scalari-imbricatum. *El. l. c.* c, d. Ad caudices Populi.

4. C. CRINITUM, molle, effusum, rotundatum, submarginatum, subtus olivaceum azonum *setoso-hispidum*, hymenio glabro pallescente (rimoso). *Fr. Linn. V. p.* 530. In truncis Brasiliae. Setae Trametis Hydnoidis!

5. C. CILIATUM, e ceraceo cartilag., effusum, subtus umbrinum, *ambitu* determinato *nigro-strigoso* demum involuto, hymenio glabro carneo fusco (rimoso). *Fr. El. p.* 186. Th. undulata *Schrad?* Ad ligna Fagi raro. Simile *C. quercino.*

6. C. BEYRICHII, molle, effuso-reflexum, protractum, *villosum, concentrice sulcatum, umbrinum*, hymenio laevi velutino pallescente. *Fr. Linn. V. p.* 529. In Brasilia. Forma *Polyp. serialis*, facies *Irpic. farinacei.* An generis? Admodum a reliquis diversum.

7. C. BOLTONII, molle, effusum, *subtus fusco-zonatum*, margine breviter reflexo villoso albo, *hymenio velutino* ferrugineo-fusco (rimoso). *Bolt. t.* 166. *f. d.* Ad cortices Cerasi, in Badensi regione. *Kneiff!* Eximia plantula.

8. C MOUGEOTII, e ceraceo induratum, effusum, determinatum, applanatum, *obscure sanguineo-rubrum*, ambitu demum soluto, hymenio incrustando tuberculoso, siccitate rimulosum pruinatum. *Fr. El. p.* 188. Th. cruenta. *Moug. et Nestl. n.* 581. Ad cortices Pinus Piceae. *Insigne!*, quantum e sicci analysi videre licet hujus nec Sterei generis! Nunc marginata, nunc prorsus effusa, etiam muscos incrustans. Qualis fuit primaria *Th. cruenta* »coriacea» non liquet; ex Spreng. *Th. polygonia.* Vulgo in duobus sqq. quaeritur; *Persoon* in Myc. Eur. n. 8—10 sub hoc nomine complectitur.

** *E cupulari expansa.* Cfr. n 3. et Stereum n. 52!

9. C. SALICINUM, coriaceum, molle, siccum rigescens, cupulari-inflexum, centro adfixum, *extus albo-villosum*, hymenio laevinsculo *nudo persistenter sanguineo-rubro* (contiguo). *S. M. p.* 442. *El. p.* 186. c. syn. *Weinm. R. p.* 288. (non Pers.) Pez. sarcoides. *Wahl. Lapp.* Th. cruenta. a. *A. S. p.* 277. Ad ramos salicinos, hieme in arcticis copiose. Elegans; etiam extus glabratum.

10. C. SARCOIDES, subcarnosum, molle, siccum collapsum flaccidum, e cupulari explanatum, centro adnatum, *extus adpresse villosum*, *hymenio obscure carneo* centro tuberculoso sicco *expallente* (rimoso). *Fr. El. p.* 185. *Weinm. l. c.* Th. cruenta b. *Alb. et S. l. c.* Ad ramos projectos Betulae hieme, copiose.

11. C. RUFO-FULVUM, molle, e cupulari expansum, margine undique libero inflexum, *extus rufo-tomentosum*, hymenio laevinsculo fulvo-purpurascenti albo-pruinoso. *Montagn.!* Ad ramos emortuos in Chili.

12. C. FLOCCULENTUM, ceraceo-molle, primo pezizoideum extus albo-byssinum, dein dilatatum effusum prorsus applanatum, hymenio marginato *colliculoso* sanguineo-rufo, sicco (rimoso) *e pruina cervino*. *Fr. El. p.* 184. Ad ligna populina. Pez. amorpha b. *Alb. et S. p.* 329. videtur var. corticola, substipitata.

13. C. VERSIFORME, ceraceum, primo molle, dein *induratum*, *e cupulari tuberculiforme* marginatum subtuberculosum rubrum leviter albo-pruinosum. *Fr. El. p.* 184. Ad cortices et ligna Aceris Platanoidis. Demum confluens, late effusum immarginatum, exoletum transverse rimosum pallens, in quo statu numquam de forma primaria divinares.

14. C. AMORPHUM, ceraceo-lentum, subcoriaceum, tuberculiforme, e cupulari explanatum, confluens, marginatum, extus albo-tomentosum, hymenio *laevi contiguo pallescente. Fr. El. p.* 183. c. syn. Peziza amorpha. *Pers. et Auctt. Moug. Exs. n.* 398. Ad cortices abietinos in Alpinis et America arctica.

15. C. JUNIPERINUM, subcoriaceum, tenax, centro adnatum, margine tenui undique reflexo pubescente pallido marginatum, *hymenio rugoso-tuberculoso* carneo-cinereo. *Fr. El. p.* 183. *Weinm.! Ross. p.* 387. Ad cortices Juniperi in Rossia, rariss. A praecedente certe differt, sed differentiam acutam a *C. evolvente*, habitu diverso!, e sicco eruere non licuit.

16. C. POPULINUM, molle, tuberculiforme, mox confluens, effusum, demum involutum marginatum, subtus tomentosum, hymenio (e Sphaeriis) tuberculoso *cinerascenti-ferrugineo. Sommerf. Lapp. p.* 284. *El. p.* 183. *Fl. Dan. t.* 949? Supra Sphaeriam leucostomam P. in cortice Populorum in arcticis. Vegetatione a *C. evolvente* * diversa.

II. HIMANTIA. Effusa, indeterminata, in ambitu subtusque byssino-fibrillosa l. libere strigoso-pilosa. *Vulgo sterilia, fibrillosa l. membranacea, leguntur, sed in statu fructificante gaudent hymenio eximio, ceraceo-molli.* Cfr. Merulios ** (Himantia nulla!, sensu Auctorum, exsistit; ad has et analogos Merulios, Hydna, Polyporos, immo Agaricos pertinent.) Licet in omnibus paraphyses ut setulae emergant, etiam in statu sterili s. Atheliis, glabras dicimus, in quibus nudo oculo non conspiciuntur.

* *mycelio ambituque albis.*

17. C. GIGANTEUM, latissime effusum, udum tumens ceraceum hyalino-album, *siccum cartilagineo-papyraceum* liberum

*lacteum*, ambitu strigoso-radiato, hymenio laevi contiguo. *S. M. p.* 448. *El. p.* 213. *Moug. exs. n.* 778. *M. E.! n.* 100, 99. (Th. pergamen.) Th. fimbriata. *Sommerf.! l. c. p.* 282. Vulgatum in pineto-montanis ad cortices Pini. Corticia, uda tumentia, siccitate contrahuntur, hinc vulgo rimosa, sed hoc et *C. quercinum* siccitate liberantur involuta et hinc contigua persistunt. — *Var.* e glauco lutescens, ad Abietes *l. c. Desm. exs. n.* 417. *Weinm. p.* 395. Th. grisea *Pers. M. E.* 1. *p.* 149. — et minor ad ligna: *Th. lactea* l. c. p. 151. Natura a sqq. valde recedit ad Lejostromata.

18. C. LACTEUM, effusum, membran., *lacteum*, subtus et in ambitu *laxe fibrillosum*, hymenio (perfecto!) ceraceo saturatiori, siccitate rimoso-partito. *S. M. p.* 452. *El. p.* 205. c. syn. *Weinm. p.* 394. Th. cariosa. *M. E.* 1. *p.* 151. Ad ligna et cortices, cum concoloribus Hymenomycetibus sistens *Himant. candidum*, *subcorticalem*, *Fibrillariam implexam*, *Rhizomorph. fibrillosam* etc. in statu sterili. Saepius Athelia.

19. C. RADIOSUM, subrotundum, membran., adnatum, subtus adpresse fibrillosum, in *ambitu albo-fibrilloso-fimbriatum*, hymenio (perfecto) laevi glabro *alutaceo* (contiguo). *Fr. Obs. p.* 277. *El. p.* 206. *Secr. n.* 57. (exclusi in S. M., quia dubia stirps). Th. alutacea. *Schrad. sp. p.* 187. Athel. ochrac. *Pers. M. E. p.* 84. Ad ligna putrida. A seq. vix satis differt, sed compilatores exinde *sine examine* non jungant.

20. C. LAEVE, effusum, membran., secedens, subtus villoso-fibrillosum, *ambitu byssino* haud radiante fibrilloso, hymenio laevi glabro *subcarneo* lividoque. *Pers. syn. p.* 575. *S. M. p.* 451. *El. p.* 206. *Secr. n.* 28. Th. papyrac. *Schrad. l. c.* Ad ligna putrida. Caute separes a *Th. incarnata* lignatili.

21. C. ROSEUM, effusum, adnatum, *roseum*, ambito fimbriato albicante, hymenio pruinoso expallente demum *rimosissimo-corrugato* indurato. *Pers. S.* — *El. p.* 203. c. syn. Ad ligna Populi, Betulae. Pulcherrimum, valde distinctum, *C. corrugato* analogon, *Hypheliae roseae* affine.

22. C. MARIANUM, effusum, adnatum, in ambitu floccosum pallidum, hymenio laevi nudo *rubro-aurantiaco* expallente. Pyronema. *Nees in Nov. Act. Ac. Nat. Cur. XVII. t.* 27.! In carbonariorum areis Germaniae. *Non vidi*, sed valde laetor pulchra icone expressam *structuram qualem equidem in omnibus speciebus hujus tribus reperi*, si n. 21 et 32 — et paraphyses (mihi semper ascos vacuos visos) sporiferos

simul discessero, ut etiam ii, qui ex iconibus tantum notiones de fungis hauriunt, typicum statum *Atheliae*, *Himantiae* etc. perspicere possint.

** *mycelio ambituque coloratis.*

23. C. VELUTINUM, effusum, adnatum, *carneum*, *ambitus fibris rectis strigosis* divergentibus concoloribus, hymenio crasso carnoso-molli laevi setulis densis velutino. *Decand.!* — *El. p.* 203. c. syn. Athelia. *Myc. Eur. p.* 85. Ad caudices prostratos Quercus, Fagi: etiam Sueciae. Nobilissimum, hymenio omnino Helvelloideo!, numquam floccoso-deliquescente, raro rimoso. Non differt a reliquis, nisi setulis (paraphysibus) evidentioribus.

24. C. SANGUINEUM, effusum, laxe adhaerens, subtus araneosum, *sanguineum*, ambitu laxe fibrilloso hymenioque laevi glabro incarnatis. *Fr. El. p.* 203.! *Weinm. p.* 393. — b. A. aurant. *Sow. t.* 291. T. bolaris. *Pers.* Ad ligna Pini et Juniperi, quae mycelium intrans colore intense sanguineo tingit!!

25. C. SULFUREUM, effusum, fibrilloso-byssinum, *laete sulphureum*, hymenio (perfecto) crasso ceraceo-molli subfulvo, sicco rimoso. *S. M. p.* 452! *El. p.* 204. *Weinm. p.* 394. Th. citrina. *Secr. n.* 56. Ad ligna, cortices, folia ubique, sed raro fertile; saepius offert modo pelliculam sterilem cinerascentem (Athelia!); saepissime (*Nees syst. f.* 238. *B.*) *fibrillas sulfureas* omnis! formae. Cfr. *El. p.* 159. certe identica syn. omnia l. c. allata, quamdiu *unius individui partes* candem speciem constituant. Utinam Auctores vellent naturam observare, nec sine examine rata ut dubia proponere! — Th. sulfurea *Secr. n.* 54. excl. syn. videtur *Thel. arida!*

* C. *ochroideum*, obscure ochraceum. *Fr. Obs. p.* 110. Locis similibus, nondum hymenio perfecto lectum. Cfr. *El. p.* 206. obs. — Non plantas expallentes etc. *equidem* ut distinctas describo.

26. C. VITICOLA, effusum, confluens, *subtus strigoso-tomentosum margineque byssino aurantiacis*, hymenio papilloso sulfureo nudo (rimoso). *Schwein.! Car. n.* 1037. *Fr. El. p.* 205. Ad sarmenta Vitis Carolinae. Primo orbicularis, adnata. Habeo et perfecte ascigerum et pellicula sterili canescente (Athelia) tectum.

27. C. CINNAMOMEUM, effusum, confluendo irregulare, adpressum, *subtus et ambitu fibrilloso-strigoso concolori*, hymenio carnoso-molli glabro nudo *cinnamomeo* (rimoso). *Pers.*

*M. E. p.* 141. et varia Racodia *l. c.* *Fr. El. p.* 201. — β.? Hyphoderma fibrillosum. *Wallr Cr.* 4. *p.* 577. Ad ligna et cortices Quercus, Coryli? etc. Jam habeo statum fertilem, *C. velutino* affinem. In vetustis setulae [sub lente conspiciendae] evanescunt.

28. C. FUMOSUM, irregulariter effusum, molle, *subtus ambituque tomentoso fumosis* (s. fusco-canis), hymenio ceraceo glabro albo-pruinoso. Hypochnus fumosus. *Fr. Obs.* 1. *p.* . Ad ligna putrida, quae fibris fuscis radicantibus intrat, folia coacervata etc. raro, nec nisi unicum specimen fertile vidi.

29. C. COERULEUM, e subrotundo effusum, adnatum, primo tomentosum, *amoene coeruleum*, ambitu byssino concolori subalbicante, hymenio ceraceo-molli papilloso e setuloso glabrato. *Schrad.* — *Dec.* — *El. p.* 202. c. syn. *Letell. Supl. t.* 650. — *Sow. t.* 350. Th. fimbriat. *Roth. Cat.* 2. *t.* 9. *f.* 2. Thel. Indigo. *Schwein.!* Th. atrocaerulea. *Trog. in Fl.* 1832. *p.* 560. Mycinema phosphor. *Agardh. Desm. exs. n.* 396. Ad ligna putrida frequens. Simillimum *C. mariano*, praeter colorem.

30. C. ATROVIRENS, irregulariter effusum, *atro-virens*, subtus et in ambitu tomentosum concolor, hymenio — — (vidi modo pelliculam sterilem cinerascentem). *El. p.* 201. Ad ligna putrida semel legi. Ex analogia hymenii sterilis omnino hujus generis.

III. LEJOSTROMA. Adglutinata absque ambitu strigoso l. fibrilloso, sed vel omnino nudo l. breviter adpresso-radiante evanido; mycelium nempe mox abit in hymenium, sed occurrit dupici specie, fertili crassiori ceraceo-carnoso et sterili tenui submembranaceo. Cfr. Merulius ***

* *Definite infera. uniformia, e mycelio albo! evanido enata.* In truncis putridis tantum, fertilia terram spectant.

31. C. CALCEUM, effusum, adglutinatum, ceraceum, glaberrimum *album*, ambitu similari, hymenio laevi glabro, sicco rimoso. *Fr. El. p.* 215. c. syn. et varr. Ad ligna pinea commune. Nunc breve, nunc latum, saepe seriatum (Th. illinita. *Wallr. Crypt. p.* 564), lacteo, argillaceo et albo-fuscescente colore varians. Praemature exsiccatum glebulosum fit.

* C. PUBERUM, l. c.; ad ligna Fagi, ex omni parte simile sed hymenium *constanter* setulis pubescens.

32. C. VISCOSUM, effusum, adglutinatum, gelatinoso-ceraceum, *albohyalinum*, diaphanum, glabrum, ambitu vix radiante, hymenio undulato nudo subviscido, sicco collabente rimoso. *Pers. Obs.* 2. *p.* 18. *S. M. et El. p.* 218. *Schum!* — *Fl. Dan. t.* 1851. *f.* 1. Th. diaphana. *Schrad.* Ad ligna arb. frondos. Demum fuscescit.

33. C. LIVIDUM, effusum, adglutinatum, ceraceo-molle, glabrum, *versicolor*, ambitu similari, hymenio laevi nudo subviscoso, sicco rimoso. *Pers. Obs.* 1. *p.* 38. *S. M. et El. l. c.* Ad ligna fr. In eodem individuo color livido-coerulescens et fusco-purpurascens.

34. C. OCHRACEUM, effusum, adglutin., ceraceo-molle, glabratum, ambitu albo subradiante evanido, hymenio e pallido *ochraceo*, *atomis aureo-micantibus adsperso*, demum nudo tuberculoso papillosove (collapso rimoso). *S. M. p.* 446. *El. p.* 216. *Weinm p.* 396. *Myc. Eur. n.* 37, 38, 62. Cfr. *Secr. n* 52, 53. — Th. concentrica. *Alb. et Schw. p.* 279. status perfectiss. Ad ligna putrida Pini communis. Pro diverso evolutionis gradu maxime mutatur. Perfecti hymenium ut in Pyronemate! (n. 22).

35. C. SERIALE, elongato-effusum, adglut., ceraceo-molle, glabrum, *subtestaceum*, hymenio inaequaliter papilloso albo-pruinoso rimoso. *S. M. p.* 445! *El. p.* 217. *Weinm. Ross. p.* 397. *Secr. n.* 47. Ad ligna mucida Pini (forte *Th. mucida* P., quae est e paucis cujus spec. inventorum non vidi). Color variat, sed junior setulis pubescit.

** *amphigena. e ceraceo-molli rigescentia. ambitu* (myceliove) *primitus tenuissime flocculoso-radiante concolori!, mox nudo.* Biformia crassiora et fertilia in lignis; tenuiora sterilescentia ad cortices, vulgo supra Sphaerias. Cfr. *n.* 50.

36. C. QUERCINUM, ceraceo-membran., primo adglutinatum, indeterminatum, *dein centro adfixum undique solutum* et involutum rigidum, *subtus glabrum nigrescens*, hymenio contiguo carneo. *Pers.* — *S. M. p.* 442. c. syn. *El. p.* 186. *Nees f.* 253. *Grev. t.* 142. — *Bull. t.* 436. *f.* 1. Th. carnea. *Schrad.* Ad cortices et ligna. Primo omnino adglutinatum et sqq. simillimum (cfr. *M. E. n.* 52); dein solutum Umbilicariam referens (Gyroph. Clementei *Ach.* s. Lecidea Turneri *Clement.!*), non rimosa.

37. C. CINEREUM, ceraceum, rigescens, confluens, adglutinatum, *subluridum*, hymenio *pruina* tenuissima *cinerascente.*

consperso. *Fr. El. p.* 221. c. syn. et varr. — *Desmaz. exs. n.* 119, 666! — *Myc. Eur. n.* 23, 86, 91, 92. ad spec. inventorum! Ubique. Duplex forma; crassior ad ligna; tenuior ad cortices, e Sphaeriis tuberculosa. Rarius, nec ita perfecte ut prius, a matre solvitur v. c. in *Th. Pini* Dec., s. *Th. Piceae* P. — *Moug. exs. n.* 681.

38. C. INCARNATUM, ceraceum, rigescens, confluens, adglutinatum, ambitu radiante, hymenio *persistenter laete colorato* (rubro, aurantio etc.) *pruina* tenuissima *subcarnea* consperso. *El. p.* 219. cum syn. et form.! *Fl. Dan. t.* 2035. *f.* 2. — *Myc. Eur. n.* 43, 46, 65, 66. etc. Ubique. Historia prioris; lignatilis crassiuscula, perfecta undulato-papillosa, collapsa laevis; corticola (*Th. fallax* Pers. et Auct.) ob Sphaerias persistenter spurie papillosa.

39. C. NUDUM, ceraceum, rigescens, adglutin. e carneo *expallens*, ambitu determinato glabro, hymenio *pruina albida* fugaci consperso. *S. M. p.* 447. *El. p.* 221. *Weinm. p.* 398. — *M. E. n.* 49, 50. ad spec. inventor.! Cum prioribus rarius, illico decolorans, opacum, rimosum.

40. C. CONFLUENS, ceraceo-membran., adglutinatum, ambitu radiante, hymenio *nudo e hyalino laete colorato* subnitido. *S. M. p.* 447. *El. p.* 136. *Weinm. l. c.* — *M. E. n.* 56, 59—61. Ad ramos Fagi, Betulae, raro. Primo totum hyalinum, siccum candicans; hymenii color vero in flavum etc. incenditur.

*** *amphigena, e carnoso-grumoso illico cartilaginea, rigida, ambitu semper nudo.* Siccitate priores itidem rigescunt, sed hae indurata *etiam* uda et vegeta, Stereis affinia (cfr. Sterea n. 51, 52), nec distincte ascigera vidi. Nolui novum genus.

41. C. POLYGONIUM, limitatum, adnatum, mox grumoso-cartilagineum, durum, *incarnatum*, ambitu similari concolori, hymenio contiguo sub pruina densa rubro. *Pers.* — *S. M. p.* 444. *El. p.* 222. c. syn. *Secr. n.* 35. In cortice Populi tantum, sed vulgare; vulgo supra Sphaerias tuberculosum, sed in cortice laevi *laevissimum!* Etiam nos, instar n. 36. solutum, vidimus, sed epidermide corticis avulsa adnata: *Alb. Schw. p.* 276.

42. C. VIOLACEO-LIVIDUM, subeffusum, adnatum, mox grumoso-cartilagineum, violaceo-lividum, hymenio spurie corrugato tuberculoso, pruina tenui albida consperso. *Sommerf.! Lapp. p.* 283. Ad Salices Lapponiae. Valde simile *C. cinereo*, sed tota indoles prioris.

43. C. MACULAEFORME, orbiculare, dein confluens, limitatum, mox grumoso-cartilag. tenue, subroseum, ambitu concolori, hymenio spurie papilloso caesio-pruinoso. *S. M. p.* 454. an *Fl. Dan. t.* 1738. *f.* 2. Ad ramos siccos raro. *Th. Lycii* Pers., affinem, non vidi.

44. C. LIMITATUM, adnatum, subrotundum, mox grumosum, luridum *expallens*, *ambitu nigro-limitato*, hymenioque nudis. *El. p.* 222. *Montagn.! in Ann. Sc. Nat.* 1836. *Jun. n.* 35. Th. Montagnei. *Balb. Lyon.* — b. T. leucocoma. *M. Eur. p.* 151. Ad ramulos Europae austral.

45. C. CORRUGATUM, subeffusum, arcte adnatum, indeterminatum, mox grumosum, spurie rugoso-plicatum, *pallide cinnamomeum*, *hymenio setuloso*, sicco rimosissimo. *El. p.* 224. c. syn. *Grev. Scot. t.* 234. Th. Padi. *Pers.*- *M. E. p.* 142. Ad cortices arb. frond. raro, at insigne. Vidi ceraceum.

**** *amphigena*, *tenuia*, *innata*, *decorticantia!*

46. C. LAEVIGATUM, effusum, innatum, tenue, indeterminatum, tenuiorem corticis pelliculam excutiens, *e ferrugineo cinnamomeum*, *hymenio velutino* laevi (rimoso). *Fr. El. p.* 224. Ad ramos exsicc. Juniperi. Affine *C. comedendi*, color prioris. Setulis disparentibus glabratum.

47. C. NIGRESCENS, interruptum, epidermide divulsa nudum, innatum, tenue, indeterminatum, *e lutescenti nigrescens*, hymenio spurie papilloso subpruinato. *Schrad. spic. p.* 186. *Secr. n.* 69. Ad ramos Fagi, Quercus.

48. C. COMEDENS, effusum, epidermide divulsa nudum, tenue, innatum, *e carneo pallescens*, hymenio laevi glabro (rimoso). *Nees! Syst. f.* 255. *S. M. p.* 447. *El. p.* 219. *Sommerf. exs. C.* 1. Th. carnosa. *Ehrenb.!* T. decorticans. *Pers.* Ubique ad ramos siccos Coryli etc. Udum viscidum. Non confundes cum his Corticia v. c. *C. incarnatum* (Th. lateritiam P.!) in fissuris corticis passim accidentaliter nidulantia! — *Secr. n.* 68. potius Radulum, cujus ** vegetatione horum gaudet.

49. C. UVIDUM, late effusum, innatum (ligno, nec corticis interiori ut priora), ramos decorticatos ambiens, *e roseo-lilacino expallens*, hymenio laevissimo glaberrimo udo. *El. p.* 218. In ramis Fagi hieme. Tenuissimum, tremellinum, tritum fugax, ascigerum tamen ut praecedd., quibus simillimum.

50. C. SAMBUCI, effusum, subinnatum, varie incrustans, ambiens, *album*, vegetum contiguum; siccum rimosum l. flocculoso-collabens. *Pers.* — *Grev. t.* 242! *Moug. exs. n.* 779.

*Desm. n.* 220. *Secr. n.* 76. excl. Corticio cinereo. Ubique ad ramos Sambuci racemosae, nigrae. *Vegetationis situ indefinito* multisque rationibus infimus gradus. — Analoga est *Th. cretacea.* Fr. Obs. 1. in Fago lecta.

†. *adscriptum:* Sarcopodium *Ehrenb.* (non Corda).

51. C. CIRCINATUM, effusum, ceraceum, flavo-carneum, setulis apice incurvis circinatis obtusis. *El. p.* 226. — *Ehrenb.! Ber. f.* 4. Ad caules aridos herbarum. Setae sporidia, ut numquam secedentia, esse nequeunt. Hoc et *C. puberum* junius simul sub microsc. lustrans nullam vidi differentiam praeter setularum formam.

Ejusdem forte indolis *Athelia Typhae* P. (ad caules Typhae, ex albo-alutacea) et *A. epiphylla* P. (epiphylla, cinerascens), si perfectae legerentur.

**XLVIII. GUEPINIA.** (El. 2. p. 30.) **Fungus** *gelatinosus*, **subtremellinus, intumescens,** *siccus contrahitur subcartilagineus.* **Hymenium** *distinctum, definite inferum, laeve,* **immutatum persistens (ne rimosum quidem), ascis tenuissimis filiformibus sporidiis subsolitariis terminatis.** *Genus pulcherrimum, distinctissimum, Laschiae analogon.*

1. G. HELVELLOIDES, caespitosa, versiformis, spathulata, subinfundibuliformis, *e roseo-aurantio rufescens*, hymenio laevissimo. *El. p.* 31. *Weinm. Ross. p.* 524. Trem. Helvelloides. *Decand. Pers.* etc. Tr. rufa. *Jacq. Austr. t.* 14. *Secr.* 3 *p.* 286. Ad terram humidam (quo jam a Tremellis differt) Europae raro; in Amer. boreali frequentior.

2. G. SPATHULARIA, caespitosa, pileo dimidiato stipiteque pubescentibus *glaucis*, *hymenio aurantiaco* demum plicato. *El. p.* 32. Merul. *Schwein.! Car. n.* 839. *t.* 2. *f.* 1—3. Ad ramos Americae borealis, omni tempore, frequens.

3. G.? CYPHELLA, sparsa, sessilis, cupulaeformis, margine elevato, *extus villosa albido-pallida, hymenio fuscescente*, demum corrugi. Cyphella Friesii. *Weinm.! Ross. p.* 523, Ad ligna circa Petropolin, raro. Non liquet utrum Guepinia an Cyphella, hujus forma, substantia vero cartilagineo-gelatinosa Guepiniae.

**XLIX. CYPHELLA.** (S. M. 2. p. 201.) **Fungus** *submembranaceus*, **postice adnatus, subporrectus, pendulus. Hymenium definite inferum,** *sed similare et*

*nullo modo a pileo discretum*, persistens, demum inaequabile, absque ascorum vestigio. Sporidia secedentia. *Fungi cupulaeformes, demum sublobati et fissiles, a Pezizis omnibusque genus distinctissimum et naturalissimum sistentes, Guepiniae et Stereis* (n. 22 et 30) *unice affines.*

* *Truncigenae, siccae.*

1. C. Cupressi, *membranaceo-scariosa*, arida, vertice porrecto stipitata, pendula, *fusca*, margine inciso-repando, disco subrugoso. *El.* 2. *p.* 29. Merul. *Schwein.! Car. n.* 835. In truncis et ramis Cupressi, Carolinae. Magnitudo sq., sed magis scariosa.

2. C. Digitalis, *papyracea*, digitaliformis, e vertice obliquo porrecto pendula, *supra fibrillis longitudinalibus rugosa*, spadicea, hymenio laeviusculo caesio-albo. *S. M.* 2. *p.* 201. *Secr.* 3. *p.* 632. Peziza. *Alb. Schw. t.* 5. *f.* 1. *Moug. exs. n.* 585. In Europa media ad Pinum Piceam. Ad ½ unc. lata.

3. C. pendula, *subsuberosa*, digitaliformis, postice porrecto-pendula, rugosa, *pubescente-pruinosa*, margine integro obtuso discoque laevi pruinosis. *S. M.* 2. *p.* 203. P. Digitalis, *Schwein.! Car.* E cortice Juglandum Carolinae. Minor, durior, valde a priori diversa.

4. C. eruciformis, *subsuberosa*, e globoso oblique turbinata, pendula, *extus hirsuta nivea*, margine constricto truncato, disco laevi albo. *S. M. l. c. Weinm.! Ross. p.* 523. *Mich. t.* 86. *f.* 16. Post Michelium haud lectam in ramis alneis iterum detexit *Weinmann.* Minima, lin. longa, lataque.

5. C. griseo-pallida, *submembran.*, e globoso campanulata, sessilis, griseo-pallida, *extus floccosa*, hymenio laevi glabro. *Weinm.! Ross. p.* 522. In truncis rimosis Lonicerae tataricae — etiam ad ligna pinea. Pusilla, demum dimidiata.

** *Muscicolae l. subterrestres, arescentes.*

6. C. muscigena, membranaceo-mollis, subsessilis, dimidiata, *applanata, candida*, extus (sub lente) sericea, hymenio ruguloso. Th. *Pers. S. p.* 572. Thel. vulgar. *M. E. t.* 7. *f.* 6. Canth. laevis. *S. M. p.* 324. *Weinm. p.* 291. Ad muscos majores, in terram quoque descendens, tum spathulata, stipite laterali. *El.* 1. *p.* 55.

7. C. galeata, membran.-mollis, subsessilis, *e cupulari dimidiata, galeiformis*, laevis, albida, margine integer-

rimo, hymenio demum rufescente ruguloso. Merul. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 2027. *f.* 1. M. muscorum. *Sommerf. Lapp. p.* 268. Ad muscos. Proximis exacte media, junior integra cupularis, uda grisea, sicca nivea, dein rufescens, hinc *Th. vulgaris* b. Pers. etiam h. l.

8. C. MUSCICOLA, membran., *subsessilis*, persistenter cupularis, cernua, albido-pallens, *extus fibrilloso-striatula*, margine puberulo repando lacero, hymenio laevi. *S. M.* 2. *p.* 202. *Weinm. p.* 521. — b. P. inaequalitera. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 2083. *f.* 2. Ad muscos supra truncos, sat frequens, brumali tempore. Subspecies hymenio lutescente: Th. lutescens. *P. M. E. p.* 116.

9. C. VERNALIS, membran., cupularis, in stipitem villosum porrecta; pendula, *extus villosa* cum hymenio laevi *sulfurea. Weinm.! in Flora* 1832. *p.* 457. *Ross. p.* 522. Ad Vaucherias ollarum, primo vere. Pulchella.

10. C. NECKERAE, membran., ex *urceolata campanulata*, in stipitem distinctum aequalem porrecta, pendula, *candida*, *margine integerrimo*, hymenio laevi. *S. M.* 2. *p.* 203. In Neckera curtipendula. Exstant formae hanc cum C. muscicola jungentes, sed forte transitus haud directus.

*** *Stipiticolae*, *subudae*.

11. C. LACERA, membran., cupularis, vertice porrecto stipitiformi pendula, dein multifido-lacera, *superne fibrillis densis nigris striatula*, hymenio ruguloso albido. *S. M.* 2. *p.* 202. *Weinm. p.* 521. Peziza membran. *Alb. et Schwein. p.* 316. *t.* 1. *f.* 5. Merulius luteus. *Secr.* 2. *p.* 477. Ad stipulas et virgulta ad terram. Colore albido et luteo variat.

12. C. LAETA, membran., oblique cupularis, vertice in stipitem porrecto pendula integra *glabra utrinque sulfurea*, hymenio demum foveolato. *Fr. Ecl.* 2. *c. descr. et ic. anal.* Ad caules herbarum majorum in Horto Bot. Lundensi, sero autumno. Pulcherrima, 3-4 l. lata, sporidia ubèrtim spargens.

13. C. CAPULA, membran., oblique campanulata, in stipitem incurvum porrecta, *glabra*, *albida*, margine sinuato difformi, hymenio laevi. Pez. *Nov. Act. Hafn. I. p.* 286. *f.* 7. *Holmsk.* 2. *t.* 22. *S. M.* 2. *p.* 123. — b. P. cernua. *Schum.* — *Fl. Dan. t.* 1970. *f.* 3. Ad stipulas.

14. C. TUBA, submembran., tubaeformis, obliqua, in stipitem porrecta, *strigoso-villosa*, *albida*, margine inciso, hymenio pallido ruguloso farinulento. *Weinm.! Ross. p.* 252. Ad caules dejectos Anethi. Gracilis, sicca torta.

15. C. Goldbachii, membran., cupularis, urceolato-concava, sessilis, *extus villosa alba*, hymenio laevi pallido. *Weinm.! Ross. p.* 522. Chaetocypha variabilis. *Corda in Sturm. t.* 63. Cfr. *S. M.* 3. *p.* 469. Ad culmos Secalis. Minima, irregularis et lobata. Ignobilis demum stirps, Soleniis aeque affinis.

L. HYPOCHNUS. (S. M. 3. p. 289). Fungus plano-expansus, membranaceus, sed totus e floccis fibrosis contextus. Hymenium nullum perfectum, tantum pellicula, ascis destituta, conidiis pruinosa, e qua erumpunt sporidia conglobata et normaliter floccis obvoluta. *Parasitici, nobiles*, splendidi coloris, *subtropici, male primitus ex mycelio cum analogis* Thelephoris et Corticiis *confusi, donec exposuit* Ehrenberg.

Ob pelliculam hymeninam, deficiente hymenio licet perfecto, ad Hymenomycetes potius quam Hyphomycetes referendi — nec ita longe a Cyphellis distant. — Species Hypochni meo nomine sec. Secretan a Schleichero divulgata mihi ignota et antea inaudita.

* Genuini, *pellicula hymenina discolori.*

1. H. roseo-cinctus, orbicularis, ambitu integro subsoluto *eleganter roseo*, pellicula hymenina e conidiis pruinosis cinerascente. *Fr. Linn. V. p.* 530. *t. XI. f.* 5. Ad cortices Brasiliae. Fertilis nondum visa, sed ceterum sqq. ita perfecte [in statu sterili] respondet, ut de genere nullum dubium.

2. H. rubro-cinctus, effusa, ambitu byssino *sanguineo-coccineo*, pellicula hymenina albo-pruinosa, sporidiorum globulis floccosis roseis expallidisve. *Ehrenb.! Ber. t.* 17. *f.* 3. *S. M. l. c.* c. syn. *Fee! Crypt. Exot. t.* 5. *f.* 1. Thel. sanguinea, *Swartz!* Th. coccinea. *Schwein.! Car. n.* 1032. Spiloma roseum. *Raddi.* Ubique in America calidiori.

3. H. nigrocinctus, effusus, ambitu byssino *nigricante*, pellicula hymenina conidiis adspersis albicante, sporidiorum globulis floccosis viridi-albis. *Ehrenb.! l. c. t.* 17. *f.* 4. *S. M.* 3. *p.* 290. *Fee l. c.* Th. albicans. *Hook.* Cum praeced.

4. H. albocinctus, orbicularis, ambitu byssino *niveo*, pellicula hymenina viridi e conidiis adspersis sordide albicante, sporidiorum globulis floccosis luteo-viridibus. *Montagne in Sched.* Ad cortices et muscos Cubae.

** *ambitu concolori.* Recedentes.

5. H. CONSPERSUS, late et indeterminate effusus, membranaceus, ambitu byssino pelliculaque aureis, sporidiorum acervulis *nullis floccis* obvolutis nudis *olivaceo-cinereis.* *Fr. Linn. V. p.* 529. Ad cortices Brasiliae. Hic est unicus fungus mihi obvius CONIOPHORAE, sensu Auctor., respondens. *Candollei* enim Merulius!, Persoonii vero Thelephorae!

6. H. AUREUS, effusus, unicolor, aureo-fulvus, supra tomentosus, ambitu byssino, sporidiorum *glomerulis floccis obvolutis* inspersis. *S. M.* 3. *p.* 289. Ad cortices Europae raro. Aberrat a genere defectu pelliculae!

7. H. VITELLINUS, brevis, unicolor, vitellinus, ambitu limitato subprominente, *conidiis luteis*, sporidiorum glomerulis croceo-rubris. *Montagn. in Sched.* Ad cortices in Cuba. Minimus, vix 2 lin. latus.

**V. CLAVARIEI.** Hymenium ab hymenophoro vix discretum, verticale, amphigenum, in apicem usque contiguum, laeve aut demum rugosum. Numquam incrustantes et coriaceae ut Thelephorae quaedam forma similes, hymenio subinfero, apicibus fimbriatis sterilibus etc. insuper diversae. *Transeunt in Hyphomycetes.*

**LI. SPARASSIS.** (S. M. p. 464). Fungus carnosus, frondosus, laciniis foliaceo-complanatis utrinque ascigeris e laminis duplicatis compositis. *Speciosissimae.*

1. S. CRISPA, ramosissima, fragilis, albida, ramis intricatis, *apice recurvis* azonis serratis. *S. M. p.* 465. *Lenz f.* 56. *Weinm. Ross. p.* 494. *Jacq. Misc.* 2. *t.* 14. *f.* 1. *Alb. et Schw. p.* 285. Elv. ramosa. *Schaeff. t.* 163. In pinetis rarior. Deliciosissima, maxima. [Krombh.] t. 22. f. 1. sistit var.? minorem, mihi non obviam; nostrae melius respondet f. 2. l. c., quae jungitur cum sq.] *Var.* Thel. frondosa *Pers. M. E. p.* 110.

2. S. LAMINOSA, ramosissima, hemisphaerica, straminea, ramis rectis stipatis a basi radiantibus concrescentibusque, *apice rectis* azonis integris. *Fr. esc. p.* 64. Merisma crispum. *Ehrenb. Ber. p.* 18. Spar. brevipes *Krombh. l. c.* quoad f. 3, 4; non vero f. 2. Inter ramenta Quercus, ad Rosenhult Scaniae. Magnitudo et habitus prioris, aeque sapida.

3. S. SPATHULATA, caespitosa, *tenax*, pallide rufescens, ramis erectis spathulatis *apice zonatis* integris. *Fr. El.*

*p.* 227. Merisma. *Schwein.! Car. n.* 1070. In graminosis Amer. boreal. Vix edulis.

LII. CLAVARIA. [*Linn.* — *S. M. p.* 456.] Fungus *carnosus*, ramosus l. simplex, teres absque stipite distincto; hymenio contiguo, *sicco*, ascis brevibus, sporidiis pulveraceo-secedentibus. *Fungi subterrestres, versiformes.*

I. RAMARIA. Ramosae. — A. Leucosporae, glabrae.

* *Colore laeto: luteo, rubro aut violaceo.* terrestres.

1. C. flava, fragilis, *trunco crasso* carnoso erecto albo ramosissimo, ramis teretibus laevibus fastigiatis *obtusis flavis. S. M. p.* 467. *Krombh. t.* 53. *f.* 8. ex forma, bene. — *Lenz. f.* 54. In silvis frondosis. Magna, *leucospora*, deliciosa, coloris intensitate (apices subinde obscuriores, etiam laxiores) varia; vulgo in analogis Ochrosporis quaeritur, quae magis spongiosae et molles. Vix *Cl. flava* Auct., quae potius *Cl. aurea*; synonyma nulla certa.

2. C. Botrytes, fragilis, trunco crasso carnoso inaequali ramosissimo, ramis turgidis inaequalibus subrugosis, *apicibus rubris. Pers.* — *S. M. p.* 466. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1303. *Krombh. t.* 53. *f.* 1—4. — *Schaeff. t.* 176. In fagetis. Deliciosa, colore albido, incarnato et luteo varia; ex aëris constitutione (cfr. S. M.) valde versiformis — ut omnes *Cl. crassicaules*, quae hinc maxime confusae, plenius exponendae, quam hoc loco licet. Nostrae *sporidia alba*, ut etiam Schaeffer pingit.

3. C. amethystina, fragilis, ramosissima, *violacea*, ramis teretibus laevibus obtusis. *Bull. t.* 496. *f.* 2. haud bene. *S. M. p.* 472. c. syn. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 110. c. ic. opt. *Nees f.* 151. — *Schaeff. t.* 172 *bona.* In muscosis sat frequens. Elegans, indole praec., forma ad sqq. accedens. Cfr. *n.* 37.

4. C. fastigiata, tenacella, caespitosa, *lutea*, *tenuicaulis*, ramosissima, ramis brevibus divaricatis, *ramulis fastigiatis. Linn.* e loco et syn. — *Decand.* — *Bull. t.* 358. *f. D, E. Holmsk. I. p.* 90. c. ic. opt. *Fl. Dan. t.* 836. *f.* 2. Cl. pratensis. *Pers. Com. t.* 4. *f.* 5. *S. M. p.* 471. *Vaill. t.* 8. *f.* 4. *Raji t.* 24. *f* 5. In pratis frequens. Variat apicibus flavis et fuscis (*Cl. vitellina* P. M. E.)

5. C. muscoides, tenacella, gracilescens, lutea, tenuicaulis bis terve furcato-divisa, ramulis lunatis acutis. *Linn.* —

*Fl. Dan. t.* 775. *f.* 3. *Holmsk.* 1. *p.* 87. c. ic! C. cornic. *Schaeff. t.* 173. *S. M. l. c. Krombh. t.* 53. *f.* 22, 23. — *Bull. t.* 496. *f.* O. Q. rudis. Cum priori. [Icones *Boltonii* hujus s. t. 114. et prioris t. 112. f. 2. pravae.)

6. C. TETRAGONA, fragillima, flava, *furcata* bifurcataque, stipite ramisque *quadrangulis* (etiam in axillis). *Schwein. Car. n.* 1090. Locis udis umbrosis Amer. Unc. 1—1½ alta.

** *colore albo griseove. terrestres.*

7. C. CORALLOIDES, subfragilis, *alba*, *intus cava*, caule crassiusculo repetito et irregulariter ramosissimo, ramulis inaequalibus sursum dilatatis, ramulis numerosissimis stipatis acutis. *Linn. S. M. p.* 467. c. syn. *Holmsk.* 1. *p.* 113. c. ic. opt. *Sowerb. t.* 278. syn. C. alba. *Pers.* — *Batt. t.* 1. *A.* Locis humidis silv.; copiose Upsaliae. Vulgo caespitose concrescens, in griseum transiens, inaequaliter fastigiata. Var. ramulis haud evolutis, obtusis. An haec *Krombh. t.* 54. *f.* 18—20.

8. C. CINEREA, *fragilis*, *farcta*, *cinerascens*, caule crasso brevi ramosissimo, ramis ramulisque incrassatis difformibus subrugosis obtusiusculis. *Bull. t.* 354. (inconsueta). *S. M. p.* 468. *Grev. Scot. t.* 64. *Secr. n.* 19. excl. Cl. pyxidat. In silvis passim; sporidiis a *Cl. grisea*, fragilitate a sqq. diversa. Caulis tenuior et crassior, forma etc. in his infinite ludunt.

9. C. CRISTATA, *tenax*, *laevis*, farcta, alba fuligineave, ramis superne dilatatis acute incisis cristatis. *Holmsk. p.* 92. c. ic. opt. *S. M. p.* 473. c. syn. et varr. *Fl. Dan. t.* 1304. *f.* 2. *Grev. t.* 190. *Krombh. t.* 53. *f.* 13. *Myc. Eur. n.* 16, 19, 20. *Secr. n.* 32, 36. Ubique in silvis. Protea, caespitosa, confluendo etiam crassicaulis. — Var. *C. trichopus*, trunco villoso. *Pers. Comm. t.* 4. *f.* 3. *C. setacea* Desm. exs. n. 218. videtur diversa, sed ad sicc. diagnosin eruere non licet.

10. C. RUGOSA, *tenax*, simplex ramosave, sursum incrassata, *rugosa*, alba fuligineave, ramis paucis difformibus obtusis. *Bull. t.* 448. *f.* 2. S. M. l. c. c. syn. et varr. *Fl. Dan. t.* 1301. *Bolt. t.* 115. *Sow. t.* 278. inf. *Grev. t.* 328. *Krombh. t.* 54. *f.* 13—17. *Myc. Eur. n.* 36, 26, 15. *Secr. n.* 33, 35. Locis humidis ubique. Formis mediis (*Schaeff. t.* 291) cum priori confluit, vulgo haud caespitosa, raro flavescens. ? *Secr. n.* 28.

11. C. KROMBHOLZII, *fragilis*, caespitosa, *laevis*, *tenuicaulis*, *candida*, ramis vagis paucis subcompressis obtusis. —

*Bull. t.* 496. *f.* 3. Cl. Kunzei *Krombh. t.* 53. *f.* 15, 16. — b. major, dichotoma. Cl. grossa. *Pers. Comm. t.* 2. *f.* 2. *Kr. l. c. f.* 17. *Secr. n.* 14. Ad terram. Praeced. similis, sed fragilis, raro grossa.

12. C. KUNZEI, subfragilis, *e basi caespitosa tenui ramosissima*, candida, ramis elongatis stipatis repetito-furcatis subfastigiatis laevibus aequalibus, axillis compressis. *S. M. p.* 474. C. chionaea. *Pers. M. E. p.* 167. — *Bull. t.* 358. *f.* 1. *C.* sed irregularis. In silvis frondosis humosis. Pulchella, serotina.

13. C. MACROPUS, sparsa, gracilis, albida *stipite tenui elongato simplici* glabro, ramis furcatis subulatis, axillis teretibus. *Pers. Com. t.* 1. *f.* 2. S. *M. p.* 475. In silvis; Upsaliae in pinetis et quidem ramosistima.

14. C. SUBTILIS, sparsa, gracilis, subtenax, albido-pallens, basi glabra, crassitie ubique aequali, ramis furcatis subfastigiatis. *Pers. Comm. t.* 4. *f.* 2. *S. M. l. c. Secr. n.* 37. Sparsim obvia, notis acutis a praecedd. non diversa.

*** *colore albido l. sordido, epixylae.*

15. C. PYXIDATA, e pallido alutacea, subrufescens, trunco tenui glabro ramoso, ramis ramulisque omnibus apice excavato-cupulatis, cupulis e margine prolifero-radiatis. *Pers. Com. t.* 1. *f.* 1. *S. M. p.* 470. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1304. *f.* 1. Ad ligna putrida. Speciosa in Populo tremula. *Distinctissima* generis, *leucospora;* caespites usque 4—5 unc. altos sistens; ramulis obconicis laevibus, scyphis iterum iterumque verticillato-proliferis, terminalibus dentatis.

16. C. VIRGATA, ex albido *fuliginea*, ramosissima, *glabra*, ramis elongatis *sulcatis*, ramulis attenuatis aequalibus acutis. *S. M. p.* 472. *Secr. n.* 31. Ad ligna putrida Pini. Major, 3 unc.

17. C. DELICATA, tenella, *e basi ramosa*, candida, *deorsum villosa*, ramis gracilibus elongatis teretibus aequalibus erectis acutis. *S. M. p.* 475. *Weinm. p.* 507. Ad ligna mucida Fagi. Eximia.

18. C. EPICHNOA, tenella, alba, *basi simplex glabra*, in mycelio byssino late effuso albo gregaria, sursum ramosissima, ramis tenuissimis vage ramosis divaricatis recurvisque, apicibus tenuissimis. — Cl. subcaulesc. *Reb. Neom. p.* 378. var. in cortice coriario. Ad ligna putrida raro. Haud rufescens ut *Cl. byssiseda*, ceterum tenuior et a mycelio discreta.

B. Ochrosporae, glabrae. — Multae species tota indole a prioribus diversissimae (substantia v. c. magis spongiosa, coctione tenaci, quare in cibariis viliores), neglecto sporidiorum colore a concoloribus Leucosporis nulla fida nota dignoscuntur. Hinc plures icones tute determinari nequeunt.

* *colore luteo, subcinnamomeo, croceo.*

19. C. aurea, trunco crasso elastico pallescente, diviso in ramos validos strictos dichotomo-ramosissimos teretes obtusos subdentatos *luteos*. *Schaeff. t.* 287. — *Bull. t.* 222. — *Secr. n.* 14. excl. *Cl. crispa!* s. Sparassi. In pinetis circa Upsaliam, primum vidi, sub multis formis. Elastico-mollis, 3—4 unc. alta, basi saepius elongata, sed interdum haud manifesta. Interdum pallescens. Valde diversa a *Cl. flava*, pro qua vulgo sumitur. Etiam *Sch. t.* 285. h. l. videtur.

* C. rufescens, alutaceo-pallescens, sursum rubella. *Schaeff. t.* 288. — Cum priori. *C. Botryti* fere respondens.

20. C. formosa, trunco crasso elastico albido, ramis ramosissimis elongatis *aurantio-roseis*, ramulis obtusis flavescentibus. *Pers. ic. et descr. t.* 3. *f.* 6. *S. M. p.* 466. *Krombh. t.* 53. *f.* 37. *t.* 54. *f.* 21, 22. *Holmsk.* 1. *n.* 13. c. ic. *Batsch. f.* 48. parum adaequ. Cum priori. Utrinsque exstant plures formae circa Upsaliam, quas plenius observem, cum unius l. alterius anni observ. non sufficiant. Vereor, ne confluant cum sqq.

21. C. spinulosa, trunco crassiusculo brevi pallido, ramis elongatis confertis strictis attenuatis *subcinnamomeis*. *Pers.. Obs.* 2. *t.* 3. *f.* 1. *S. M. p.* 468. c. syn. In pinetis. *Cl. alutaceam* P., *sanguineam* P. etc. etiam circa Upsaliam vidi, sed in praesenti omitto. Nullibi tot formarum dubiarum copia premor. *Characteres acuti!!* Nil valet sermo de statura et colore tantum.

22. C. abietina, ramosissima, *ochracea*, trunco albotomentoso crassiusculo, ramis strictis confertis, siccis longitudinaliter *rugosis*, ramulis strictis. *Schum.* — *S. M. p.* 469. *Grev. Scot. t.* 117. *Fl. Dan. t.* 2030. *f.* 2. *Secr. n.* 27. In silvis abiegn. vulgaris. Valde a prioribus distincta.

23. C. flaccida, tenuis, ramosissima, *flaccida*, ochracea, *trunco tenui* glabro, ramulis confertis inaequalibus convergentibus acutis. *S. M. p.* 471. *Klotzsch. Herb. Myc. n.* 130. Supra folia pinea. Similis priori sed multo tenuior; per se glabra, sed mycelium supra folia serpens.

24.? C. CROCEA, minuta, *tenuis*, *crocea*, trunco nudo pallido, ramis congestis ramulisque conformibus subfurcatis. *Pers. ic. descr. t.* 11. *f.* 6. *S. M. p.* 472. In fagetis, rariss. legi. Sporidia ignota.

** *colore albido l. sordide pallido.* Plures habeo pallidas formas ad n. 19 accedentes v. c. *C. alutaceam* P.

25. C. GRISEA, firma, trunco crasso albido, ramis attenuatis *subrugosis* ramulisque inaequalibus obtusis fuligineo-cinereis. *Pers. Comm. p.* 44. *S. M. p.* 468. *Weinm. Ross. p.* 501. *Krombh. t.* 53. *f.* 9, 10. Ad terram in fagetis. A *C. cinerea* manifeste differt sporidiis brunneo-rufis, at non vidi. Videtur e grege n. 19—21.

26. C. SUECICA, ramosissima, mollis, *incarnata*, mox alutaceo-pallida, trunco crassiusculo tomentoso, ramis subverticillato-ramosis distantibus *laevibus*. *S. M. p.* 469. *Sommerf. Lapp. p.* 284. *Weinm. p.* 502. In pinetis Eur. borealis. *Schaeff. t.* 277. non bene convenit; potius *Krombh. t.* 54. *f.* 23. non fucata.

27. C. CONDENSATA, e basi ramosissima, *alutaceo-rufescens*, trita immutabilis glabra, ramis strictis parallelo-stipatis laevibus apice fastigiatis 2—3 dentatis luteis. *Sow. t.* 157. *Schaeff. t.* 286? In nemoribus frondosis, freq. Mycelium album, submembranaceum inter folia. Caespites densissimi, 3—4 unc. alti, absque trunco communi. Certe diversa a n. 19 et 29.

28. C. GRACILIS, subflaccida, *albo-pallescens*, *trunco tenui* nudo, ramis inaequaliter et repetito di-trichotomis strictis aequalibus. *Pers.* — *S. M. p.* 475. In pinetis inter muscos. Subfragrans, *ochrospora!*

*** *truncigenae, e pallido obscuratae.*

29. C. STRICTA, ramosissima, pallida, *trita fuscescens*, caule crassiusculo, ramis ramulisque strictis laevibus adpressis acutis *Pers. Comm. p.* 45. *t.* 4. *f.* 1. *S. M. p.* 468. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1302. *f.* 1. (nunc non adest). Ad truncos vetustos v. c. Fagi. Distincta a n. 26.

30. C. APICULATA, ochraceo-rufescens, trunco crassiusculo ramoso, ramis ramosissimis subverticillatis confertis repetito-furcatis, *ramulis* acutis pallidioribus demum *virescentibus*. *S. M. p.* 470. *Weinm. Ross. p.* 503. — *Jungh. in Linn. V. t.* 7. *f.* 3. haud explicata. Ad truncos abignos; Upsaliae copiose.

31. C. CRISPULA, ramosissima, ex alutaceo ochracea, trunco tenui villoso radiculoso. *ramis flexuosis* multifidis, *ramulis* concoloribus *divaricatis.* *S. M. p.* 470. *Weinm. p.* 503. — *Bull. t.* 358. *f.* 1. a, b. Cl. muscigena et decurrens *Pers. M. E.* varr., ut etiam C. canaliculata. *Ehrenb. Nov. Act. Nat. Cur. X. t.* 14. Ad truncorum bases. Protea, sed bene diversa.

32. C. BYSSISEDA, varia, ramulosa, junior villosa pallida, dein glabra rufescens e *radicibus byssoideis repentibus* (nec mere fibrillis) adscendens. *Pers. Comm. Cl. t.* 3. *f.* 1. *S. M. p.* 476. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1967. *f.* 1. var. *Weinm. p.* 507. — *Holmsk.* 1. *p.* 98. c. ic. opt. Ad ligna Quercus, Fagi etc.; evolutionis gradu varia, at distinctissima.

C. VELUTINAE, sporidiis ignotis. *Tropicae.*

33. C. TUBULOSA, erecta, dense caespitosa, ramosissima, lutea, ramis *fistulosis* stipatis subfastigiatis acuminatis fragillimis velutinis. *Fr. El. p.* 229. Ad terram Brasiliae.

34. C. FURCELLATA, adscendens, subferruginea, ramis *solidis* repetito-dichotomis distantibus tenacellis acuminatis velutinis. *Fr. Linn. V. p.* 531. — *Plum. Fil. t.* 168. *f. L.* Ad ligna in tropicis. Color etiam in ochraceum vergit.

*Cl. tomentosa* P., ut *C. adscendens* Fl. Dan., *C. thermalis* Decand. et similes, sunt Pileati, pileis abortivis.

II. SYNCORYNE. Simplices, sed basi fasciculatae, subconnatae, *caespitosae.*

* *rufescentes.*

35. C. GIGANTEA, caespitosa, fibroso-carnosa, radiculosa, clavis *maximis* difformibus compressis *contortis* albo-testaceis. *Schwein.! Car. n.* 1112. *Fr. El. p.* 231. In America boreali. Capitis humani magnit.

36. C. ANOMALA, connato-caespitosa, carnoso-fragilis, *ex incarnato expallens*, clavis validis incrassato-fusiformibus simplicibus. *S. M. p.* 480. — *Schaeff. t.* 289. etiam 326. formam refert, sed vix genuina Clavaria. Ad terram in Quercetis. Magna, ceteris vix affinis.

37. C. PURPUREA, caespitosa, *purpurea*, clavis elongatis e cavo compressis simplicibus acutis. *S. M. p.* 480. *Fl. Dan. t.* 837. *f.* 2. *Secr. n.* 8. In silvis abiegnis montanis, raro, sed suis (Sueciae, Daniae) regionibus abunde. Eximia!

38. C. RUFA, caespitosa, *rufa*, clavis farctis incrassatis

*subbifidis* acutis. *Fl. Dan. t.* 775. *f.* 1. (dein a nullo lecta, hinc dubia) *S. M. l. c.* In graminosis Daniae.

39. C. ROSEA, subfasciculata, fragilis, *rosea*, clavis farctis apice demum lutescentibus, deorsum attenuatis albidis. *S. M. p.* 482. *Weinm. p.* 511. a. clavata. C. Swartzii. *Dalm. in. Sv. Bot. t.* 558. b. attenuata. *Fr. Obs. t.* 5. *f.* 2. *Kromb. t.* 53. *f.* 21. Inter muscos. Elegans.

† Cl. bulbosa. *Schum.* — *Wallr.! Cr.* 4. *p.* 538, clavar. aurantiaca, in stipitem rufescentem basi inflatum attenuata. — Vidi siccam, nec satis liquet.

** *lutescentes l. albae.*

40. C. FUSIFORMIS, caespitoso-connata, firmula, *lutea, mox cava*, clavulis subfusiformibus simplicibus dentatisque laevibus in basin concolorem attenuatis. *Sow. t.* 224. *S. M. p.* 480. *Bolt. t.* 110. *Desmaz. exs. n.* 309, quo observante *var.* clavis difformibus dentatis: *Sowerb. t.* 235. Cl. ceranoides. *Pers.* — In graminosis sq. altior, magis connata, apice demum fuscescens, sed utraque variat inaequalis et parum diversa.

41. C. INAEQUALIS, gregaria, subfasciculata, fragilis, *farcta, lutea*, clavis variis simplicibus furcatisve *deorsum* contiguis *concoloribus. Fl. Dan. t.* 873. *f.* 1. *S. M. p.* 481. *Weinm. p.* 510. *Bull. t.* 264. — *Sow. t.* 253. pr. p. In graminosis fr. Valde versiformis, clavata et cylindrica; nec differunt: b.) C. angustata *Pers. Comm. t.* 1. *f.* 3. *Grev. t.* 37. *Desm. exs. n.* 219. *Fl. Dan. t.* 1783. *f.* 2. c.) C. helvola. *Pers.* — *Sv. Bot.* 504. *f.* 4. d.) C. aurantiaca. *Pers.*, subrugosa compressaque. Cfr. *El. p.* 231. *et S. M. p.* 482. ubi cop. syn.

42. C. ARGILLACEA, fasciculata, fragilis, *argillaceo-pallida*, clavis simplicibus variis, stipite *luteo* nitente. a. *clavata*, clavis subcompressis. *S. M. p.* 482. c. syn. *Obs. t.* 5. *f.* 3. *Schmied. ic. t.* 15. *Fl. Dan. t.* 1852. *f.* 2. *Secr. n.* 4. C. ericetor. P. — b. clavis cylindricis attenuatis. Cl. flavipes. *Pers. Comm. t.* 1. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 1966. *f.* 2. Ad terram; a. locis sterilibus glareosis; b. graminosis nemorosis, serotina.

43. C. VERMICULATA, caespitosa, fragilis, candida, clavis farctis simplicibus cylindricis subulatis. *Scop. S. M. p.* 484. *Swartz in V. A. H.* 1812. *t.* 6. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 1966. *f.* 1., 775. *f.* 2. *Secr. n.* 6. *Weinm. p.* 513. *Mich. t.* 87. *f.* 12. In graminosis, pass. Saepe flexuosa l. incurva, sq. major.

44. C. FRAGILIS, fasciculata, fragillima, clavis cavis obtusinsculis variis, *deorsum alba* attenuata. *Holmsk.* 1. *p.* 7. c. ic. *S. M. p.* 484. cum ampl. syn. *El. p,* 232. *Weinm. p.* 512! — a. clava turgida incrassata. *Bull. t.* 463. *f.* 1. *Sow. t.* 90. *Mich. t.* 87. *f.* 10. *Vaill. t.* 7. *f.* 5. — b. gracilior, cylindrica, subattenuata. *Sowerb. t.* 232. *Fl. Dan. t.* 775. *f.* 2. *Mich. l. c. f.* 13. — c. *C. gracilis* Pers. tenuis, gregaria, acuta. *Bolt. t.* 111. *Mich. l. c. f.* 6. Ad terram frequens, vulgo alba, interdum vero lutescens, sed fragilitate majori, *basi alba* et reliquis notis a n. 41 et 42 certe diversa. [c. forte dist. sp.] Cl. uliginosa. *Wallr. ann. p.* 141.

**** colore fuligineo nigricante.*

45. C. TENACELLA, connato-caespitosa, *subtenax, rufo-fuliginea*, clavis congestis passim connato-ramosis erectis subobtusis, basi albicantibus. *Pers. Comm. t.* 3. *f.* 5. *S. M. p.* 472. *Weinm. p.* 505. *Secr. n.* 20. In ericetis silvaticis raro.

46. C. STRIATA, caespitosa, fistulosa, *subfuliginea*, clavulis longissimis flexuosis subtortis sparsim *striatis* *Pers. ic. descr. t.* 3. *f.* 5. *S. M. p.* 483. *Weinm. p.* 512. Ad terram raro. Ut cavae, saepe compressa. *Non vidi*, sed vix dubie eadem ac sq.

47. C. FUMOSA, fasciculata, fistulosa, *fragilis*, *dilute fuliginea*, clavis laevibus strictis subcompressis. *Pers. Comm. p.* 76. *S. M. l. c.* *Weinm. l. c.* *Krombh. t.* 53. *f.* 18. In graminosis. A priori vix differt, et ut n. 46 et 48 colore modo a *Cl. fragili* recedunt.

48. C. NIGRITA, fasciculata, fistulosa, fragilis *nigra. Pers. syn. p.* 604. *S. M. l. c.* cum var. Locis similibus.

III. HOLOCORYNE. Simplices, clavis basi discretis.

* *colore mutabili, obscurato*: Nobilissimae.

49. C. PISTILLARIS, simplex, grandis, farcta, carnosa, undique glabra, obovato-clavata, obtusa e flavo rufescens: (Var. alba. *Batt. t.* 3. *A.*) *Linn.* — *S. M. p.* 477. c. syn. ampl. *Bull. t.* 244. *Sowerb. t.* 277. *Fl. Dan. t.* 1255. *Holmsk. p.* 12. c. ic. *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 1, 2. *Krombh. t.* 54. *f.* 1—11. etc. ubique picta. — b. Gomph. conicus. *M. E. t.* c. C. spathulata. *Chev. par. t.* 8. *f.* 2. In silv. frond. gramin.; etiam Upsaliae ad Näs, Fredrikslund cum Leotia lubrica. [*Schaeff. t.* 169. est Craterell. pistill.; t. 270 hujus monstrum; scriptionis vitio contrarie t. 534].

50. C. LIGULA, simplex, gregaria, farcta, spongioso-carnosa, elongato-clavata, obtusa, *basi villosa*, junior luteola,

adulta rufescenti-pallida. *S. M. p.* 477. c. syn. *Fl. Dan. t.* 837. *f.* 1. *Schaeff. t.* 171. *Jacq. Misc.* 2. *t.* 12. *f.* 2. *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 3. *Krombh. t.* 54. *f.* 12. etc. *Myc. Eur. n.* 41, 42, 53. Copiose in silvis abiegnis. Priori minor, interdum apice truncato dilatata l. cochleariformis.

51. C. CONTORTA, simplex, *erumpens*, farcta, spongioso-carnosa, difformis, subtorta, rugosa, obtusa, pruinosa, aquose luteola. *S. M. p.* 478. c. syn. *Holmsk. p.* 29. c. ic. *Fl. Dan. t.* 1852. *f.* 1. Trem. ferrug. *Schum. Myc. Eur.* Ad ramos udos Alni, Betulae; bruma. Distinctissima!

52. C. MACRORHIZA, simplex, fistulosa, glabra, subaequalis, obtusa, e flavo fusca *inferne torta, radice longissima* fibrillosa. *Swartz l. c. t.* 6. *f.* 1, *S. M. l. c.* Ad terram Sueciae. Nulli affinis.

53. C. ARDENIA, simplex, longissima. sursum incrassata, cava, apice obtuso excavatoque, e ferrugineo spadicea, basi tomentosa arrhiza. *Sow. t.* 215. *S. M. p.* 478. *Weinm. p.* 509. Ad ramulos et folia. Sq. affini major; in ic. Sow. apice rimose dehiscit; nos vidimus apice omnino Pezizoideo-cupulatam!

54. C. FISTULOSA, simplex, gracilis, longissima, subaequalis, *stricta, fistulosa*, obtusiuscula, e flavido rufescens, *radice recta* villosa. *S. M. p.* 479. c. syn. *Fl. Dan. t.* 1100. *f.* 3, 1256. *Holmsk.* 1. *p.* 15. c. ic. *Weinm. p.* 509. *Sommerf. p.* 285. *Krombh. t.* 5. *f.* 19. *M. E. n.* 46, 47. In ramulis, stipulis Eur. boreal. fr. Nobilis, serotina.

55. C. JUNCEA, gregaria, tenuis, *flaccida filiformis*, subaequalis, fistulosa, *acuta*, e pallido rufescens, *basi repente* fibrillosa. *S. M. p.* 479. c. syn. *Desmaz. exs. n.* 310. et in *Ann. Sc. Nat.* — *Weinm. l. c. Myc. Eur. n.* 45, 48, 67. *Fl. Dan. t.* 1257. *Mich. t.* 87. *f.* 7. Inter folia decidua, in regione Fagi, sero autumno et pluvioso, abunde. Var. *vivipara*, ad latera fibrillosa. *l. c. Bull. t.* 463. *f. H.*

** *colore persistenti, vulgo candido.*

56. C. CANALICULATA, solitaria, *fistulosa, tenax*, glaberrima, arrhiza, *candida*, demum compressa canaliculata l. longitudinaliter fissilis. *S. M. p.* 484. *Bull. t.* 496. *f. L. M. Bolt. t.* 110. *fig.* albae. *Weinm. p.* 513., qui huc ducit ut var. subcaespitosam: Cl. ingricam. *Flor. Ratisb.* 1832. *p.* 454. Ad terram in dumetis silvaticis, serotina. Vulgo solitaria l. geminata, triunc.

57. C. FALCATA, solitaria, *farcta*, simplicissima, *alba*, *clavula incrassata subfalcata* obtusa glabra, stipite contiguo pellucido. *Pers. Comm. t.* 1. *f.* 3. *S. M. p.* 485. cum syn. *Weinm. p.* 514. var. tenuiss. Ad terram humosam. Minor.

58. .C. INCARNATA, gregaria, simplicissima, solida, cylindrica, *incarnata* albo-pruinosa, intus purpurea. *Weinm.! Ross. p.* 510. Ad terram Rossiae, rara. Unc. $\frac{1}{2}$—1$\frac{1}{4}$ alta, basi attenuata.

59. C. VERNALIS, gregaria, simplicissima, apice incrassata *subrugosa flava*, stipite subpellucida. *Schwein.! Car. n.* 1098. In terra nuda Americae bor. vere, fr. Sq. affinis. Alta $\frac{1}{4}$ unc., non caespitosa, sed silvulas 20 ped. longas sistit.

60. C. MUCIDA, gregaria, minuta simplex aut parce *ramoso-incisa*, laevis, nuda, alba, sublutescens, glabra, stipite *subdistincto*. *Pers. Comm. t.* 2. *f.* 3. *S. M. p.* 476. cum syn. et varr. *Fl. Dan. t.* 1376. *Weinm. p.* 507. *Secr. n.* 12. Per annum ad terram et ligna mucida, *Chlorococco* semper inserta! Valde pusilla, colore vario, etiam roseo; nunc simplicissima, nunc in ramos paucos lineari incisa, nunc apice cristata.

61. C. ACUTA, simplicissima, stricta, alba, clavula distincta acuminata *pruinosa*, stipite cylindrico aequali. *Sowerb. t.* 333. *S. M. p.* 485. In vaporariis raro. Ex hac regione *C. exilis M. E.* 1. *p.* 186.

62. C. CANDIDA, gregaria, tenuis, simplicissima, *filiformis*, solida, acuminata, *pubescens*, candida. *Weinm.! in Fl. l. c. p.* 453. *Ross. p.* 514. In vaporariis. Ubique aequalis, pellucida, absque stipite distincto.

63. C, UNCIALIS, simplicissima, farcta, *tenax*, *stricta*, *obtusa*, glabra, deorsum contigua attenuata. *Grev. t.* 98. *El. p.* 232. c. syn. *Secr. n.* excl. syn. Cl. obtusa. *Pers. M. E. p.* 190. *Moug. exs. n.* 683. Ad caules herbarum in alpestribus. Vera Clavaria!

64.? C. TRICHOMORPHA, simplex, gregaria, glabra, utrinque attenuata, candida, subpellucida. *Schwein. Car. n.* 1099. In caulibus putresc. Zeae, Carolinae, vere. Sub fasciculata, $\frac{1}{2}$ unc. Genus non liquet, nec vidi.

LIII. CALOCERA. (S. M. p. 485). Fungus *gelatinoso-cartilagineus*, siccus corneus, ramosus l. simplex, absque stipite distincto. Hymenium contiguum, *viscidum* ascis brevibus, sporidiis explodendis numquam

pulveraceum. *Fungi lignatiles, forma Clavariae, indole diversissimi.* Clavariae *Auctt.*

* *ramosae.*

1. C. VISCOSA, ramosa, tenax, *radicata*, laevis, linearis, *aureo-vitellina*, ramis strictis repetito-dichotomis. *S. M. p.* 486. c. syn. *Weinm. p.* 516. — *Pers. Comm. t.* 1. *f.* 5. *Schaeff. t.* 174. *Moug. exs. n.* 196. Copiose in pinetis. Sporidia alba. Duplicem distinguit. *Secr. n.* 23, 24.

2. C. LAURI, ramosa, tenax, *striata*, *sublateritia*, ramis vage angulatis apice obtuso crenulato. *S. M. l. c. Brot. Lys.* 2. *p.* 415 Ad cortices Lauri, Lusitan.

3. C. PALMATA, ramosa, tremelloso-tenax, *aurantio-lutea*, compressa, *sursum dilatata* divisa, ramulis subteretibus divaricatis obtusis. Tremella *Schum. Saell.* 2. *p.* 442. Ad ligna quercina raro. Proxima *C. corneae*, fere var. *S. M.*

4. C. FURCATA, ramosa, *mollis*, *villoso-radicata*, laevis, teres, lutea, ramis vagis acutis. *S. M. l. c. Fl. Dan. t.* 1305. *f.* 1. — *Secr. n.* 30. Copiose ad truncos in pinetis montosis. Basis Ditiolae, noduloso-villosa, ut sq.

** *caespitosae.*

5. C. TUBEROSA, caespitosa, simplex, tenax, laevis, linearis, *flavescens*, basi tuberoso-radicata. *S. M. l. c.* — *Sow. t.* 199. Ad truncos Angliae. Biuncialis usque.

6. C. CORNEA, caespitosa, radicata, laevis, viscosa, *luteo-aurantiaca*, clavulis *curtis*, subulatis basi connatis *S. M. l. c. var. a.* c. syn. *Weinm. l. c. Desm. exs. n.* 73. *Moug. n.* 682. — *Batsch. f.* 161. *Fl. Dan. t.* 1305. *f.* 2. *Sowerb. t.* 40. — *Bull. t.* 463. *f.* 4. In rimis trunc. frond. fr. — Var. *obtusa* Mont. Fernand. n. 23.

7. C. CORTICALIS, caespitosa, erumpens, mollis, pellucida, *carneo-pallida*, clavulis subulatis subdiscretis. *El. p.* 233. — *Batsch. f.* 162. ex inv. Chaill. sed in specc. visa parum quadrat. Ad cortices arborum.

8. C. DELICATA, caespitosa, erumpens, simplex, filiformi-subulata, opaca, *rufo-fulva*, tuberculo radicali. *Fr. in Linn. V. p.* . Ad ramos Brasiliae.

*** *simplices, discretae.*

9. C. STRICTA, simplex, solitaria, elongata, basi, praemorsa, *linearis*, lutea, sicca laevis. In pinetis, a. *truncorum*, ½—1 unc. l., basi tomentulo albo cincta. Cl. cornea cincta *Pers.?* — b. *epiphylla*, 2—3 unc. l. basi nuda praemorso-

radicata. Inter folia Pini. Haec accedit ad Cl. brachyrhizam *Scop. Ann. Hist. Nat. IV. t. 1. f.* 50. potius tamen forma simplicior Cal. viscosae, qua praesens mollior, dilutior.

10. C. STRIATA, simplex, solitaria, tenax, *lanceolata*, acuta, lutea, siccitate *striata. Hoffm. Germ. t. 7. f.* 1. Ad truncos raro. Vulgo C. corneae subsumta, at diversa!

11. C. GLOSSOIDES, simplex, solitaria, subtremellosa, flava, *clavula incrassata* obtusa compressa, stipite tereti. *S. M. p.* 487. cum syn. Ad truncos Quercus.

12. C. GRACILLIMA, solitaria, simplex, sessilis, apiceve incisa, acuta, *alba*, apice flavescens. *Weinm. p.* 517. Ad ligna cariosa madida. Non cum *Cl. mucida* confundes.

**LIV. GEOGLOSSUM.** (Pers. Syn. p. 607). Fungus carnosus, simplex, clavaeformis, stipitatus. Hymenium clavam (subdiscretam) ambiens, *ascis elongatis amplis distincte entosporis*, sed sporidia elastice (Pezizarum) explosa numquam vidi! *Fungi terrestres, saturate colorati.*

* *Stipite discreto.*

1. G. ATROPURPUREUM, glabrum, *atropurpureum*, stipite squamuloso pallidiori. *Pers. Obs. M.* 2. *t.* 3. *f.* 5. — *S. M. p.* 490. c. syn. — *Batsch. f.* 47. *Holmsk.* 1. *p.* 21. c. ic. *Weinm. p.* 498. In graminosis, rarius. Cfr. 5 *.

2. G. VIRIDE, glabrum, *aerugineo-virescens*, stipite squamulosa. *Pers.* — *S. M. p.* 489. cum syn. et varr. *Grev. t.* 211. *Krombh. t.* 54. *f.* 26, 27. *Fl. Dan. t.* 1258. *f.* 1. — — b. atrovirens. *Kunz. et Schw.* Locis nemorosis fagetorum; sed in Populetis circa Upsaliam. An plures species? Cfr. *S. M. l. c. Nees f.* 158, 159.

3. G. OLIVACEUM, glabrum, siccum, *fuligineo-olivaceum*, clavula compressa distincta. *Pers. Obs.* 1. *t.* 5. *f.* 7. S. M. l. c. cum syn. *Weinm. l. c.* Ad terram silvarum.

4. G. GLUTINOSUM, glabrum, *viscosum*, *nigricans*, stipite distincto glutinoso laevi. *Pers.* — *S. M. p.* 489. c. syn. *Moug. exs. n.* 780. *Desmaz. n.* 422. Cum prioribus. Forte inter sq. syn. latet.

5. G. GLABRUM, glabrum, *siccum*, *nigricans*, stipite squamuloso. *Pers. Obs. M. t.* 3. *f.* 4. *S. M. p.* 488. *Fl. Dan. t.* 1076. *f.* 2. *Vaill. t.* 7. *f.* 3. (*Bolt. t.* 111. *f.* 2. et plurr.

syn. inter hoc, prius et *G. difforme* vix e figuris tute dispescuntur). In graminosis, paludosis. — Huc e figura *Sow. t.* 84., sed hirsutum dicitur, an commutata.

* G. Sphagnophilum, stipite atro-purpureo. *Ehrenb. Ber. p.* 30.

6. G. farinaceum, ligulatum, subfurcatumve, primo *albofarinaceum*, demum *nigricans*, stipite squamuloso. *Schw.! Car. n.* 1116. In pratis Americae bor. serotinum. Minutum, semunciale, etiam cylindricum varians.

** *Stipite contiguo.*

7. G. hirsutum, contiguum, *hirsutum*, nigrum. *Pers.* — *S. M. p.* 488. c. syn. cop. *Nees f.* 157. *Grev. t.* 185. *Krombh. t.* 54. *f.* 28, 29. — *Schmid. ic. t.* 25. *Holmsk.* 1. p. 18. c. ic. In graminosis, paludosis.

8. G. difforme, contiguum, *glabrum*, siccum, nigrum. *S. M. p.* 489. *Bull. t.* 372. *Schaeff. t.* 327. In graminosis silvat. frequens, vulgo cum *G. glabro* confusum. Clavula incrassata, vulgo difformis. Stipes laevissimus.

9. G. viscosum, contiguum, teres, *viscosum*, nigrum. *Pers.* — *S. M. l. c.* — *Grev. Scot. t.* 55. In pratis montosis.

10.? G. carneum, tenue, compressum, *carneum*, stipite pallidiori. *Schultz.* — *S. M. p.* 490. Ad vias cavas. *Non vidi.*

**LV. MITRULA.** (S. M. p. 491). **Fungus carnoso-mollis, simplex,** *capitatus*, **stipite discreto. Hymenium clavam inflatam ambiens, ascis elongatis entosporis,** *sporidiis elasticis* **(hac ratione ad Discomycetes pertinerent).** *Habitus priorum, sed laetius coloratae.*

* *capitulo in stipitem decurrente.* Spathulea.

1. M. spathulata, capitulo *spathulato* compresso *laevi* lutescente, utrinque decurrente in stipitem aequalem albidum. Spathularia flavida. *Pers.* — *S. M. p.* 490. c. syn. *Grev. t.* 165. *Krombh. t.* 5. *f.* 22. Cl. spathul. *Fl. Dan. t.* 658. *Sow. t.* 35. *Bolt. t.* 97. *Schaeff. t.* 149. etc. Inter muscos, folia. Color e pallido demum ferruginasc. = *Spath. rufa* Auctt. status senilis. Sed in clava et stipite cavis inflatisque, etiam undulatis, insignes differentiae, ut plures forte spec.

2. M. crispata, capitulo *subrotundo inflato corrugato-crispo* alutaceo, stipite brevi deorsum attenuato. *S. M. l. c.* d. *Weinm. p.* 496. c. In ericetis. Priori minor, subviscida, primitus corrugis, nec spathulato-compressa.

** *capitulo apicem stipitis ambiente.* Heyderia.

3. M. GLOBOSA, capitulo *globoso* laevi spadiceo, stipite firmo deorsum attenuato concolori. *Sommerf.! Lapp. t. 3. f.* 3. Geogl. *Fr. El. p.* 234. In terra arenosa Nordlandiae. Sq. major, 1—2 unc. alta.

4. M. CUCULLATA, capitulo *ovato-cucullato* laevi subferrugineo, stipite capillari. *El. p.* 233. *Batsch f.* 132. — *Sowerb. t.* 84. *Fl. Dan. t.* 1670. *f.* 2. *Grev. t.* 81. — a. *Abietis*, major. *S. M. p.* 492. — b. *Pini*, minor. *l. c. Nees S. f.* 160. Ad acus Pini.

*** *capitulo in apice stipitis discreto.*

5. M. PALUDOSA, capitulo *ovato* obtuso inflato laevi *luteo* (subaurantio), stipite pallido cavo. *S. M. p.* 491. c. syn. *El. p.* 234. *Grev. t.* 312. *Desm. exs. n.* 606. — *Bull. t.* 465. *f.* 3. *Sow. t.* 293. *Fl. Dan. t.* 1377. etc. In paludosis ad folia sicca, aestate. Aquosa et mollis e loco.

6. M. INFLATA, *albida*, capitulo *subgloboso*, inflato, stipite filiformi elongato. *El. p.* 234. Leotia. *Schw. in litt.* Ad cortices in Amer. bor. Arida, sicca membran.

7. M. EXIGUA, minuta, *candida*, capitulo *mitraeformi* inflato, stipite brevissimo basi nigro. *El. p.* 235. Leot. *Schw.! Car. n.* 1119. In caulibus dejectis Carolinae.

Sectiones allatae redeunt inter Morchellas et *unicum* naturalissimum genus constituunt. *Sp.* 2 et 3 S. M., ex Auct. receptae, longe alienae.

**LVI. CRINULA.** (S. M. p. 493). **Fungus corneus, simplex,** *capitatus.* **Capitulum s. hymenium, apicem stipitis ambiens, heterogenum, discretum e ceraceo** *gelatinosum* **cum sporidiis** *diffluens.* **Asci nulli aut vacui.** *Habitus exacte Mitrulae, sed Caloceris vicinius, distinctissimum genus.*

1. C. CALICIIFORMIS. *S. M. l. c. Weinm. p.* 518. In unico trunco Tiliae per multos annos in Smolandia perennem habui. Ita etiam Weinmann Petropoli. Tenax, glaberrima, radicata, stipite rigido cavo atro, capitulo ovato ex olivaceo albicante.

**LVII. TYPHULA.** (S. M. p. 494). **Fungus subbyssinus, stipite** *filiformi flaccido*, **clavula discreta terminatus. Hymenium tenue,** *ceraceum*, **absque ascis manifestis.** *Fungi tenelli, epiphyti, flaccescentes.*

* *Tuberculo radicali* (Sclerotio) *insertae.*

1. T. Sclerotioides, simplex, lineari-subulata, *glabra, albida*, basi attenuata. Phacorrh. Sclerotioides. *Pers. M. E.* 1. *p.* 143 (vix icon.) *Moug. exs. n.* 885. — *Secr.* 3. *p.* 622. Ad caules siccos Sonchi alpini et Cacaliae albifrontis in Vogesis.

2. T. gyrans, simplex, *alba*, clavula cylindrica glabra, stipite *pubescente* pellucido. *S. M. p.* 494. c. syn. *Batsch f.* 164. *Weinm. p.* 515. Ad stipulas varias.

3. T. erythropus, simplex, clavula cylindrica *glabra* alba, stipite substricto *atro-rubente. S. M. l. c. Weinm. l. c. Fl. Dan. t.* 2030. *f.* 1. *Desm. exs. n.* 263. — Cl. erythoropus. *Bolt. t.* 112. *Grev. t.* 43. Ad stipulas, folia.

4. T. villosa, simplex, clavula turgida *villosa* pallida, stipite glabro *rufo-badio. S. M. l. c. Fl. Dan. t.* 1967. *f.* 2. Cl. capillar. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 3. c. ic. Inter folia.

5. T. phacorrhiza, simplex, clavula cylindrica glabra *pallida*, stipite flexuoso, *glabro subfusco. S. M. l. c.* c. syn. *Weinm. l. c.* Cl. phac. *Act. Nat. Sc. Ber.* 1. *t.* 9. *f.* 4, 5. *Sowerb. t.* 233. Locis similibus. Longior, tota filiformis.

6. T. incarnata, simplex, clavula cylindrica elongata glabra *incarnata, in stipitem* contiguum subpilosum *attenuata. Lasch!* ad specim. et ic. miss. H. l. videntur Cl. granulata. *Willd. Ber. t.* 7. *f.* 17. Cl. phacorrh. *Grev. t.* 93. Locis simil. Media inter priorem et *T. gyrantem*, tota filiformis. Cl. filata. *Myc. Eur.* 1. *p.* 68. ad sicc. sine tuberc.

7. T. muscicola, simplex, subfiliformis, glabra, sursum leviter incrassata *alba, stipite nullo* distincto. *S. M. p.* 498. (Pistill.) c. syn. Cl. *Pers. Obs.* 2. *t.* 3. *f.* 2. *Nees S. f.* 154. In alis foliorum Muscorum. Nostra in Leskea polyantha lecta tuberculo radicali caret, sed reliqua ad unguem congruunt. Substantia hujus nec *Pistillariae*, sed stipes non discretus.

** *Tuberculo radicali nullo.*

8. T. peronata, simplex, albida, clavula incrassata brevi, stipite *firmulo pubescente.* — *Pers. M. E.* 1. *p.* 190! (*Sow. t.* 334. *f.* 2. quoad ic.) Ad strobilos Pini. Vulgo adest mycelium villosum.

9. T. Grevillei, simplex, *alba*, clavula incrassata obtusa, stipite *capillari piloso. Grev. t.* 49. Cl. gyrans var. absque tuberculo. *Alb. et Schw.* etc. Cnazonaria setipes. *Corda apud Sturm. Fl. III.* 3. *t.* 25. Ad folia. Forte eadem ac n. 2.

** *Basi attenuata.* Genuinae.

3. P. MICANS, obovata, obtusa, *micante-rosea*, stipite brevi attenuato albicante. *S. M. p.* 497. c. syn. Clav. *Hoffm. Germ. t.* 7. *f.* 2. Scler. laetum. *Ehrenb. Ber. t.* 3. *f.* 2. Stilbum micans. *P. Myc. Eur.* Ad caules herbarum, vere.

4. P. COCCINEA, ovato-clavata, obtusa, *coccinea*, stipite tenui aequali albicante. Scleromitra cocc. *Corda l. c. t.* 27. Locis similibus, forte varietas; certe ne levissimam differentiam pro novo genere offerens, sed omnino Pistill. typus.

5. P. FULGIDA, lanceolato-clavata, subacuta, *fulva*, stipite aequali albido. Cl. minuta. *Sowerb. t.* 276. Etiam ad caules e. g. Dipsaci lectus. *Non vidi*, sed vix dubie e priorum grege.

6. P. CULMIGENA, ovato-clavata, obtusa, *hyalino pellucida*, stipite distincto brevissimo. *Fr. litt. Montagn. Ann. Sc. Nat.* 1836. *Jun. n.* 75. Ad culmos graminum exsicc. Exigua, recens mollis, sicca Sclerotioidea.

7. P. QUISQUILIARIS, sursum incrassata, subcompressa *albida*, *recens mollis*, basi attenuata substipitata. *S. M. p.* 497. *Weinm. l. c.* — *Sow. t.* 334. *f.* 1. quoad locum, sed forma recedit. Ad stipites Pteridis aquil.

8. P. OVATA, obvata, *ventricosa*, *candida*, stipite brevi pellucido. *S. M. l. c.* c. syn. *Weinm. l. c.* C. ovata. *Pers.* — *Sowerb. t.* 276. var. Ad folia decidua Ulmi, Rubi etc.

9. P. PUSILLA, exigua, glabra, laevis *linearis*, *alba*, stipite haud distincto. *S. M. l. c.* c. syn. Clav. *Pers. Comm. t.* 3. *f.* 6. Ad folia Betulae.

10. P. ROSELLA, exigua, glabra, *subulata*, *rosea*, basi pellucida. Ad folia Pyri Mali, hieme mihi (Febr.) dense gregariam legi. Punctiformis, lin. vix attingens, pulchella, recens mollis.

Ord. VI. TREMELLINAE. Totus fungus homogeneus, *gelatinosus*, in superficie undique fructificans et *callo hymenino* obductus, sed absque hymenio definito et ascis contiguis, sporidiis primitus immersis. *Epiphytae! Infimus* Hymenomycetum *gradus*, *reliquas familias hinc undique tangentes et ad* Coniomycetes directe descendentes.

Ejusdem indolis sunt LASCHIA, HYDNUM *gelatinosum*, GUEPINIA et fere CALOCERA, sed ob hymenium definitum, inferum

et vulgo effiguratum ex hoc in praecedentibus recepta. Cyphella e contrario est Tremellina non gelatinosa; Pistillaria quasi Tremellina indurata. — A Coniomycetibus *callus hymeninus persistens* limites acutos ponit.

LIX. TREMELLA. (S. M. 2. p. 210). Fungus gelatina distentus, tremulus, immarginatus, contextu raro floccoso uniformi, undique callo hymenino *epapilloso* tectus et fructificans, sporidiis emergentibus. *Siccitate collabuntur, humectatae pristinam formam assumentes, aquam tingentes!*

I. MESENTERIFORMES. Cartilagineo-gelatinosae, foliaceae, nudae.

1. T. fimbriata, caespitosa, erecta, corrugata, *olivaceo-nigrescens*, lobis flaccidis margine incisis undulato-fimbriatis. *Pers.* — *S. M.* 2. *p.* 212. cum syn. cop. *Bull. t.* 272. *Hoffm. Cr. t.* 7. *f.* 1. Ad ramos, apprime alneos.

2. T. frondosa, caespitosa, maxima, laevis, *luteo-pallescens*, basi plicata, lobis gyroso-undulatis. *S. M. l. c.* c. syn. *Wallr. Cr.* 4. *p.* 527. *Bull. t.* 499. *f. T.* sat refert. Ad truncos Quercus, Fagi. Magna, sqq. magis pulposa.

3. T. foliacea, caespitosa, flaccida, laevis, diaphana, undulata, *cinnamomeo-carnea*, basi plicata. *Pers.* — *S. M. l. c.* c. syn. cop. *Bull. t.* 406. *f. A. a.* *Secr. n.* 5. Ad truncos varios fr. — *Var.* violascens, minor purpureo-violascens *l. c.* *Weinm. p.* 529. *Secr. n* 6.

4. T. lutescens, caespitosa, tremula, undulato-gyrosa, *albo-lutescens*, lobis confertis integris. *S. M.* 2. *p.* 213. c. syn. *Pers. ic. descr. t.* 8. *f.* 9. *Weinm. l. c.* *Secr. n.* 7. *Bull. t.* 406. *C. D. et* 499. *f. U. V.* Ad ramos arborum frond.

5. T. aurantia, subcaespitosa, gyroso-lobata, compressa, *aurantia*, plicis paucis nudis. *Schwein.! Car. n.* 1131. *S. M.* 2. *p.* 213. *Weinm. p.* 530. Ad ligna et cortices.

6. T. auricularis, cupularis, uno latere incisa, subdimidiata, utrinque glaberrima *fusco-succina*. *Fr. Linn. V. p.* 534. Brasilia.

II. CEREBRINAE. E compacto pulposae, versiformes, e sporidiis pruinosae aut pulveraceae.

7. T. mesenterica, explanata, adscendens, subtenax, plicato-undulata, *glabra, aurantiaca*. *Retz.* — *Jacq. Misc.* 1. *t.* 13. *Schaeff. t.* 168. *Engl. Bot. t.* 709. *S. M.* 2. *p.* 214.

ubi syn. Tr. cerebrina. *Bull. t.* 174. (chrysocoma *l. c.*) *Secr. n.* 3. Ad ramos fr. — Serotina, pulveraceo-inquinans.

8. T. ELEGANS, effusa, adpressa, laevis gyrosove-plicata, *aurantiaca*, *marginibus subbyssoideis* albicantibus. *S. M.* 2. *p.* 214. In Kamtschatka. Pruinosa.

9. T. ALBIDA, expansa, tenax, undulata, subgyrosa, pruinosa, *albida*, demum fuscescens. *Huds.* — *S. M.* 2. *p* 215. c. syn. *Engl. Bot. t.* 2117. *Bull. t.* 386. *f. A.* Ad ramos passim.

10. T. INTUMESCENS, subcaespitosa, rotundata l. conglomerata, mollis, *brunnea*, exsiccata brunneo-nigrescens, obsolete punctata, subtortuosa-lobata. *Engl. Bot. t* 1870. *S. M.* 2. *p.* 215. *Weinm. Ross. p.* 531. Ad ramos Betulae. Inter hanc et praec. sect. ambigit, immo Exidiis affinis ex *Engl. Bot.*

11. T. INDECORATA, sessilis, rotunda, humida, convexa, plicata, opaca, *nigro-fusca*, sordida. *Sommerf.* — *El.* 2. *p.* 33. c. syn. Ad Populos, Salices; fr. in alpestribus Europae.

12. T. VIRENS, subrotunda, gyrosa, *aeruginosa*, demum exalbicans, siccitate nigrescens. *Schwein. Car. n.* 1134. *S. M.* 2. *p.* 216. Ad ramos Corni in Carolina. *T. disciformem* S. M. l. c. ad Sticteos refero.

III. CORYNE. Erectae, subclavatae, subviscidae.

13. T. PINNATIFIDA, cespitosa, ramosa, compressa, mollis, *albido-pallida*, stipite subgranuloso, apice verticali plicato. *Spreng.* — *S. M.* 2. *p.* 217. Porto-Ricci. Insignis.

14. T. SARCOIDES, caespitosa, mollis, viscosa, *carneo-pallida*, primo clavaeformis, dein compressa lobata plicataque.' *Engl. Bot. t.* 2450. S. M. l. c. cum syn. et varr. — *Schaeff. t.* 323. *f.* 1, 3—6. — *Bull. t.* 499· *f.* 5. Vulgata ad truncos.

* GALEATA, capitulo subrotundo albicante, stipite distincto fuligineo-purpureo. *l. c.* Acrospermum unguin. *Tode t.* 12. *Fl. Dan. t.* 1076. *f.* 3. Locis suffocatis, prioris monstrum.

15. T. CLAVATA, solitaria, simplex, incrassata, *carneo-rubra*, basi nigricante. *Pers. ic. pict. t.* 10. *f.* 1. *S. M.* 2. *p.* 218. c. syn. Ad ramos. Vix a priori constanter diversa.

16. T. UNICOLOR, carnoso-gelatinosa, sicca, simplex, saturate carnea, capitulo *subrotundo obscuriori*. *S. M. l. c.* In lignis, fungis lignosis putr.

IV. PHYLLOPTA. Foliaceae, cartilagineae, humectatae molliores. Certe pr. *genus*, sed analysis nil clare ostendit.

17. T. PARASITICA, expansa, gyroso-costata, *spadicea*, areolata. *Schwein.! Car. n.* 1143. *S. M.* 2. *p.* 219. In Clavaria gigantea, Carolinae, fr. — Mollior.

18. T. BIPARASITICA, expansa, subfoliacea, lobata, *nigra*, rugosa. *S. M. l. c.* c. syn. In stipite Nyctalis parasiticae, raro. Cartilaginea.

LX. EXIDIA. (S. M. 2. p. 220). Fungus gelatina distentus, tremulus, submarginatus, contextu rare floccoso, subtus sterilis heteroplacus, supra rugosus, callo hymenino, papillis heterogeneis consperso, tectus et fructificans, tubulis filiformibus sporidia explodentibus. *Fungi saepe Pezizoidei, siccitate contracti, humectati minus perfecte reviviscentes nec aquam, ut Tremellae, tingentes.*

I. AURICULAE. Concavae, subauriformes, subtus villosae l. punctato-rugosae. *Bulgariis aeque affines ac Tremellis; ab Auriculariis bene diversae.*

1. E. AURICULA JUDAE, tenuis, concava, flexuosa, *nigrescens*, utrinque venoso-plicata, subtus tomentosa, *olivaceo-cinerea*. *S. M.* 2. *p.* 221. cum syn. *F. Nees pl. offic. c. ic.* Peziza. *Linn.* — *Bolt. t.* 107. Tremella. *Bull. t.* 427. *f.* 2. *Engl. Bot. t.* 2447. *Batt. t.* 3. *f. T.* Ad truncos Sambuci, raro alios. Cum sq. Reliquis tenuior et magis cartilaginea. Veterum icones minus in hanc, sed optime in n. 4 quadrant.

2. E. CORNEA, sessilis, concavo-expansa, flexuosa, intus venoso-lacunosa *pallida*, extus lacunosa hirsuta *albida*. *S. M.* 2. *p.* 222. *Ehrenb. Hor. Ber. t.* 19. *f.* 9. In hemisphaera australi, cum variis analogis, mihi haud satis notis, substantia cornea diversis. Cfr. *Freyc. Voy.*

3. E. AURICULA CANIS, sessilis, concava, tremellosa, auriformis, intus nigrescens, extus subplicata tomentosa *cano-brunnea*. *S. M. l. c.* — *Mey. ess. p.* 306. Surinami. *Non vidi.*

4. E. AURIFORMIS, stipitata, *glauco-fusca*, cupula semiorbiculari venosa, subtus stipiteque laterali brevi *torto sulcato-lacunoso* subpubescens. *S. M.* 2. *p.* 223. — *Schwein.! Car. n.* 1158. In Carolina. Haec priores cum sq. absolute jungit. Icon *E. Auriculae Judae* apud Clus. etc. hanc bene refert.

5. E. RECISA, mollissima, truncato-plana, costata, subrepanda, *fusco-succinea*, *subtus punctato-scabra*, stipite bre-

vissimo excentrico obliquo. *S. M. l. c.* c. syn. copios. — *Dittm. apud Sturm. t.* 13. *Engl. Bot. t.* 1819. Ad ramos Salicum hieme copiose. [*P. gelatinosa* Bull. potius Bulg. sarcoides].

6. E. TRUNCATA, mollis, truncato-plana, disco plano glanduloso *aterrimo* nitido, demum cavernoso, subtus *punctato-scabra*, stipite brevissimo *S. M.* 2. *p.* 224. In ramis Tiliae, hieme, fr.

II. SPICULARIAE. Subapplanatae, subtus impolitae, evidentius glandulosae, saepe gyrosae.

7. E GLANDULOSA, effusa, subapplanata, crassa, undulata, *nigricans*, papillis conicis spiculosa, subtus cinerea, subtomentosa. *S. M. l. c.* c. syn. cop. — *Bull. t.* 420. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 884. Ad truncos et ramos ubique; passim collapsa, macra, aegre dignoscenda.

8. E. SACCHARINA, tuberculosa, *gyroso-undulata*, crassa, *fulvo-cinnamomea*, papillis raris adspersa. *S. M.* 2. *p.* 225. *Weinm. p.* 527. *Sommerf. p.* 308. Copiose ad truncos pineos.

9. E. REPANDA, adpressa, subrotunda, crassa, *laevis*, *carneo-cinnamomea*, margine crenulato-crispo. *S. M. l. c. Weinm. l. c. Sommerf. l. c.* Ad ramos alneos et betulinos, hieme copiose.

10. E. IMPRESSA, explanata, impressa, subconchiformis, recens *laevis* opaca *nigrescenti-fusca. S. M. l. c. p.* 226. *Pers. M. E.* 1. *p.* 102. Ad ramos.

11. E. CRENATA, effusa, crassa, undulato-applanata, *costata*, *fusco-badia*, margine eleganter crenato. *S. M. l. c.* — *Schwein. Car. p.* 80. Locis similibus Carolinae.

12. E. PITHYA, effusa, plana, integra, *nigra*, *subtus* rugoso-subplicata laete *olivacea. S. M. l. c.* c. syn. *Weinm. l. c.* Ad ramos pineos.

**LXI. NAEMATELIA. (S. M. 2. p. 227).** Fungus heterogeneus, compositus e nucleo solido carnoso vesiculoso, obvoluto strato crasso, gelatinoso, intus floccos et conidia fovente, sed in ambitu sporas vesiculares, sporidiis farctas (s. ascos globosos), enitente. *Coniomycetibus valde affine, quasi* Epicoccum *evolutius, valde insigne genus.*

1. N. ENCEPHALA, subsessilis, pulvinata, plicato-rugosa, *carneo-pallida*, demum fuscescens. *S. M. l. c.* c. syn. *Scl. exs.! Sommerf. l. c.* Tr. enceph. *Willd. Bot. Mag.* 1. *t.* 4. *f.* 14. Ad ramos pineos hieme, frequ.

2. N. RUBIFORMIS, subsessilis, orbicularis, gyrosa, *lutea. Fr. l. c.* c. syn. *Weinm. p.* 533. Ad ramos dejectos rarius.

3. N. NUCLEATA, sessilis, applanata, subgyrosa, *flavo-fusca. Fr. l. c. — Schwein.! Car. n.* 1142. In ramis Carolinae.

LXII. DARCRYMYCES. (Nees S. p. 89). Fungus homogeneus, gelatinosus, floccos et conidia fovens, callo hymenino periphaerico, ascos sparsos lineares inter se distantes, sporidiis seriatis, fovente. *Fungi epixyli, minores, subdeliquescentes.*

Structuram indicatam sub miscr., 500-ties augente, in *D. stillato, torto* etc. vidi distinctam, sed plures species in hoc statu typico haud legimus.

1. D. FRAGIFORMIS, subcompactus, rotundus, ruber, plicis confertis sublobatis. *Nees. — S. M. p.* 229. Trem. *Pers. ic. pict. t.* 10. *f.* 1. In cortice Pini. *Non vidi;* sec. Nees in hoc genere recepi. Var *carpinea Alb. Schw. p.* 301.

2. D. MORIFORMIS, conglobatus, sinuosus, *ater*, opacus, intus carnosus pulposus. *S. M. l. c. Engl. Bot. t.* 2446. Ad ligna vetusta. *Non vidi.*

3. D. VIOLACEUS, minor, compactus, subcompressus, gyrosus, *violaceus. S. M. l. c.* c. syn. *Weinm. p.* 533. Ad truncos Pyrorum.

4. D. VIRESCENS, suborbiculatus, depressus, gyroso-tuberculosus, *virescens. S. M. l. c.* c. syn. *Fl. Dan. t.* 1857. *f.* 1. Ad trabes et ligna putrida.

5. D. CAESIUS, rotundus, convexus, dein irregularis, centro depressus, *sordide lacteus*, subhyalinus. *Sommerf. Lapp. p.* 309. *El.* 2. *p.* 36. *Weinm. l. c.* Locis [illegible]nilibus.

6. D. TORTUS, subrotundus, radicatus, convex[illegible] disco depresso immarginato, laevis, *lutescens*, demum totus [illegible]alinus. *Fr. El. l. c.* c. syn. Dacr. stillatus *β. S. M.* T[illegible] torta. *Willd. — Bull. t.* 455. *f.* 3. Ad ligna pinea putrida frequens. Exsiccatus luteo-fuscus. Tr. deliquescens *Bull.* et lacrimalis *Pers.* ad hunc pertinent.

7. D. STILLATUS, subrotundus, convexus, demum plicatus, e luteo *aurantiacus*, colore persistente. *Nees* (incl. priori) *S. M.* 2. *p.* 250. a. c. syn. *Grev. t.* 159. Tr. abietina. *Pers.* Ad ligna Pini ubique. Videtur deliquescens sistere *Fusarium later.; nulla* enim *fides* diversae sub microscopio comp. structurae!

si prius non certus sis statum esse typicum. Observes eundem fungum per annum.

8. D. SYRINGAE, orbicularis, subtuberculosus, *aurantio-ruber*, *stipite* brevissimo superne dilatato. *S. M. l. c.* c. syn. *Fl. Dan. t.* 1858. *f.* 3. In ramis Syringae

9. D. ROSEUS, minutus, e globoso cupulaeformis, mollis, laevis *roseus. Fr. El. p.* 35. *Bull. t.* 455. *f.* 2. In muscis, raro.

10.? D. URTICAE, gregarius, difformis, applanatus, aurantio-ruber, collapsus maculaeformis. *S. M. p.* 251. c. syn. *Grev. Scot. t.* 10. Ad caules v. c. Urticae copiose. Omnino ambigit inter Dacrymyc. et Fusarium.

**LXIII. AGYRIUM. (S. M. 2. p. 231). Fungus homogeneus, gelatinoso-ceraceus, subcompactus, intus conidia fovens, extus undique callo hymenino laevi, glabro obvolutus.** *Fungi minimi, sphaerici, punctiformes, subinnati, persistentes* l. *fatiscentes.*

Habitus Aegeritae s. Tuberculariae; sed Sticti longe affinius. Callus hymeninus Hymenomycetem clare indicat, et in statu perfectissimo manifeste ascigerus, ascis entosporis.

1. A. CAESIUM, gregarium, subliberum, convexum, albido-*caesium. S. M.* 2. *p.* 231. *Exs. n.* 279. Ad ligna putrida pinea copiose.

2. A. FLAVUM, globulare, demum liberum, pallide *flavum l. c.* Ad ligna Mali, raro.

3. A. RUFUM, gregarium, innatum, sphaericum, humidum *incarnatum*, siccum rufo-fuscum. *S. M.* 2. *p.* 232. *El.* 2. *p.* 37. *Exs. n.* 232. *Grev. t.* 232. Lichen hyloicus. *Ach. Prodr.* Trem. Stictis. *Pers. Obs.* 2. *t.* 6. *f.* 6. Ubique ad ligna Pini.

* A. PALLENS, humidum pallens, siccum luteolum. *l. c.* Ad ligna populnea.

4. A. NIGRICANS, adnatum, subrotundum; convexum, *fuligineo-nigricans. l. c. Fr. exs. Weinm. p.* 535. Ad ligna putrida.

5. A. HERBARUM, gregarium, planiusculum, laeve, *rufo-fuscum*, siccum nigrum. *l. c.* c. syn. Ad caules herbarum.

**LXIV. HYMENULA. (El. 2. p. 37). Callus hymeninus tenuissimus, udus gelatinosus, matrici adglutinatus, e tubulis tenuissimis factus.** *Maculaeformes, caulicolae, hymenium in infimo gradu sane sistentes, punctumque commune, in quo Stictei et Tremellini collidunt.*

In spec. vivis sporidia olim mihi visa tubulis immersa, in siccis exserta.

1. H. LINEARIS, elongata, *linearis*, *pallens*, ambitu adnato. *S. M.* 2. *p.* 233. Tr. *Myc. Eur. p.* 109. Ad ramulos.

2. H. VULGARIS, elongata, varia, laevis, *albido-pallida*, *sicca fuscescens*, ambitu adnato. *S. M.* 2. *p.* 234. Ad caules siccos varios. Videntur varr. H. ebuli *Fr. exs. n.* 216. H. Georginae. *Wallr. Cr.* 4. *p.* 525. etc.

3. H. UMBILICATA, orbicularis, submarginata, atra, centro *umbilicata*. *El.* 2. *p.* 37. Peziza. *Pers. M. E. p.* 323. In caulibus siccis Gentianae luteae.

4. H. NIGRA, subrotundo-difformis, *rugulosa*, *nigra*, ambitu subsoluto. *S. M. l. c.* Ad caules siccos in Kamtschatka.

5. H. ARUNDINIS, subrotunda, majuscula, *nigrescens*, demum *rimosa*. *S. M. l. c. El.* 2. *p.* 37. Ad culmos siccos Arundinis.

6. H. RUBELLA, seriato-elongata, tenuissima, immarginata, laevis, *fulvo-coccinea*. *El.* 2. *p.* 38. Ad culmos Typhae.

---

## ADDENDA ET CORRIGENDA:

Pag. 10. n. 22. Synonymis adde A. Lerchei. *Weinm. Ross. p.* 11. (An A. putidus l. c. p. 12 ad var. *vapidam?*)
— 18. n. 53. A. actinorrhizus. *Mont.! in Ann. Sc. Nat.* 1836. *t.* 12. *f.* 1.
— 27. n. 91. lege stipite fibrilloso (nec glabro).
— 55. ser. A. — Caro scissilis (nec sessilis)
— 69. n. 235. — *Secr. n.* 1003 (nec 999).
— 119. - 444. adde *Fl. Dan. t.* 1676. *f.* 1.
— 150. - 587. lege *Vaill. p.* 65.
— 157. - 621. — *Sterb. t.* 16. *E.*
— 173. - 692. Fl. Dan. icon potius n. 691.
— 188. - 758. lege Similis n. 754, 755 (nec 254).
— 205. - 837. lin. penult. lege *Bull. t.* 525.
— 210. - 857. adde Etiam pini frequens.
— 255. - 6. lege *hinc sporidiis* loco: in etc.
— 263. - 25. c. adde *Secr. n.* 226.
— 269. - 47. lege *Vaill. par. n.* 47.
— 319. l. 7. adde *post erumpentibus:*, *sporidiis*
— 345. n. 47.* — *Secr. n.* 158.

*Obs.* Auricularinorum analyses, antea factae, *Berkeleyi* theoriam hymenii confirmant; haec vero dubia movet de ascis variorum *Corticiorum* entosporis, quod novo examine mox subjiciam. Genus ceterum ab hac nota non pendet.

# INDEX
# DISPOSITIONIS HYMENOMYCETUM.

## HYMENIUM

*vel primitus effiguratum:*

1. lamellosum: AGARICINI. *Genera I—XX.*
2. porosum: POLYPOREI. *Genera XXI—XXX.*
3. aculeatum aut varie protuberans: HYDNEI. *Gen. XXXI—XL.*

*vel primo laeve vageve costatum:*

4. horizontale, subinferum: AURICULARINI. *Gen. XLI—L.*
5. verticale, amphigenum: CLAVARIEI. *Gen. LI—LVIII.*
6. indefinitum, cum fungo gelatinoso confusum: TREMELLINI. *Gen. LIX—LXIV.*

*Obs.* ELVELLACEI cum Phacidiaceis ut peculiarem familiam, inter Hymenomycetes et Pyrenomycetes mediam, DISCOMYCETES dictam, in Flora Scanica proposui. Praeter thalamium crassius, disciforme, ascis perfectioribus, sporidia elastice explodentibus, differunt. In his quoque sporidia, typice 8, seriata et ascis inclusa, cum in plerisque Hymenomycetibus in apice ascorum exserta, sed inter Auricularinos et sqq. plures adsunt rationes mediae. Probe tenendum, *organa fructificationis elementaria inter omnes Classes plantarum* NEMEARUM*, quo perfectior stirps, eo magis esse diminuta et denudata!*

## I. AGARICINI. — p. 2.

†. Lamellae *membranaceo-molles, in duas membranas facile scissiles*, acie acuta; trama floccosa pilei in propriam substantiam mutata l. omnino nulla. *Fungi carnosi, putrescentes, nec reviviscentes.*

I. AGARICUS. Lamellae trama pileo concretae, persistentes, ascis perfectis (ceterum pro more Exosporis, ubi contrarium non indicatur) sporidia explodentibus.

A. LEUCOSPORI. Sporidia alba l. albida *).

a. *Velo contexto manifesto, centrales.*

I. Amanita. Velum universale *discretum* s. volva. Hymenophorum a stipite discretum. — p. 3.

1. Annulo manifesto. *Sp.* 1—24.

2. Annulo obliterato s. nullo. *Sp.* 25—30.

II. Lepiota. Velum univ. cum cute pilei *concretum*. Hymenophorum prioris. — *p.* 12.

1. Cute pilei sicca. *Sp.* 31—54.

2. Cute pilei viscosa. *Sp.* 55—60.

III. Armillaria. Velum partiale annulatum. *Hymenoph.* cum stipite *contiguum*. *p.* 20.

1. *Tricholomeae* (carnosi, lamellis sinuatis). *Sp.* 61—70.

2. *Clitocybeae* (elastici, lam. decurr.). *Sp.* 71—80.

3. *Collybieae* (stipite subcartilagin.). *Sp.* 81—84.

b. *Velo haud manifesto s. fibrilloso, centrales.*

IV. Tricholoma. Stipes *carnosus*. Lamellae sinuatae. *p.* 25.

1. *Limacina*, pilei cute *viscida* (n. b. uda) virgata. *Sp.* 85—100.

2. *Genuina*, pilei cute sicca *in floccos* fibrillasve secedente. *Sp.* 101—116.

3. *Rigida*, pilei cute *rigida* in squamas glabras demum rupta. *Sp.* 117—132.

4. *Sericella*, pilei cute sicca *sericella*, mox glabrata. *Sp.* 133—144.

5. *Guttata*, pilei cute uda molli *guttata* l. rivulosa. *Vernalia.* *Sp.* 145—152.

6. *Spongiosa*, pileo compacto *udo laevi* glabro. *Serotina.* *Sp.* 153—168.


*) Sporidiorum color *facillime* observatur si hymenium supra chartam et albam et nigram ponatur, in qua intra paucas horas delabuntur.

7. *Hygrophana*, pileo tenui *hygrophano* glabro. Sp. 169—184.

V. Clitocybe. Stipes fibroso-corticatus, *elasticus*. Lamellae decurrentes l. acute adnatae. — p. 55.

* *pilei carnosi color siccitate immutabilis.*

1. *Disciformes.* E *convexo plani* depressive, obtusi. Lamellae aequaliter adnato-decurrentes. Simplices. Sp. 185—216.
2. *Difformes.* Ex umbonato irregulares. Lamellae *inaequaliter* decurrentes. Connato-caespitosi. Sp. 217-228.
3. *Infundibuliformes.* Infundibulif. l. profunde *umbilicati.* Lamellae longe et aequaliter decurrentes. Sp. 229-250.

** *pileus carnoso-membranaceus, hygrophanus.*

4. *Cyathiformes.* Depresso-cyathiformes. Lamellae ex adnato decurrentes *adscendentes.* Sp. 251—260.
5. *Orbiformes.* Applanati, glabri. Lamellae tenues, nudae, adnatae, *horizontales.* Sp. 261—272.
6. *Versiformes.* E convexo inaequales, subfurfuracei. Lamellae adnatae, subdistantes, vulgo *albo-pruinatae.* Sp. 273—284.

VI. Collybia. Stipes extus cartilagineus. Pilei (convexo-plani) *margo primo involutus.* Lamellae haud decurrentes. p. 81.

* *Lamellae albae l. laete coloratae.*

1. *Striaepedes.* Stipes sulcatus l. fibroso-striatus. Sp. 285—304.
2. *Vestipedes.* Stipes velutinus, floccosus aut pruinatus. Sp. 305—324.
3. *Laevipedes.* Stipes laevis, glaber, nudus. Sp. 325-344.

** *Lamellae griseae l. cinereae.*

4. *Tephrophani*, hygrophani. Sp. 345—360.

VII. Mycena. Stipes et Lamellae prioris. Pilei (campanul.) *margo rectus*, stipiti primo adpressus. — p. 99.

1. *Calodontes.* Lamellarum *acies obscurior*, subdentata. Sp. 361—372.
2. *Adonideae.* Lamellae unicolores, *haud decolorantes.* Color fungi purus. Sp. 373—384.
3. *Rigidipedes.* Lamellae decolorant. Stipes siccus *rigidus*, radicosus. Sp. 385—396.
4. *Fragilipedes.* Lamellae decol. Stipes siccus *fragilis*, subarrhizus. Sp. 397—410.

5. *Filopedes.* Lam. decol. Stipes siccus, filiformis, *flaccidus.* *Sp.* 411—422.
6. *Lactipedes.* Lamellae stipesque fracti *lactescunt!* *Sp.* 423—428.
7. *Glutinipedes.* Lam. dente decurr. *Stipes viscosus!* *Sp.* 429—434.
8. *Basipedes.* Stipitis *basis* nuda *dilatata!* *Sp.* 435-440.
9. *Insititiae.* Tenellae, flaccidae, *stipite insititio!* *Sp.* 441—446.

VIII. Omphalia. Stipes cartilagin. Lamellae *vere decurrentes.* — *p.* 119.
1. *Collybariae*, margine prim. involuto. *Sp.* 447—470.
2. *Mycenariae*, marg. prim. recto. *Sp.* 471—482.

c. *Excentrici*, *laterales l. sessiles.*

IX. Pleurotus. Saepissime truncigeni. — *p.* 129.
1. *Excentrici.* — *Sp.* 483—506.
2. *Dimidiati.* — *Sp.* 507—516.
3. *Resupinati*, dein reflexi sessiles. *Sp.* 517—530.

B. HYPORRHODII. Sporidia rosea rubellave.

a. Hymenophoro discreto. Lamellae absolute liberae.

X. Volvaria. Volvati. — *p.* 138.
XI. Pluteus. Velum o! — *p.* 140.

b. Hymenoph. cum stipite contiguo. Lam. stipitem attingentes.

XII. Entoloma. Stipes carnosus l. fibrosus. Lamellae *sinuatae.* — *p.* 143.
XIII. Clitopilus. Stipes prioris. Lamellae *decurrentes.* — *p.* 148.
XIV. Leptonia. Stipes cartilagineo-corticatus. Pilei *margo primo inflexus.* Lamellae subsecedentes. — *p.* 151.
XV. Nolanea. Stipes et lamellae prioris. Pilei *margo rectus.* — *p.* 155.
XVI. Eccilia. Stipes cartilag. Lamellae *vere decurrentes*, nec secedentes. — *p.* 159.

C. DERMINI. Sporidia fulva, ferruginea, brunneo-ferruginea. (Caute separes Cortinarias!)

a. Centrales, velo contexto.

XVII. Pholiota. Stipes *annulatus.* — *p.* 160.

b. *Centrales*, velo haud contexto, exannulati.

XVIII. Hebeloma. Stipes carnosus. Lamellae *sinuatae*. — p. 170.
1. *Inocybe*. Cutis fibrosa, sicca. *Sp*. 681—712.
2. *Hymenocybe*. Cutis pelliculosa, glabra. *Sp*. 713—734.

XIX. Flammula. Stipes carnosus. Lamellae *adnatae* l. decurrentes. — p. 182.

XX. Naucoria. Stipes cartilagineo-corticatus. Pilei (convexo-plani) margo primo *inflexus*. — p. 191.
1. *Gymnoti*. Velum o! Pileus glaber. Sporidia pura. *Sp*. 773—796.
2. *Phaeoti*. Velum fugax. Pileus nudus. Sporidia fusco-ferrug. *Sp*. 797—808.
3. *Lepidoti*. Velum manifestum. Pileus vestitus. *Sp*. 809—822.

XXI. Galera. Stipes prioris. Pilei (campanulati) margo *rectus*. — p. 203.

c. *Excentrici l. laterales*.

XXII. Crepidotus. Lignatiles l. epiphyti. — p. 209.

D. PRATELLAE. Sporidia atropurpurea fuscave.

XXIII. Psalliota. *Annulus* manifestus, stipite adhaerens. — p. 212.
1. *Lepiotideae*. Lamellae prorsus liberae. *Sp*. 869—880.
2. *Pholiotideae*. Lamellae adnexae l. subdecurr. *Sp*. 881—900.

XXIV. Hypholoma. Velum in *telam* fugacem margine pilei adhaerentem contextum. — p. 221.

XXV. Psilocybe. Velum nullum saltim contextum. Pilei (convexo-plani) margo primo *incurvatus*. *Stipes tenax*. — p. 225.

XXVI. Psathyra. Velum nullum saltim contextum. Pilei (campan.) margo *rectus*. *Stipes fragilis*. — p. 231.

E. COPRINARII. Sporidia et lamellae prorsus atra.

XXVII. Panoeolus. Pileus carnosulus, exstrius, margine primo excedente lamellas cinereo nigroque *variegatas*. — p. 234.

XXVIII. Psathyrella. Pileus membran., striatus, margine haud excedente lamellas *unicolores*. — p. 237.

II. MONTAGNITES. Lamellae *margine pilei modo adfixae*, radiorum instar liberorum porrectae. — *p.* 240.

III. COPRINUS. Lamellae primo stipato-cohaerentes, dein *in laticem nigram diffluentes*, trama nulla. — *p.* 241.

I. Pelliculosi. Pileus carnosus l. membranaceus, deliquescendo laceratus. *Sp.* 1—30.

II. Veliformes. Pileus tenuissimus, secus dorsum lamellarum in plicas fissus. *Sp.* 31—50.

IV. BOLBITIUS. Lamellae primo stipato-cohaerentes, *liquescentes*, e sporidiis pulverulentae; trama nulla. — *p.* 253.

V. CORTINARIUS. Lamellae primitus discretae, arescentes, decolorantes, trama floccosa; *ex ascis in sporidia secedentibus cinnamomeo-pulverulentae.* Velum universale araneosum. — *p.* 255.

* *Pilei pellicula* primo membranacea, *uda viscosa.*

I. Phlegmacium. Velum fibrillosum siccum, inde etiam *stipes siccus.* — *p.* 256.

1. *Caperati*, velo partiali supero reflexo *annulato*, *Sp.* 1.
2. *Cliduchii*, velo partiali supero fibrilloso. *Stipes clavato-bulbosus*, carnosus. *Sp.* 2—24.
3. *Scauri*, velo part. infero fibrilloso. Stipes *marginato-bulbosus* carnosus. *Sp.* 25—46.
4. *Elastici*, velo simplici, infero, fibrill. Stipes *ebulbis extus subcartilagineus.* *Sp.* 47—64.

II. Myxacium. Velum glutinosum, indeque etiam *stipes viscosus* (exsiccatus verniceus). — *p.* 273.

1. *Colliniti.* Velum *floccoso-peronatum*, glutine oblinitum. *Sp.* 65—70.
2. *Delibuti.* Velum *mere viscidum* absque floccis. *Sp.* 71—80.

** *Pileus siccus, in cute primitus innato-floccosus l. sericeus.*

III. Inoloma. Pileus stipesque bulbosus aequaliter carnosi; cutis in floccos fibrillasve innatas soluta. *Sp.* 81—103.

IV. Dermocybe. Pileus tenuis, primo subinnato-sericeus, dein glabratus. Stipes ebulbis, extus rigidior, intus farctus cavusve. *Sp.* 104—130.

*** *Pileus hygrophanus*, primitus glaber aut fibrillis superficialibus veli modo adspersus.

V. Telamonia. *Stipes* a cortina contexta (proprie duplici) peronatus, hinc *annulatus l. floccoso-squamosus.* — *p.* 291.

1. *Mollipedes*, lamellis crassiusculis, plus minus distantibus. *Sp.* 131—156.

2. *Iliopodii*, lamellis tenuibus, subconfertis. *Sp.* 157—168.

VI. Hygrocybe. *Stipes* a cortina fibrillosa simplici [margine pilei proprie adnexa] discretus, hinc *nec annulatus nec floccoso-squamosus.* — *p.* 303.

1. *Firmiores*, pilei margine primo *incurvo*, stipite sursum attenuato. *Sp.* 169—198.

2. *Tenuiores*, pilei margine primo *recto*, stipite aequali l. basi attenuato. *Sp.* 199—216.

VI. PAXILLUS Lamellae persistentes, *ab hymenophoro discretae* et facile secedentes, trama proprie nulla. — *p.* 315.

VII. GOMPHIDIUS. Pileus turbinatus. Lamellae membranaceo-mucidae, *ascidiis erumpentibus fusiformibus.* — *p.* 319.

XII. STYLOBATES. Fungus *clavato-capitatus*, utrinque hymenio tectus, lamellis subgelatinosis. — *p.* 370.

†† Lamellae *subceraceae*, *cum trama e pilei* substantia *connatae*, aegre scissiles. *Fungi carnosi*, *putrescentes*, *nec reviviscentes.*

VIII. HYGROPHORUS. Lamellae *aquoso-succosae*, acie acuta, trama granulosa, hymenio in massam ceraceam mutando. — *p.* 320.

I. Limacium. Pileus carnosus *velumque viscida.* Stipes squamosus. *Sp.* 1—20.

II. Camarophyllus. Pileus carnosus. *Velum nullum.* Stipes laeviusculus. *Sp.* 21—32.

III. Hygrocybe. Totus fungus *aquoso-succosus*, fragilis. *Sp.* 33—50.

IX. LACTARIUS. Lamellae *lactescentes*, acie acuta, trama vesiculosa. — *p.* 333.

I. Piperites. Centrales, acres, lamellis immutabilibus nudis, lacte primitus albo. *Sp.* 1—30.

II. Dapetes. Centrales, aromatici, lamellis expallentibus, lacte primitus colorato. *Sp.* 31, 32.

III. Russulares. Centrales, subdulces (nonnulli mox acerrimi), lamellis decolorantibus albo-pruinatis, lacte primitus albo. *Sp.* 33—62.

IV. Lateripedes. Excentrici l. laterales truncigeni. *Sp.* 63, 64.

X. RUSSULA. Lamellae rigidae, *exsuccae*, *trama vesiculosa*, acie acuta. — *p.* 349.

XI. CANTHARELLUS. Lamellae carnoso-ceraceae, tumidae, ramosae, *acie obtusa. Velum nullum.* — *p.* 364.

XIII. NYCTALIS. Lamellae carnoso-ceraceae, tumidae, inaequales, *acie obtusa. Velum universale.* — *p.* 370.

††† Lamellae *lentae*. Fungi e carnoso lenti subcoriacei, reviviscentes, *nec putrescentes*.

XIV. MARASMIUS. Hymenophorum a stipite cartilagineo l. corneo *heterogeneum*. Lamellae nunc latae, nunc plicaeformes, acie acuta, valleculis contiguis. — *p.* 372.

I. Collybia. Pilei margo primo involutus. Mycelium floccosum. (*Spec.* 1—40).

II. Rotula. Pilei margo rectus. Mycelium Rhizomorpha. *Sp.* 41—51.

XV. LENTINUS. Hymenophorum cum stipite homogeneum. Lamellae tenues, *acie* acuta *dentato-lacera*. — *p.* 387.

XVI. PANUS. Hymenophorum u. s. Lamellae lentae, *acie acuta integerrima*. — *p.* 396.

XVII. XEROTUS. Lamellae lentae, dichotomae; *acie obtusa integra*. — *p.* 400.

XVIII. TROGIA. Lamellae lentae, plicaeformes, *acie canaliculata*.

†††† Lamellae *coriaceae*. Fungi coriacei l. suberosi, *persistentes*.

XIX. SCHIZOPHYLLUM. Lamellae flabelliformes, *acie longitud. fissa*. — *p.* 402.

XX. LENZITES. Lamellae coriaceae radiantes, saepe anastomosantes, acie integra. — *p.* 404.

## POLYPOREI.

XXI. BOLETUS. Hymenophorum *prorsus discretum* a tubulis inter se discretis sed absque trama in stratum porosum stipatis. — *p.* 408.

I. Ochrosporus. Tubuli et sporidia subochracea.

1. *Viscipelles.* Tubuli stipiti adnati. Stipes aequalis, haud reticulatus. Pileus pellicula viscida. *Sp.* 1—12.
2. *Subtomentosi.* Tubuli et stipes ut supr. Pilei cutis sicca primitus in floccos soluta. *Sp.* 13-24.
3. *Calopodes.* Tubuli et Pileus u. s. Stipes bulbosus, reticulat. *Sp.* 25—30.
4. *Luridi.* Tubuli circa stipitem rotundati, subliberi, ore rubro gilvove. *Sp.* 31—36.
5. *Edules.* Tubuli u. s., sed ore concolores, primo vulgo albo-farcti. *Sp.* 37—44. (44 legi 1838!)

II. Derminus. Tubuli albi in cinereum transeuntes. Sporidia obscura.

1. *Favosi.* Tubuli adnati, ampli, angulati. Sporidia subfusca. *Sp.* 45—49.
2. *Versipelles.* Tubuli liberi, minuti, rotundi. Sporidia obscure ferruginea. *Sp.* 50—54.

III. Hyporhodius. Tubuli albi e sporidiis roseis demum incarnati. *Sp.* 55, 56.

IV. Leucosporus. Tubuli albi in flavidum transeuntes. Sporidia alba. *Sp.* 57—60.

XXII. POLYPORUS. Hymenophorum inter poros in tramam descendens, sed cum eisdem *in stratum proprium*, s. discolor, mutatum. — *p.* 427.

I. Mesopus. Simplex. Stipes centralis, basi concolori.

1. *Carnosi*, azoni, terrestres. *Sp.* 1—10.
2. *Lenti*, e carnoso coriacei, azoni, lignatiles. *Sp.* 11—20.
3. *Spongiosi*, ex aquoso-spongioso suberosi. *Sp.* 21—25.
4. *Biennes*, pileo coriaceo, contextu sporidiisque ferrugineis. *Sp.* 26—35.

5. *Hornotini*, pileo coriaceo tenui zonato, contextu sporidiisque albis. *Sp.* 35—40.

II. Pleuropus. Simplex. Stipes definite lateralis — l. excentricus basi nigricante. — *p.* 437.

1. *Lenti*, primitus carnosi, dein indurati, stipitis basi nigricante. *Sp.* 41—50.

2. *Lignosi*, primitus indurati, azoni, laterales. *Sp.* 51—60.

3. *Hornotini*, primitus coriacei l. papyracei, zonati, laterales. *Sp.* 61—70.

III. Merisma. *Compositi* ex innumeris pileolis stipite l. basi communi libera junctis. — *p.* 445. *Spec.* 71—94.

IV. Apus. *Simplex* l. plures basi effusa imbricati, *absque stipite*, rarius postice porrecti, saepius resupinati. — *p.* 452.

* Anodermei, primo succosi, absque cute heterogenea.

1. *Carnosi*, primitus caseoso-molles, *poris albis.* *Sp.* 95—106.

2. *Lenti*, carnoso-coriacei, *poris coloratis.* *Sp.* 107—120.

3. *Spongiosi*, primitus spongioso-bibuli, *setoso-hispidi.* *Sp.* 121—132.

** Placodermei, indurati, cute crustacea.

4. *Suberosi*, e succoso suberosi, crusta tenui. *Sp.* 133—146.

5. *Fomentarii*, primitus aridi, crusta cornea, poris stratosis. *Sp.* 147—176.

6. *Lignosi*, primitus lignosi, crusta subvernicea, poris simplicibus. *Sp.* 177—192.

*** Inodermei, primitus aridi, cute tenui fibrosa.

7. *Stuposi*, intus floccosi, subcoriacei, pileo inaequabili azono. *Sp.* 193—212.

8. *Coriacei*, intus floccosi, subcoriacei, pileo concentrice sulcato et vulgo discolori-zonato. *Sp.* 213—232.

9. *Membranacei*, toti e cute fibrosa et poris facti, hinc papyracei. *Sp.* 233—242.

V. Resupinatus. Pileus *nullus.* — *p.* 481. *Spec.* 243—280.

XXIII. TRAMETES. Hymenophorum inter poros descendens in *tramam immutatam* et cum pilei substantia *concolorem.* *Pori integri*, aequales. — *p.* 488.

XXIV. DAEDALEA. Hymenophorum ut supra; *pori* adulti *labyrinthiformes* laceratoque-dentiformes. — *p.* 492.

XXV. CYCLOMYCES. Pori in *laminas concentricas* lacerati. — *p.* 465.

†† Pori primitus ampli, alveolares, regulares, integri.

XXVI. HEXAGONA. Alveoli trama e pilei substantia immutata distincti, lignoso-indurati. — *p.* 496.

XXVII. FAVOLUS. Alveoli e lamellis anastomosantibus formati, radiantes, parietibus duplicatis. Fungus carnoso-lentus. — *p.* 498.

XXVIII. LASCHIA. Alveoli tenues, membranacei, flaccidi, cum pileo gelatinoso-tremelloso homogenei. — *p.* 499.

††† *Recedentes, poris spuriis.*

XXIX. MERULIUS. Hymenium ceraceo-molle, contiguum, in superficie poroso-reticulatum, dein gyroso-dentatum. — *p.* 499.

I. Leptospori, sporidiis albis obsolete pruinati. *Sp.* 1—14.

II. Coniophori, sporidiis ferrugineis manifeste pulverulenti. *Sp.* 15—20.

XXX. POROTHELIUM. Hymenium ceraceum, tenue, interruptum in verrucis discretis urceolato-immersum. — *p.* 503.

---

## HYDNEI. — p. 504.

XXXI. FISTULINA. Hymenium inferum, primo verrucosum, dein protrudens *tubulos* pervios inter se discretos. — *p.* 504.

XXXII. HYDNUM. Hymenium in fungo horizontali inferum; *aculeis* inter se liberis *deorsum spectantibus.* — *p.* 505.

I. Mesopus. Integra, stipite centrali. *Sp.* 1—30.
II. Pleuropus. Excentrica, stipite sublaterali. *Sp.* 31—34.
III. Merisma. Ramosa l. tuberculiformia, immargin. *Sp.* 35—44.
IV. Apus. Pileus sessilis, marginatus. *Sp.* 45—64.
V. Resupinatus. Pileus nullus. *Sp.* 65—96.

XXXIII. HERICIUM. Hymenium in fungo verticali clavato amphigenum, *subulis sursum porrectis.* — *p.* 519.

XXXIV. SISTOTREMA. Hymenium inferum, interrupte lamellosum; *lamellulis* inordinatis, discretis, a pileo detersilibus. Carnosa. — *p.* 520.

XXXV. IRPEX. Hymenium inferum, dentatum, *dentibus* acutis variis seriatis l. reticulatis, basi plicis lamellosis porosisve connexis. Coriacei. — *p.* 521.

XXXVI. RADULUM. Hymenium amphigenum, tuberculosum; *tuberculis* rudibus difformibus obtusis ceraceis. — *p.* 524.

XXXVII. PHLEBIA. Hymenium amphigenum, ceraceum, primitus in *cristas* venosas corrugatum. — *p.* 526.

XXXVIII. GRANDINIA. Hymenium amphigenum, ceraceum, primitus granulosum, *granulis* subsphaericis *obtusis* excavatisve. — *p.* 527.

XXXIX. ODONTIA. Hymenium incompl. inferum, fibroso-contextum, protrudens *verrucas, apice cristato-multifidas*, inter se discretas. — *p.* 529.

XL. KNEIFFIA. Hymenium incomplet., amphigenum, flocculoso-collabens, *setis* rigidis exasperatum. — *p.* 529.

---

## AURIRULARINI. — p. 530.

XLI. CRATERELLUS. Carnosi; hymenio distincto contiguo immutabili demum subrugoso, ascis immersis distinctis. *Putrescentes!* — *p.* 531.

XLII. THELEPHORA. E carnoso rigescentes, subcoriaceae; hymenio cum pileo anodermeo concreto ramoso-costato papillosove demum *flocoso-collabente*, ascis emersis. — *p.* 534.

XLIII. STEREUM. Coriacea lignosave, hymenio cum pileo dermatino concreto *laevi* (aut spurie noduloso) *immutabili persistente*, ascis immersis obliteratis. Persistentia. — *p.* 545.

XLIV. AURICULARIA. Coriaceae, hymenio vage *costato-plicato irrigato tumente gelatinoso-tremulo;* sicco collabente, sed integro persistente. — *p.* 555.

XLV. CORA. Coriaceae, hymenio ceraceo *in areolas marginatas partito* a pileo demum secedente. — *p.* 556.

XLVI. MIDOTIS. Carnoso-lentae, hymenio ceraceo contiguo laevi *separabili*, *ascis* amplis *entosporis*. — *p.* 556.

XLVII. CORTICIUM. Hymenium *carnoso-molle*, udum tumens, siccum *collabescens* et laevigatum, saepissime *rimoso-incisum*, ascis entosporis. — *p.* 556.

XLVIII. GUEPINIA. *Gelatinosae*, siccae cartilagineae, hymenio infero distincto persistente, ascis tenuissimis apice monosporis. — *p.* 566.

XLIX. CYPHELLA. *Submembranaceae*, scyphiformes, postice porrectae et pendulae, absque hymenio discreto et ascis, sporidiis subtus secedentibus. — *p.* 566.

L. HYPOCHNUS. Membranaceae, explanatae, absque hymenio perfecto et ascis, *sporidiis conglobatis adspersis* pulverulentae. — *p.* 569.

---

## CLAVARIEI. — p. 570.

LI. SPARASSIS. Carnosae, *frondosae*, laciniis foliaceo-complanatis e laminis duplicatis factis. — *p.* 570.

LII. CLAVARIA. Carnosae, *caulescentes*, *siccae*, absque stipite discreto. — *p.* 571.

I. Ramaria. Ramosae. *Spec.* 1—34.

II. Syncoryne. Caespitosae, basi fasciculato-connatae. *Sp.* 35—48.

III. Holocoryne. Simplices, subclavatae. *Sp.* 49—64.

LIII. CALOCERA. E gelatinoso corneae, *caulescentes*, *viscidae* absque stipite discreto. — *p.* 580.

Sectiones Clavariae.

LIV. GEOGLOSSUM. Carnosa, *clavata*, hymenio concreto clavae apicem ambiente, *ascis elongatis entosporis*. Nigricantia. — *p.* 582.

LV. MITRULA. Carnosae, *capitatae*, hymenio a stipite discreto, *ascis* elongatis *sporidia elastice explodentibus* (hinc strictius ad Discomycetes referendum genus). — *p.* 583.

LVI. CRINULA. Corneae, capitatae; hymenio discreto, apicem stipitis ambiente e ceraceo *gelatinoso et diffluente*. — *p.* 584.

LVII. TYPHULA. Ceraceae, *stipite filiformi subbyssino* clavula terminato, ascis obliteratis. — *p.* 584.

LVIII. PISTILLARIA. E ceraceo corneae, rigentes, e sporidiis emergentibus *pruinosae*, *ascis nullis*; contextu mere vesiculoso. — *p.* 586.

---

## TREMELLINI. — p. 587.

LIX. TREMELLA. Gelatina distentae, immarginatae, callo hymenio epapilloso undique tectae, *e sporidiis pruinatae*. — *p.* 588.

LX. EXIDIA. Gelatina distentae, marginatae, *callo hymenino papilloso* superne tectae, sporidiis elasticis. — *p.* 590.

LXI. NAEMATELIA. *Nucleo carnoso solido*, strato gelatinoso undique obducto, *farctae*, et in ambitu sporas vesiculares enitentes. — *p.* 591.

LXII. DACRYMYCES. Gelatinoso-homogenei, intus floccos et conidia foventes, in ambitu callo hymenino *sparsim ascigero* tectae. — *p.* 592.

LXIII. AGYRIUM. Gelatinoso-ceracei, *punctiformes*, intus conidiis farctae, callo hymenino sterilescente. — *p.* 593.

LXIV. HYMENULA. Gelatinoso-ceraceae, *maculiformi-adglutinatae*, similares, sporidiis? immersis. — *p.* 593.

# INDEX
## ALPHABETICUS GENERUM.


Agaricus - - - - - p. 2
*Amanita* - - - - » 2
*Armillaria* - - - - » 20
*Clitocybe* - - - - » 55
*Clitopilus* - - - - » 148
*Collybia* - - - - - » 81
*Crepidotus* - - - - » 209
*Eccilia* - - - - - » 159
*Entoloma* - - - - » 143
*Flammula* - - - - » 182
*Galera* - - - - - » 203
*Hebeloma* - - - - » 170
*Hypholoma* - - - - » 221
*Inocybe* - - - - - » 171
*Lepiota* - - - - - » 12
*Leptonia* - - - - » 151
*Mycena* - - - - - » 99
*Naucoria* - - - - » 191
*Nolanea* - - - - - » 155
*Omphalia* - - - - » 119
*Panaeolus* - - - - » 234
*Pholiota* - - - - - » 160
*Pleurotus* - - - - » 121
*Pluteus* - - - - - » 140
*Psalliota* - - - - » 212
*Psathyra* - - - - » 231
*— rella* - - - - - » 237
*Psilocybe* - - - - » 225
*Telamonia* - - - - » 25
*Tricholoma* - - - - » 291
*Volvaria* - - - - » 138
Agyrium - - - - - p. 593
Auricularia - - - - » 555
Bolbitius - - - - - » 257
Boletus - - - - - - » 408
Calocera - - - - - » 580
Cantharellus - - - - » 364
Clavaria - - - - - » 571
Coprinus - - - - - » 241
Cora - - - - - - - » 556
Corticium - - - - - » 556
Cortinarius - - - - - » 255
*Dermocybe* - - - - » 283
*Hydrocybe* - - - - » 303
*Inoloma* - - - - - » 278
*Myxacium* - - - - » 273
*Phlegmacium* - - - » 256
*Telamonia* - - - - » 291
Craterellus - - - - - » 531
Crinula - - - - - - » 584
Cyclomyces - - - - » 495
Cyphella - - - - - » 566
Dacrymyces - - - - » 592
Daedalea - - - - - » 492
Favolus - - - - - - » 498
Fistulina - - - - - » 504
Geoglossum - - - - » 582
Gomphidius - - - - » 319
Grandinia - - - - - » 527
Guepinia - - - - - » 566
Hericium - - - - - » 519
Hexagona - - - - - » 496

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hydnum - - - - - | p. 505 | Paxillus - - - - - - | p. 315 |
| Hygrophorus - - - - | » 320 | Phlebia - - - - - - | » 526 |
| Hymenula - - - - - | » 593 | Pistillaria - - - - - | » 586 |
| Hypochnus - - - - - | » 569 | Polyporus - - - - - | » 427 |
| Irpex - - - - - - | » 521 | Porothelium - - - - | » 503 |
| Lactarius - - - - - | » 333 | Radulum - - - - - | » 524 |
| Laschia - - - - - - | » 499 | Russula - - - - - - | » 349 |
| Lentinus - - - - - | » 587 | Schizophyllum - - - | » 402 |
| Lenzites - - - - - | » 403 | Sistotrema - - - - - | » 520 |
| Marasmius - - - - - | » 372 | Sparassis - - - - - | » 570 |
| Merulius - - - - - | » 499 | Stereum - - - - - | » 545 |
| Midotis - - - - - - | » 556 | Stylobates - - - - - | » 370 |
| Mitrula - - - - - - | » 583 | Thelephora - - - - - | » 534 |
| Montagnites - - - - | » 210 | Trametes - - - - - | » 488 |
| Naematelia - - - - - | » 591 | Tremella - - - - - | » 58 |
| Nyctalis - - - - - | » 370 | Trogia - - - - - - | » 402 |
| Odontia - - - - - - | » 529 | Typhula - - - - - - | » 584 |
| Panus - - - - - - | » 396 | Xerotus - - - - - - | » 400 |

# POSTSCRIPTUM:

Absoluto sic qualitercumque opusculo humanos rogamus lectores velint benigne accipere ea, quae hactenus passivo naturae studio praestare potuimus, semper memores: *non omnia possumus omnes.* More a me ubique secuto ea, quae apud antecessores meos bona inveni, laudavi, quae erronea visa, sunt tacite emendavi; quae nova sine clangore et strepitu proposui. Vera sunt naturae; nil aliud mihi laudi verti vellem quam assiduitatem vix parem; per dies et annos in silvarum penetralibus erravi, singulam speciem ab ortu ad interitum observans; per noctes literaturam *ab antiquissimis temporibus* ad 1836 (nulla recentiora scripta ad nos in extimo orbis literati angulo latentes pervenerunt) exhaurire studui. Sic practicis Mycologis, qui specierum limitationem, historiam et evolutionem praecipue cognoscere student me satisfecisse crederem. Secundum monitum Linnaeanum: *specierum cognitione omnis vera cognitio nititur*, illam rem quoque primum absolvendam finxi — ea, quae domi explorari tantum possunt ad aetatem minus agilem distuli. Huc praecipue referendi Cryptomycetes. Cfr *S. M. III.* praefat. — Phaneromycetes ut Phanerogamae a speciali horum studio separari debent, ne in his omnia perpetuo mutentur ad continuos progressus et theorias mutatas, ut specialis cognitio etiam vulgo et vitae communi inserviat. Omnes sectionum limites inter Phaneromycetes nudo oculo l. forti lente explorari possunt et sic characteres excipiendos vellem. Viribus corporis nimio labore nunc fractis, ad alterum in scientiae naturali evolutione et commodius stadium analyticum tota mente transii; hinc ea, quae passivo studio explorare potui, seorsum edere debui. Ceterum nemo fingat me ubique nunc permanere in ea videndi ratione, quae communis erat scientiae status eo tempore quo S. M. scribebam; nam universalia perpetuo mutantur; cardo est ut singularia persistant ab illis, quantum fieri possunt, libera. Sic hoc libro nostro jam absoluto e Linnaea video in Diario quodam (in Suecia adhuc ignoto) acerbe impugnari omissionem in S. M. generis Epicocci, sed, ut l. c. monui, "*quatenus mihi tum innotuerat*" certe nondum evolutum videram. Jam vero 1831 inveni idem perfectum inter fungos anonymos ab Amico Montagne missos et in litt. ad eundum dein datis ante Cl. Corda restitui et in Fl. Scanica (1835) novo

charactere proposui. Haec est ratio cur equidem semper finxi haud necessarium esse *proximum* antecessorem genio Cranzii et Medici vituperare cum plura vel accuratiora vidimus. Hoc olim fieri quisque novit — et si Auctori studia sua continuare liceat ipse eadem facile vidisset. Sic varia sunt apud Corda, quae cum recentioribus meis studiis conspirant; quod de generis notione e. s. p. dissentimus pendet, a diversis principiis et veterum multarum novarum rerum metu. Facile tamen in his erro; sub initiis studiorum meorum omnes me quoque eodem modo nimis novitatis studiosum fingebant, quod aequo animo ferebam. Quod nunc omnes multa clarius et aliter sub microscopio vidimus, quam ante unum alterumve decennium ex microscopiorum emendatione pendet, quae nativis vero oculis visa persistunt. Sic Cel. *Berkeleyi* theoria nova de hymenii structura omnes hactenus datas, etiam Cordae apud Krombh., analyses erroneas demonstravit. Meo sensu omnis dispositio, omne genus *tantum* analysi fundata incerto nititur taleo, si ad statum typicum simul non attendatur. Ceterum omnis dispositio unico organo tantum fundata, etsi clarior et facilior, artificialis mihi videtur. Nobis dat genus s. morphosis characterem, nec character genus. In praesenti quoque scientiae statu aptius visum fuit, species recedentes ad exemplum Linnaei proximo generi, genera recedentia ad exemplum Jussiaei proximae tribui subjungere, quam genera et tribus novas mox condere; auctae experientiae hoc relinquitur. Epicrisis Pyrenomycetum docebit me nec negligere hoc studium. Praeviam detrectationem απαθος feram. "Ein solcher wird mich jedoch stets nur zu neuen Forschungen anregen, niemals aber verlassen können, die Ergebnisse meiner Beobachtungen anders als mit Ruhe und ohne Anmassung vorzutragen. Ich gehe denjenigen Weg der mir für den Augenblick als der richtigere erscheint, lasse aber auch Andere friedlich ihre Strasse ziehen. Wir legen die Ausbeute unser mühevollen Untersuchungen in den Schoos der Zukunft, sie wird Alles prüfen und das Gute behalten" *Koch.*

---

*Historia studii Mycologici*, nimis neglecta, adjecta Isagoge, futuro anno, *D. f.*, *editur*.

A. Acute Squamosus 16 P. Quercinus 441

Cirratochrelis 302

Dealbatus 63
Dryophilus 92
Fusipes 83
Georgii &c 43
Geotropus 70 — Grammopodius 50
Heterophyllus 352
Leucopus 311
Nebularis 55 Nictitans 28
Oreades 375
Pennatus 48
Prunulus 148 Mine from the wood nr Orella is I think Fries' Prunulus
Pudens and Radicatus 81 Phaeopodius 85
Russula Adusta and Elephantina 350
Sub-pulverulentus 52
Violaceus 279 false do. of Sowerby 287 notes
Vittadinii 15